8
9 H C
18
H. 79.
A 11 a 43.

Bibliothecæ S. Mariæ Transpontinæ

# PIÆ MEDITATIONES, AC CONTEMPLATIONES

Perilluſtris D. Ludouici Zibramontis Mantuani,
viri vndequaque præſtantiſſimi,

*In quatuor partes diuiſæ:*


In quarum
- I. Ad S. Trinitatem Contemplationes habentur.
- II. Ad B. Virginem Meditationes diriguntur.
- III. Altaris Sacramentum, & Crux venerantur.
- IV. Sancti, & Sanctæ Dei ſalutantur.

*Quæ, cum fracta latitarent, vt de tenebris exirent, curauit Camilla Muſti Zibramonta vxor dilectiſſima.*

Studio, & labore R. P. Octauij Burgoforti Carmelitæ Mantuani,
in Sacra Theologia Baccalaurei.

*Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſcopo Mantuæ dicatæ.*

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA




VENETIIS, Ex Typographia Andreæ Muſchij, M. DC.

*Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.*

## ILL.MO AC REVER.MO D.
# P. FRANCISCO GONZAGAE
## MANTVAE EPISCOPO
### VIGILANTISSIMO,

*Frater Octauius Burgofortus Carmelita*

*P. F. P.*

NON dubium eſt, (Illuſtriſs. Præſul) quin Natura, Ratione, ac Lege ita comparatum ſit, vt quæcunque Pia, ac Religioſa ſunt, eadem Pijs, ac Religioſis Viris dicentur. Hinc fit, vt piæ admodum, & deuote Meditationes, & Contemplationes Perilluſtris Domini Ludouici Zibramontis viri optimis moribus, ac omnium literarum genere ornatiſſimi, fratris olim Perilluſtris & Reuerendiſs. D. Aurelij Zibramontis Epiſcopi Caſalenſis optimæ memoriæ, quæ immatura eius morte non ſolum imperfectæ euaſerant, verum tamquam fragmenta quædam obſcuriſſimis tenebris inuoluta iacuerant, pia, ac ſolerti cura, & impenſa Perilluſtris Dom. Camillæ Muſte

† 2 Zibra-

Zibramontis neptis quondam Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Giulij Cardinalis Canani Ferrarienſis, prælibatiq́ue Auctoris Coniugis dilectiſſimæ, id indigne ferentis, ac ſummopere cupientis, Mantuæ Ciuitatem plene cognoſcere, quod Domini Spiritus ſuper eius dilectum Coniugem conquieſceret, prouiſum eſt, vt eiuſdem lugubrationes e tenebris quibus (vt dixi) obuolute erant, erruuerentur, & ad aliquam comodam reducerentur formam, ita, vt ab omnibus non ſine ſpirituali lucro legi poſſent; id ei præcipue ſuadente P. Lucretio Oliua Carmelita Mantuano eius confeſſario, Viro morum ac integritate vitæ conſpicuo, qui ex hac, ad fœliciorem vitam nuper migrauit. Quod tandem pium opus, pro ſtudio, ac labore Fratris Octauij ſupraſcripti, ad hanc formam redactum, prædicta Illuſtris Matrona exiſtimauit (idq́; iure optimo) offerendum, atque dicandum ſuæ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominationi, vt pium, & deuotum, pio ac deuoto Præſuli omnes conuenire maxime intelligant, cuius Pietas in Deum, & in ſubditos Beneuolentia vbique ellucent, idq́; & merito, & ratione factum eſſe conſpicitur, cum eius dilectus Vir, prædictarum Meditationum piarum, & Contemplationum Auctor, ſue Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dominationi obſequentiſſimus ſeruus ſemper extiterit. Quare illum obnixe rogat, vt hilari vultu hanc eius bonam voluntatem accipere non dedignetur, quo Pia, ac Religioſa opera ſibi dicata ſuſcipere ſolet, vt opus non nimis perſpicuum ſui Nominis ſplendore

dore

dore illuſtretur, & a Zoilorum morſu omnino defendatur; id verò libentius operis Dicatrix efficit, vt dilecti Viri ſui, (iam vita functi) & eius viuentis ſimul erga Illuſtriſs. & Reuerendiſs. ſuam Dominationem obſeruantiam magis oſtendat. Quæ in ſignum perpetui obſequij (vt præſentes iam concludantur) Sacrarum Veſtium oram humilime oſculatur, quod pariter ſumma animi ſummiſſione ſeruus humilis Ieſu Chriſti, & Beatæ Virginis, cuius ſtudio, ac labore præſens opus ad optatum finem deductum eſt; & eiuſdem Epiſtolæ dicatoriæ de mandato prædictæ Dominæ Auctor exiſtit, F. Octauius qui ſupra libenter perficere curat.

Venetijs, Die 26. Ian. Anno Iobelæi 1600.

# AD EVNDEM ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. ANTISTITEM,

Fratris Octauij Supradicti

EPIGRAMMA.

CERTATIM *te magne Heros doctiſſima turba*
*Querit; ut exornet nomine ſcripta tuo:*
*Aſt inter multos me non deuotior alter*
*Eſt tibi nunc Paſtor, Minciadumq; caput.*
*Hinc pia iam niteant cum ſcripta latentia vatis*
*Minciadæ, atque meo parta labore micent:*
*Hæcque ego cum prælo tradam; deuotio ſuaſit,*
*Nomine quòd claro ſit decoranda tuo.*
*Nam cum ſis pius in primis meritiſſime Præſul;*
*Sic opus hoc cogor nunc tibi ferre pium.*
*Hæc igitur tibi dona fero, meliora daturus*
*Si mens uberior, ſi meliora feret.*

Ad Eundem

F. IO. PETRI GRIMALDI

Carmelitæ Mediolanenſis

DISTICHON.

NOMINE *iure tuo Franciſce hæc dogmata fulgent:*
*Cum pia ſit homini munera danda pio.*

EIVS-

# EIVSDEM, AD LECTOREM,

## De opere Pio Ludouici Zibramontis

### CARMEN.

IAM *bona reddiderat regi mortalia ſpontè*
*Mortali, ac immortali immortalia promptus,*
*Pondera deijciens terræ æger inertia vitæ;*
*Reddere iure Deo: (ſic fata, ita voluere Parcas.)*
*Hic Ludouicus homo mortis præſagus auaræ*
*Membra relaxabat longo deſeſſa cubili.*
*Vegetior factus, ferri iaculabilis inſtar,*
*(Quod mage tunc penetrat, mage quo contunditur arte)*
*Cum Zibramons animo extollens ſe citra caducos*
*Fucoſi luxus montes penetrauit ad aſtra;*
*Nam laborando vires, & robur adepta*
*Mens calefacta Deo, ſanctiſq; exercita curis*
*Altius it, ſemperque magis terrena relinquit,*
*Et ſuperis admixta domos explorat, & arcem:*
*Sic Zibramons curis pandens cœleſtibus almum*
*Pectus, & in ſummum ſuſtollens Aethera mentem,*
*Et nihil in terris optans, ſed olympica ſolum*
*Regna, Deum, ſuperos, hoc egre ferenſq; caducum*
*Corpus, & æterna emeditans miſteria Diuum*
*Regna ſuperna tegit, ſolers ibi mentis acumen*
*Vibrans in montem diuina luce micantem,*
*Se immiſcens diuis cœliq; palatia luſtrans*
*Huc illuc voluens animum, ſecumque volutans*
*Quæ ſuperans meditans ſedes infanda libabat.*

*Pectora*

*Pectora mellifluo & diuino nectare plenus*
*Talia ſic tandem afflatus cœleſtibus auris*
*Protulit hinc nobis diuini, quæ imbre repleta*
*Nectaris emeditans cœlo pius hauſit ab alto:*
*Hæc iure allicient externas, vndique gentes;*
*Nam ſunt cæleſtes fructus, diuinaque dona.*
*Viderat ambiguis hæc Burgofortus inique,*
*Et labirintheis depreſſa iacere tenebris:*
*Non tulit hoſce pios æuo, tantosque labores*
*Opprimi, & ignotos, ſemperque iacere ſepultos,*
*Nec ſtygijs vndis, limphis Lethesve madere,*
*Sed cupiens cunctis, ſanctisque nepotibus iſtud*
*Perueniat Zibramontis opus tantum; ipſe profundis*
*Ex tenebris lucem ad præclaram emergere fecit.*
*Vtque opus haud melius, nec erat diuinior Author,*
*Sic nec erat Burgoforto mortalis in orbe*
*Qui luſtraret opus mira ſolertior arte.*
*Addidit huic libro frontem, obſcurumque ſerena*
*Impleuit luce iſtud opus, totumq; refecit,*
*Addidit & titulos. Debes hinc lector vtrique.*

## EIVSDEM, AD LECTOREM,

### De Authore operis.

HOC *pie Lector opus voluas, ſi cura ſalutis,*
*Si quoque Cœlicolum ſcandere regna paras;*
*Hoc tibi nam ſedes monſtrat penetrare ſupernas,*
*Ætheriasq; poli mox tibi pandit opes.*

*Quas*

*Quas diui cœlis habeant Ludouicus in altis*
*Theſauros aperit. Queris habere? lege.*
*Hinc mente abſtractus poteris percurrere diuum,*
*Cœleſteſque domos, lumine ſacra pio.*
*Perlege diuino Zibramons hæc nuntiat ore,*
*Perlege cæleſtes, ſi cupis eſſe dapes.*

## Eiuſdem, ad Lectorem.
## DE R. P. OCTAVIO BVRGOFORTO, huius operis ſolertiſs. illuſtratore.

TANTI *operis grauitas & magnificentia mentem*
*Cæleſtem authoris arguit atque piam.*
*Et cæleſte quidem, ac altum Ludouicus ab axe*
*Exhauſit cœli, quodque reliquit opus.*
*Sed quod honos gemmis cęco tellure ſepultis?*
*Num retinet formam bractea operta ſuam?*
*Sic licet iſtud opus ſua nomina proferat ingens*
*Per ſe: diuino namque nitore micat*
*Aurea ſed poſſunt qui dona facunda videri,*
*Si operta in tenebris atque ſepulta iacent?*
*Octauius nomen dedit huic operi, inclita poſtquam*
*Dogmata de tenebris eruit arte ſua.*
*Has texit auro gemmas, quarum arte poliuit*
*Quodq; latebat opus, hoc modo valde patet.*
*Quid fuit aſt ipſi pro tanto, altoque labore?*
*Munera quæ meritis ſunt data digna ſuis?*
*En ſua Męonides per prata virentia Nymphe,*
*Tempora quo cingant florea ſerta legunt.*

## F. LVCRETII OLIVAE CARMELITAE MANTVANI

### Epigramma.

*TE tua, te ventura omnis mirabitur ætas*
*Laudibus æternis te Ludouice canet:*
*Mens tua nam cœlum capit, & tecta tonantis*
*Hinc aperis nobis vocibus & calamis,*
*Detegis atque ſacros, ſacro de fonte liquores,*
*Atque oculis noſtris ſubijcis arte polos*
*Pectora (quid mirum) ſacro tua fonte repleuit,*
*Numine diuino tinxit & ipſe Deus*
*Ò fœlix nimium toto celeberrimus orbe?*
*Es Zibramons patria lapſus ab Ætheria.*

## D. LVCRETII NEGRONIS CREMENSIS

### Epigramma.

*MOLLIA longinqui iactent ſua vellera Seres*
*Iactet poma Nemus Heſperidumq́ue ſua*
*Æthiopes nigri ſua Cinnama; thura Sabæi*
*Diuites & gemmas, auraq́; Perſa colat:*
*Mantua ſed cunctis pia, quæ Ludouicus ab alto*
*Excerpſit cœlo præferat: inde canat*
*Aurea prompſiſti Ludouice, facundaq́; dona*
*Nunc ego quæ referam præmia grata tibi?*

Gli Ecc.mi Sig. Capi dell'Ill.mo Cons.o de X. infraſcritti, hauuto fede dalli Sig.ri Reformatori del Studio di Padoa, per relatione delli tre a ciò deputati, cioè del Reuer. P. Commiſſario della Inquiſitione, del Circonſp. Secret.o del Senato Lorenzo Maſſa, & de D. Fabio Paulini Lettor Dottor Publico, che nelle Meditationi ad Sanctiſs. Trinitatem de D. Lodouico Zibramonte non vi è coſa contra le leggi, & che ſono degne di ſtampa, concedono licentia, che poſſino eſſer ſtampate in queſta Città.

Dat. Die 14. Decemb. 1599.

D. Z. Battiſta Vitturi<br>
D. M. Ant. Longo } Capi dell'Ill.mo Cons.o de X.<br>
D. Lorenzo Capello

Ill.mi Cons. X. Secr.s<br>
Cælius Magnus.

# INDEX MEDITATIONVM, AC CONTEMPLATIONVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

## IN PRIMA PARTE.


SVPER *Orationem Dominicam.* *pag.* 1
*Inuocatio Diuinæ Sapientiæ.* 2
*Ad eandem, Imploratio.* 6
*In Dei laudem, Contemplatio.* 8
*Ad Deum Patrem, Contemplatio* 12
*Ad eundem, Contemplatio.* 14
*Ad eundem, Contemplatio.* 17
*Ad eundem pro ſalutari Sapientia, Contemplatio.* 20
*Ad Deum Spiritum Sanctum, Inuocatio.* 26
*Ad eundem, Contemplatio.* 27
*Ad eundem, Salutatio.* 30
*Ad eundem, Meditatio.* 34
*Ad eundem, Contemplatio.* 36

Summarium Vitæ Chriſti.

*Archangelus Gabriel nuntiauit Mariæ.* 39
*Beata Virgo Maria ſalutat Heliſabet.* 40
*Virgo peperit Saluatorem.* 41
*Circunciditur Chriſtus.* 43
*Eundem inuenit Mater, cum Doctoribus diſputantem in Templo.* 45
*Pro Morte Crucis, Meditatio.* 46
*Ad Columnam Chriſtus flagellatur.* 48


*Corona*

*Corona Spinea Coronatur.* 49
*Detulit Crucem ad Montem.* 50
*In Crucem ſubleuatur.* 52
*Patres e Limbo redimit, & glorioſus reſurgit.* 54
*Cælos ſcandit cum Patribus.* 56
*Apoſtolis Paracletum infundit.* 58
*Ad Ieſum Chriſtum in Paßione, Morte, Reſurrectione, Contemplat.* 60
*Ad D. Ieſum Chriſtum, aliæ Meditationes.* 76
*Ad D. Ieſum Chriſtum, Imploratio.* 104
*Ad eundem, Inuitatio.* 105
*Ad Chriſtum pro pace & Iuſtitia, Meditatio.* 119
*Saluatoris, Inuitatio ad hominis ſalutem.* 122
*Ad D. Ieſum Chriſtum, Contemplatio.* 124
*Ad eundem, Contemplatio.* 127
*Ad eundem, Meditatio.* 130
*Ad eundem, Gratiarum actio.* 133
*Ad eundem, Exoratio.* 137
*Ad eundem, Contemplatio.* 139
*Ad eundem, Meditatio.* 141
*Ad Filium, Poſtulatio.* 145
*Ad eundem, Contemplatio.* 149
*Ad Chriſtum pro charitate, Deprecatio.* 151
*Ad Chriſtum pro Pace fidelium, Concluſio.* 155

## IN SECVNDA PARTE.

SVPER *Salutationem Angelicam, Salutatio.* 158
*Super hæc verba Salutationis Angelicæ:* Aue Gratia plena. *Salutationes XIIII.* 159
*Super alia verba eiuſdem Salutationis, videlicet:* Dominus tecum, *Contemplationes XIIII.* 175
*Super illa verba eiuſdem Salutationis:* Benedicta tu in Mulieribus, *Meditationes XIIII.* 198
*Super vltima verba eiuſdem Salutationis:* Benedictus fructus ventris tui Ieſus, *Tractationes VIII.* 212

In Roſarium B. Virginis.

*Primus Dolor.* 221
*Secundus Dolor.* 227
*Tertius Dolor.* 229
*Quartus Dolor.* 236
*Quintus Dolor.* 238

In eundem Roſarium.

*Primum Gaudium.* 240
*Secundum Gaudium.* 242
*Tertium Gaudium.* 244
*Quartum Gaudium.* 245
*Quintum Gaudium.* 248
*Concluſio.* 250
*Virginis Gaudium in Filij ſui Reſurrectione.* 251
*Auctoris Precatio ad Beatam Virginem.* 258
*Exultatio Virginis in Fili Aſcenſione.* 261
*Ad Apoſtolos Apoſtrofe.* 263
*Ad Virginem rurſus dirigitur Sermo.* 264
*Auctoris poſtulationes XII.* 265
*Ad Beatam Virginem Mariam, Contemplationes XX.* 278
*Ad Beatam Virginem, quæ luci comparatur.* 294
*Ad Sacrum Virginis Sepulcrum.* 298
*Aſsumptio Virginis in Cœlum.* 300
*Coronata ſedet ad dexteram Dei.* 302

## IN TERTIA PARTE.

AD *Sanctiſſimum Altaris Sacramentum, Salutationes XXV.* 304
*Ad eundem, Hymnus.* 318
*Ad Sanctiſſimam Chriſti Crucem, Contemplatio.* 319
*Ad eandem, Salutatio.* 320
*Ad eandem, Salutatio.* 323
*Ad eandem, Adoratio.* 325
*Ad eandem, Meditatio.* 329
*Ad Interiorem Hominem, Soliloquium.* 331
*Ad Veterem Hominem, Theorema.* 334
*Ad Interiorem Hominem, Soliloquium de Hominis Gaudijs.* 342
*Ad eundem, Concluſio.* 345

## IN QVARTA PARTE.

AD *omnes Sanctos Dei, Salutationes.* 348
*Ad Sanctos Apoſtolos, Salutationes.* 353
*Ad Sanctos Martires, Salutationes.* 356
*Ad Sanctos Confeſſores, Salutationes.* 357
*Ad Sanctas Virgines, Salutationes.* 360
*Ad Sanctum Ioannem Baptiſtam, Salutationes.* 363

*Ad*

| | |
|---|---|
| *Ad Sanctum Petrum, Salutationes.* | 367 |
| *Ad Sanctum Paulum, Salutationes.* | 369 |
| *Ad Sanctum Bartholomeum, Salutatio.* | 373 |
| *Ad Sanctum Vincentium Martirem, Salutationes.* | 377 |
| *Ad Seraphicum Franciſcum, Salutationes.* | 379 |
| *Ad Sanctam Catherinam Martirem, Salutatio.* | 380 |
| *Ad Sanctam Agnetem Martirem, Salutatio.* | 382 |
| *Ad Sanctam Mariam Magdalenam, Salutatio.* | 385 |
| *Ad Sanctam Vrſulam cum ſocietatem ſuam, Salutatio.* | 389 |
| *Gratiarum actiones D. Ambroſij, & D. Auguſtini.* | 390 |
| *Canticum trium Puerorum in Babilonis fornace.* | 392 |
| *Inuitatio Creaturarum, ad gratiarum actionem.* | 395 |
| *Omnium gratiarum actionum, Concluſio.* | 398 |

# PIÆ MEDITATIONES,

## AC CONTEMPLATIONES D. Ludouici Zibramontis Mantuani,

## PARS PRIMA.

*Super Orationem Dominicam Contemplatio.*

PATER NOSTER *qui es in Cœlis.* Qui viuis, & regnas in Cœleſtium Choris, qui cęlitus omnia prudentiſſime creas, & creata conſeruas, qui omnis terræ populi in cœlo Rex, ac vniuerſorum ibidem Dominus, Regis nos derelictos,& omnibus dominaris tibi ſubditis in perenni miſericordia, & iuſtitia.

*Sanctificetur nomen tuum.* In quo mundatur Eccleſia puritatis lauacro, ſanctificatur impius, viuitq; Mundus Verbo Vitæ. *Sanctificetur nomen tuum.* Cui ab Ortu Solis, vſque ad Ocaſum regalis datur, defertur, refertur, conſecraturq; poteſtas.

*Adueniat regnum tuum.* In cuius ſingulari potentia Paternę Charitatis elucet purpura, totum refulget virtutibus aureum ampliſſimi Regni Sceptrum, innumeris diſtincta luminibus, eniteſcunt, celebrantur, attenduntur Inſignia, varia Angelorum Corona coronatur, decoratur ſolium, & Imperialis in omnium iure, ac ditione regnorum eminet, enitetq; Maieſtas.

*Fiat voluntas tua, ſicut in Cælo, & in Terra.* Vt in ſanctitate Angelorum, ac Terrenorum iuſtitia ambulemus omnibus diebus noſtris.

*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Tu qui omnem das eſcam animantibus in tempore opportuno, Panem pariter nobis præbe Quotidianum, ita vt abſit mendicitas, & diuitiæ, & victui tantum tribuas neceſſaria.

*Et dimitte nobis debita noſtra.* Condona nobis vere pœnitentibus delictorum Culpas, & Pœnas, tu in Sede, in Veſte, in Figura miſerationis, Paternæ miſericordiæ Deus. *Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Sicut & nos fraterna neceſſitudine, & tua porro Paterna indulgentia eruditi, inimicos diligimus, eſurientes cibamus, ſitientes potamus.

*Et ne nos inducas in tentationem.* Da nobis cor vigilans, paratum, exercitatum, compoſitum, mentem, & purgata labia ad orationem, tolle ſpiritualia nequitiæ, quæ nos cœleſte priuant hæreditate. *Sed libera nos à malo.* Adeo vt pius te commoueat fidelium Clamor, in malorum longa Patientia, & in Bonorum Iuſtitia, qua, nos te in fide deprecantes, & pro communi ſalute depoſcentes, & perorantes exaudias. Libera nos a malo, a Seminario ſcilicet peccati, a Tentationis periculo, a Mortis planitie, a Manu Principis Tenebrarum harum, ab intimis, externiſq; malis, Spiritus, & Corporis. Amen.

## *Diuinæ Sapientiæ Inuocatio.*

O NVMEN diuinæ Sapientiæ qui Phocioni probitatem, Catoni integritatem, Diogeni paupertatem, Regulo fidem, Pithagoræ caſtitatem, Euripidi continentiam, Numæ religionem tribuiſti; transfer me de infidelium in Chriſti fidelium Sapientiam, qua re vera quæcunque in Natura exiſtunt deſpiciam, in futurorum Preſcientia, æternorum Sapientia, vniuerſi regiminis Prouidentia, meritorum, & virorum Examine, lectorum, & damnatorum Diſcrimine, Serenitatum, Tenebrarumq; ſpeculo, ſummi

mi oculi, & Infernorum proſpectu, Angelorum, & Hominum Acie, Dei Verbo, nunc viſibili, cras inuiſibili, tum arcano, tum patulo, rerum agibilium arte, & notitia; omniſque ordinis lumine, & ordine.

O verax Pietas, Longanimitas, & Religio, quæ nil aliud vis, & cogitas, niſi velle Domini, & homini hęres, & niſi ſoli Deo affigeris; reuela mihi Diuinæ Notionis Abyſſum, quo continuo contingam, continenter contuear, conſapiamque præcipuum Domini ſenſum, quo ſentiam, quam prouide omnibus prouideat Cęli Numen, quam amabiliter me crearit ad ſuam ſimilitudinem Mundi Conditor, ad quid de Puluere ad Cœlum me erexerit hominem Deus, quando feſellerit hominem Serpens, vt credidit, & cecidit Adam, vt fuerit mire ſubleuatus a ſaluberrima manu Domini, quam fuerit Adæ culpa dein beata, fœlixque lapſus, qui talem, & tantum, meruerit in Cęlo, & in Terra Reparatorem.

O ſancti Spiritus Lingua, Veteris Teſtamenti Vox, quæ ſine murmure murmuras, ſine ſonore ſonas, ſine motione penetras ad hominum intima, & Angelorum ſublimia; elucida mihi in Geneſi, Patris illud Verbum, quod Patriarchę indagarunt, diuinauere Prophetæ, Apoſtoli prædicarunt; oſtende & in Exodo verum, germanumque Moyſem, in humanæ mortalitatis aquas proiectum, qui fit ſuorum fidelium Redemptor; repręſenta in Leuitico Sacrificium, quo placatur de Deo Deus, & expiantur Mūdi ſcelera ab eodem Mundi Fabricatore, & Hoſtia, Mundiq; Saluatore, & Iudice; enumera in Numeris illum in tot meis fratribus Primogenitum, qui factus eſt de mortis turpitudine totius Eccleſiaſticæ hierarchiæ Princeps in Gloria; in Deuteronomio eundem ſectare Latorem, noſce Renouatoremq; legis delet ab alienis, criminibusq; meis.

O Mira Dei Virtus, & Clara Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodijſti; redde mihi in Ioſue, militantis huius Vitæ Ducem, qui viriliter militantibus triumphatorū regale ſolum diſtribuit; aſſerua, & annota in Iudicibus Iudicem, qui venturus eſt in ſede Maieſtatis ad Iudicium Viuorum, & Mortuorum; de-

ſponde(olim gentili mihi)in Ruth, priſcæ Gẽtilitatis Spõſum, qui in Regibus eluxit Rex Regum, ſtetitque Dominus Dominantium; qui floruit in Paralipomenon omnium Paſtor, ſacrorumque Sacerdos; qui vixit in Eſdra prouidentiſsimus ſuæ Ecclеſiæ Architectus; qui apparuit in Iob incomparabilis porrò patientię; in Tobia munificentiæ; in Iudith pudicitiæ; in Eſter clementiæ; in Machabæis amoris, & conſtantiæ, Diuina miranda, memorandaque Figura.

O excelſa Sapientis Sapientia, quæ effudiſti flumina, Cœliq; Lux, quæ illuminaſti Terram: tuum mihi enuncia, enuclea, & interpretare Lumen, quo ſpectetur homini Deus, in Prouerbijs moralis Philoſophiæ Præceptor; in Apoſtolorum Actis Labor, & Charitas; in Paulinis Epiſtolis Religionis Feruor, & Eruditio.

O præcelſa omnium Creatoris Gratia, quæ infidelium diffunderis labijs, finaliſq; expetendarum vitandarumq; rerum ſcientia; porrige mihi Dauidicum in oratione ſpiritum; Hieremiæ ſuper Chriſti patibulo mentem; Ezechielis de Domino ſuſcitato eloquiũ; Danielis de Chriſti auctoritate dicta; capiã quæ ſit æmula Matthęi de Domini mei Humanitate ſcriptio; eiuſdem, & Ioannis de Deitate celſitas; Marcique mutua de Chriſti ampliſſimo Regno grauitas; & eadem Lucæ de ſummo Ieſu Sacerdotio fides.

O lucifera Chriſti Fides, Chriſtique Sapientia, quę vniuerſo Mundo annunciaris vnica, *Cuiuſque ſonus in omnem exiuit Terram*; tolle me cum fido Apoſtolorum Collegio ſuper Montem Sion, ut ibi adorem in Cęlo Patrem, in Carne Verbum, in luce Spiritum; aſſume ſuper Montem Bethel, ut illic carnes meas inſpitiam a Chriſti perſona aſſumptas; eleua ſuper Montem Synai, ut ibi quæ cuncta parauit, & patrauit ſęculorum Opifex perluſtrem. Clarifica me cum capite ſuper Olyuarum Mõtem, qui cum beatus beatorum Aeuo fruar ſempiterno; comitare me ad Montem Oreb, ut ſuper illius apicem horrida contempler damnatorum ſupplicia; dirige me ad Montem quoque Galaad, vt inibi valeam diſcernere Virtutes a Vitijs; conſti

tue

tue firmiſſime me ſuper Montem Libanum,ut ibi Matutina Au rora purior, meridiana Luce lucidior, Chriſti mira, miraculaque decantem; meum defige Tabernaculum in vertice Montis Moriç, vt viuam ibi ſanctus, & ad Sanctorum emigrem (Peccato moriens) Stellata Regiaque cubilia.

O Florum Flos, Gratiarum ſocietas, Angelorum, & Virginum ſtemma, eſto mihi ſuper Syon immortalis fidei angelicum ſpeculum; lucifica ſuper Bethel lucigenam Domini Domum, colluſtraque Sedem Diuinitatis eius; excurre ſuper Synai menſura temporum, ac vitæ regula meæ; ſuper Oliuetum adſta beata pinguedo, & lætitia de futuræ beatitudinis ſpe; indica ſuper Oreb infernorum incendium, quo excruciantur impiorum corpora, & animę in æternum; ſuper Galaad teſtificare Chriſti fidelibus Chriſti veritatẽ, cuius teſtimonia credibilia facta ſunt nimis; ſuper Libanum Chriſticolis reuela iuſtorum candorẽ, quo candent iuſtorum ſpiritus in Chriſto; ſuper Moriam orire moribundis ſalutaris mei viſio, qua beantur in Domino morientes nimia cum beatitudine diuinorum.

O Aurum in lecta Charitate mundum, Granum ſine Zizania pretioſum, ſineque Tenebris Lux, proſice vt ego Timotheus alter (Dominicus ſcilicet Dei honor) alterque Theophilus (Dei videlicet amor) tuum cuſtodiam depoſitum, ſic, vt in Lege Naturę, ſit mihi Abrahę Fides, in Lege Timoris, Spes Moſis, in Lege Amoris, Chriſti Charitas.

O Euangelij Laus, & Eccleſiarũ Honor, fac, ut cum Matthæi pennicillo pingam Ieſum meum Hebræorum Meſſiam; cum Marci ſcriptura eundem deſcribam Cœli, & Terræ Rectorem; cum Ioannis ſolertia omnibus in fide viuentibus proponam Dei filium; cum Lucę lepore loquar de omnium Saluatore voce amabili, & deſiderabili ſuper omnes amores, & deſideria; hic diſſerat quoque Lucas de Dominatoris mei æque Sacerdotio, ac Sacrificio; de Domino Deo meo meditetur affatim, qui ortus eſt de pijſſima Virgine pietatis Rex; regnante Octauiano Pacifico; de Domino meo affabiliter affetur, qui venit de Deo ad hominem, de Excelſis ad humilima, vt immiteret inter Deũ,

&

& hominem pacem, in perennitatem,& gloriam humilium,rui namq́ue ſuperborum; o lucæ fœlix eloquentia,vere fęcunda,& aurea, beataq; memoria, & vere glorioſa, quæ de perfecta Charitate, & Benignitate Ieſu tam luculenter eloqueris, & amãter ſermocinaris, tuo nanque exprimitur Stylo Angelico,& egregio non tã mira Magdalenæ cõuerſio,quam filij prodigi ad Mi ſericordiarum Parentem tutiſſimum perfugium,& placidiſſima patris miſeratio, vt fidenter peccatrix, & peccator fideliter audeat ad Clementiam refugere Domini. Tu ſolus fidelium prodidiſti memoriæ illam indulgentiarum,miſericordiarumq; plenam orationem, quam habuit Dei filius ad Patrem pro maleficis, pro maleuolis, pro perditoribus, vt ego peccati culpa ſancti ſanctorum hoſtis, amice inimicorum amico, in aduerſariorum fautorem, ad plenitudinem amoris aduolem. Tu ſolus ſacris mandaſti literis illum moralem, mirificum, memorabilemq; Dialogum, qui ſuper Crucis iugo conſtitit inter fidei Conſumatorem, fidelemq; Latronem, cui in miſerabili morte morientium, damnatorumq́ue miſericors donauit Ieſus moriens Immortalitatem, eiuſq; pijs debitis conſolatorijſq; tormentis omnium conſolator promiſit congruam Paradiſi Requiem; quæ omnia concedat nobis Deus Pater,in Chriſti meritis,qui viuit, regnat, & imperat in ſæcula ſeculorum. Amen.

*Eiuſdem Contemplatio, & Imploratio.*

O Ros ſupernę Benedictionis,Angelici Spiritus Benedictio,& Pinguedo Terræ,ſterilitatem fęcunda meã, carneum refrigera ardorem, ut filius Matrem, Virgo Virginem,incorruptus incorruptibilem,fructuoſus frugiferam, amator amantem perſequar Eccleſiam.

O multiplicis coloris, odoriſq; flos, ſuauiſſima Paradiſi fragrantia, & pulcherrima Angelorum elegantia, meam colora nigredinem Albore tuo, corruptibilis in me hominis graueolentiæ refragra, me incomptum orna coram ſpecioſiſſimo ſanctorum, vt ſtent pedes mei penes qui commoratur inter Matutina

tutina Sydera, ut & ego enutriar iuxta qui paſcitur inter lilia.

O ſanctitatis Fons, & Aquæ vitæ Puteus, laua illuuiem peccati mei, me cum Samaritana ſatura, meosq; affectus tolle de Imo, in Summum, de Homine in Deum, de Peccatore in Sanctum, de Terra in Cęlum.

O Fluminis impetus, qui Dei Ciuitatem lætificas, & impleuiſti Tabernaculum Domini, abſorbe me in tuæ puritatis vndis, triſtem exhilara, ſitientem exple, quo mea gaudeat Triſtitia, refrigeretur Sitis, liqueſcat Ariditas.

O Clauis Aurea, quę pęnitentibus aperis ſalutis abdita, quę te contemplantibus, & tractantibus implexa diſplicas Arcana Dei, & claudis humana corda Dęmonum incurſibus; pande pęnitenti ſecuritatis iter ad ſalutare ſuum, ſacrarum vocum ſpiritum, ſpiritum explica, Scripturarum interpretare Myſteria, & interiora mea latronum latibula inuerte in Ieſu mei, & Angelorum Latebras.

O Petri Nauis, quæ ſemper fluctuas, & lethales huius irate Maris fluctus immota, interita, minime naufraga, ſuperas; educ me periclitantem ad ſalutis æternæ Portum.

O Chriſti purum, beatumq; Lumen, quo luſtrantur, quo fugantur peccatorum, miſerorumq; Nebulæ; fuga prauæ meæ cupiditatis turbines, tua me colluſtra Sapientia, inflamma Charitate, ut maximum luminare, bonumque meum intelligam amans, intelligendo adamem, amando poſſideam, poſſidendo fruar, & videam.

O animarum Lux, Terribilium Terror, Portaque Ferrea, remitte obcęcatum in priſtinam lucem, exarare laruales in telluris gurgite pauores hominum, occlude Infernum; quæ olim cũ exterminatore Mortis extermінaſti bellicas, externaſti horridas huius, & Imi Regni Poteſtates.

O Virorum Virtus, Scala Aſcenſionis in Sancta Sanctorũ, & præſeruata in plenitudine temporum; pugna pro fide, Infernorum incolam exalta in ſupernas, cęleſtesq; ſedes, tempore, locoq; tranſmigrationis meæ ad ſponſum occurre, & coniugale para Conuiuium.

O Cęli

O Cœli puritas, & admirabilitas ſummi appetibilis appetitio, ſumma inquiſitio, & cognitio, meum lenitatis liquidum, innocentiæq; purum in Sacro Fonte reſerua; redde hominem appetentem illius, quem expetunt vniuerſa, vt ego tali appetentia, qui me confecit conquiram, & inquirendo qui me refecit potiar, gaudeam, & noſcam.

O virtutum Domina, quę a Dominantium deſcendis, naſceriſque Rege, o Altitudo diuitiarum Dei, o Nouiſſimæ diuinæ voluntatis Teſtamentum ſignatum, & obſignatum ſanguine; Teſtatoris, qui Mundum Verbo creauit, & Torculari recreauit, (qui eſt Chriſtus Ieſus Benedictus in ſęcula) ad te virtutibus conuoca Illuſtres, inuita Nobiles, recipe Ignobiles, ſerua Sapientes, reuoca Simplices, admoue Pauidos, admone Diuites, adminiculare Pauperes, erudi Rudes, non refuta Fœminas, Coniugatas coniuga, comitare Viduas, Virgines protege, & aſside meę linguæ, de Domino loquēte, labijs ſuauitas, menti dimentio, pectori candor, ſenſui ſubtilitas, ori nectar, oculo lux, omnium agnitio, Dei indagatio, Mundi contemptio, Diuinę veritatis demonſtratio, Occultorum reuelatio, & ſupremę Maieſtatis Intellectio, Dilectio, Poſſeſsio, Benedictio, & Adoratio in ſęcula ſęculorum. Amen.

*In Dei Laudem.*

CANTITEM ego cum Maria ſorore Moyſis hoc de Mari emerſus, te perfidorum diluuium; in occiſione Syſaræ cum Delbora Victoriarum Dominum, in Lege ſcripta cum Moſe, Auctorem Legis, in dilatione Vitæ cum Ezechia, Vitæ præmium, in Samuelis partu cum Anna in omni opere portentoſum, in Fornace flammea cum ſanctis pueris flammarum Rorem.

Cantitem ego te Angelorum Cāticum, quem omnes concinunt Iuſtorum linguæ, te cęli Deum, quem adorant hominum manus in cęlum ſublatæ, & Deo ſupplices; Te Virtutum Procreatorem, qui dediſti Cęlo Arcana, Soli radios, Lunæ cornua,

Mari

Mari fluxionem, terræ ſtabilitatem, Angelo gloriam, homini, & Angelorum ſortem.

Cantitem ego te Poteſtatum Principē, qui omnipotens ex nihilo cuncta creaſti, diſpoſuiſti quæquæ in Sapientia, omnia in bonitate conſeruas, omnibus Naturæ Dominus, dominaris, omnis gratiæ Pater, & Deus, peccatores vocas ad pœnitentiam, gloriæ Rex, iuſtos glorificas; ſanctorum ignis, humana in Leniſſimo amore corda conſumis, immenſæ Charitatis de Deo Deus, de dilecto dilectus; Amantium in amore pectora effodis, in altiſſimis habitator, humilimè ad te declinas trina Generationum, regnorumq; genua.

Cantitem ego te Beatorum hymnum, cui ſacratur vna in omni terra Cantio, vna in terris Religio, vna in Cęlis Gloria, a duplici tuba ſpirituum, tuæ beatitatis, & claritatis cantitatorum; in te porro æternitatis Auctore, cęleſtium augeſſit æternitas Vitę vigore, viget virorum Spiritus; Sapientiæ fonte dilatantur Sapientię indagatores; nobilitatis origine nobilitantur terræ Nobiles; poteſtatum capite, pollent terreſtres, cęleſtesq; Poteſtates; Angeli pulchritudine pulchra iubilant ſydera; Naturæ fęcunditate, terra fęcundata parit; Angelici ſubtilitate ſpiritus, omnis excellit ſpiritus, ipſa puritate puriore prima relucet Cœli lux; ſanctorum Sancto ſanctorum nititur laus; & ſanctitas.

Cantitem ego te miræ virtutis Dominum, in quo ſunt omnia, ut in Sole lumina, in Vnitate numeri, in centro circulus, in puncto lineæ, & in Mari flumina; Qui es omnia Dominus Deus meus: es enim magnus, & minimus, mobilis, & immobilis, perſiſtis, & ſedes, curris, & euolas; tu ſimilis, & diſſimilis, æqualis, inæqualis, Ades, & abes, tu corpus pleniſſimum, indiuiduumq; punctum; tu intus es, & foras; tu deſurſum deorſumq; reſides; idem es, & alter appares; & quis hęc tua interpretabitur problemata? quis Edipus hęc ſoluet enigmata? Tu uere magnus Dominus meus, quia immenſus, quia ſimplex minimus, quia prouidus Mobilis, quia ſempiterna natura prę ſtas, videris immobilis, tu dum placaris ſedes, vt accinctus con

ſiſtis, dum noſtras ad te præcurris curſiones excurris; es aliquando diſsimilis, dum multiplicibus Prophetarum manibus demonſtraris, tu paſsim ęqualis quia nemini dees, inęqualis inſimul, quia imparia diſparibus munera diſtribuis, tu omnibus ades, & ab humanis abes, tu corpus pleniſsimum, quia omnia comples, tu indiuiduum in omni ſubtilitate punctum; intus es, ut in corpore anima, foraſque videris, quia vniuerſa tuo ſpiritu viſitas; tu deorſum Chriſtus, deſurſumque Deus, ęque in Cęlo ac in Terra immolaris, & adoraris; idem es ita in Scabello, ut in Sede, & alter homini appares, & Angelo reuelaris.

Cantitem ego te Beatitudinis Deum; dum tuam meditor Lucem, beatis plane viſibilem, & eandem peccatorum effingo penitus inuiſibilem, viſui; te nanque puritatis Angelicę inſpicio, ſine motu Solem; ſentio magis animarum ignem, quam corporum fomitem; mihi propinaris aqua, quę in cœleſtia ſalis, hauris fons, qui non deriuata Mari, defluis fluuius, qui non concreſcis, neque decreſcis in ęternum; totus reſpectaris oculeus, qui ſolus proſpicis vniuerſa; totus auritus attenderis, qui humanorum audias ſecreta cordium; totus palparis manus, qui cuncta patras, totus reſpiceris pes, qui totam Mundi machinam portes, totus aſſeruaris Vitę Cor, quia mortalia viuifices.

Aperi mea labia Domine in tuas laudes, qui es ſine fine finis, ſine principio exordium, ſine limite meta, ſine quantitate magnus, ſine pulchritudine pulcher, ſine qualitate bonus, ſine amictu amictus, ſine accidenti ſubſtantia, ſine ſpiritu Vita, ſine tempore æternus; es vbique, ſine loco locorum; tu ſine duritie Lapis, ſine feritate Fera, ſine furore Leo, ſine veneno Serpens, ſine indignatione Panthera, ſine ferocitate Vrſus, ſine vilitate Vermis; qui dum dominaris, calcaris tanta cum tolerantia à peccatorum pedibus.

Aperi fauces meas Domine in tuas laudes, qui es omni laude prętantior, & vbique mirificus; tu enim es Puer, & Homo, Panis, & Caro, Senex non videris eſſe, ſed dierū bidem ſpectaris

ris

ris Antiquus; tu nequaquam Adoleſcens, ſed in te omnia, & Vetera ſunt noua; tu tota Cęli Claritas, Terræque dilectio; quę flammata flammans non vris, tu ſine paſſione iraſceris, in tranquillitate indignaris, in iuſtitia miſereris, ſine motione mutaris, omnia adimples, & non arctaris, Mundi ſuſtines grauedinem, & non grauaris, omnia moderaris gubernacula, & non afficeris, ſurdos ſine voce vocas, mutis ſine lingua loqueris, hominibus ſine ſonu perſonas, ijſdem audiris, & non videris, minaris, & propitiaris, abſiſtis, & aſſiſtis, iraſceris, & auxiliaris, abſconderis, & manifeſtaris Magnus, & Admirandus Domine Deus noſter Omnipotens.

Imple gutturem meum Domine tuis mirificiſſimis laudibus; cui ſoli omnis tribuitur laus; qui ſolus potes Mundi tollere peccata, Mortis meritis delere Mortem, ſanguinis promerito hominum commutare culpas in merita. Tu enim ſuper hominum natos, hominis eluxiſti filius; & a Deo Dei proceſſiſti Vnigenitus; tu ſuper omnem operaris Naturam mirabilia, doces, & docuiſti lactantes ſapientiam, illam pateſeciſti paruulis, Miſeris aſſignaſti gloriam, humilium eleuaſti ſortem ſuper Angelos, paſſus es ſuper omnem longanimitatem Martyrum patibula maxima, vixiſti nobiſcum in carne Deus verus Emanuel, contactu, ingreſſuq; fluminis, illud ſanctificaſti nobis in regenerationis, ſanctitatisq; flumen; paraſti in pœnitentia miniſtros Angelos; horum in humana perpeſſione definiuiſti conſortium; nos in tua ſuſcitaſti reſurrectione; tua cum omnium Victoria ſuſtuliſti ab Inferis; cum præuia quoque gloria aſſumpſiſti in Cœlos.

Aperi os meum Domine in tua veriſſima Encomia, quia ſolus Deus æternus, primus, & nouiſſimus ſolus Verus, Verax, & Veritas; in cuius Ore ſuauiſſimo nunquam inuentus eſt dolus, ſolus viuis Vitalis, & Vita; quia tecum viuentes perennitate Vitæ coronas, & mortuos reſuſcitas; tu Deus ſub terreſtri hoſpitio noſter, ſuſcipe nos; tu Deus in æterno Patre meus, terræ filiorum memor, hominis memento, & miſerere mei; Tu Cœli in Terra Theſaurus, occurre Vitæ Theſaurus, Tu ſo

lus Orbis Dominator, eſto Dominus meus, tu Mundi Victor, oſtenta te mihi in hac militanti Vita Victorem, tu Infernorum Triumphator mecum ſuper Baſiliſcum ambula, & conculca Leonem, & Draconem. Amen.

## *Ad Deum Patrem Contemplatio.*

OFFERO tibi increate Pater, præ ſacris manibus Vnigenitum tuum, Hoſtiam Sanctam, tibi quotidie cōſecratam, pro meis, Mundiq; delictis; Hoſtiam ſuper Altare immaculatam, pro meis, Mundiq; maculis; hinc ego omnium malornm ſemen, illam propono tibi ob oculos, vt omnium bonorum ſeminarium, peccatorumq; pelagus, & miſeriarum abyſſus; ineffabilis eius ſanctitatis, gloriæq; Abyſſum tibi offero, immolo tibi ſacrificio cordis, Infima ego, terreſtriſq; creatura, hunc Cœli, Terręq; Creatorem, omniumq; Redemptorem; vt tanta ſuſcipiam, attendamq; reuerentia, quanta expedit tantæ redemptionis meæ, Redemptoriſq; gloriæ; tali deuotione, attentioneq; ſpiritus contempler, & cultu religionis adorem, qualis eſt nunc ſpirituum beatorum in Cœlo, qualis & in Terra fuit in deſiderio Prophetarum, in Charitate Apoſtolorum, & in Societate Martyrum. Amen.

Offero tibi Patrum Pater, Filium tuum; Gentium Patrem, de Deo Deum, pro homine Hominem; qui ſit in quotidianę Crucis Ara quotidiani peccati Victima; in Eccleſiæ vero Sacrario, Deus, & Homo; in mentis meæ impolluto Sacello, omnium ſacrorum Sanctuarium; in cordis dolore perfecto litandus Agnus, pro mea, Mundiq; Vita; qui ſit in ira tua Propitiatio mea, in futura Iuſtitia, Miſericordia, in meo reatu Venia, meæ mortalitatis Immortalitas, priſcę captiuitatis Redemptio, paſsionum Dulcitas, miſeriarum Portus, lachrymarum Exitus, Victoriæ Virtus, & mea, & ſuæ Plebeculæ Gloria. Amen.

Offero tibi Sancte Sanctorum Pater qui tibi hodie, & ab

æterno

æterno genitus, æterna itidẽ Generatione, pro Regeneratione mea, indies generatur; eundem tibi oblatũ deſpecta, de ſummis tabernaculis humilimũ deſcendentem in me hominem, Summum in meo, vt olim Virginis clauſtro, exinaniri Deum, vbi me Summis Imum, Cęlo Terram, Angelis Hominem, calamitoſiſsimũ, & iniquiſsimum Iuſtorũ copulet Gloria. Amen.

Offero tibi ingenite Pater, tuum vere Dilectum, vere Vnigenitum, pro mea hominumq; doctrina in alieno ſolo natũ; amore pauperum, in præſepio repoſitum; peccati fugæ, furtim in Aegyptum aſportatum; tentatorum exemplo, puerum ab Herode inſectatum; pro extorribus a patria excluſum; pro peregrinis peragrantem; & pro alienigenis in diſiunctiſsimis terris habitantem; quo nobis oſtenderet Mundi ſpectatoribus, Mundi cupidis, Mundi colonis, ſuum, & noſtrum non eſſe hoc de Mundo Regnum. Amen.

Offero tibi Sancte Deus, Deum, Dominumque meum, in Deſerto pœnitentem pro pœnitentium Speculo, in concionibus vehementem, pro Dei, hominiſq; Gloria; pro perſecutoribus orantem; pro multis Charitatis meritis, in iudęorum blaſphemijs Benedicum, in perfidorum iniurijs Beneficum, in peruerſorum conuitijs, nobis humili Vultu, Sanctoq; Silentio prælucentem. Amen.

Offero tibi Magne Pater Flium, quem Cœli, & Terra non capiunt; a ſacrilegis, ab infimis captum, a Iuda proditum; qui proditorem ornauit, a Iudæis Afflictum, pro exemplari confligandorum Corona; in Horto vinctum, pro prioris hominis vinculo; ac de eiuſdem deliciarum Horto lapſu, ad Annam ductum; pro veteris, meiq; peccati iuditio, in Caÿphæ palatio percuſſum; pro terreni hominis hæreditaria percuſſione corã Pilato Præſide accuſatum; pro accuſatione peccati, clementiaq; peccatorum, ab Herode illuſum; pro humani criminis ludibrio, & ad Columnam a Pontio alligatum; pro primorum parentũ Vinculis ibiq; ſex millia, ſexcentũ, & ſexaginta ſex verberationes acerbiſſimas in delicato Corpore ſofferentẽ; pro varia, & multiplici caſtigatione, & ſatisfactione mea. Amẽ.

Offero

Offero tibi prouide ſęculorum Pater, prouidentiſſimum ſæculorum Regem, ab eodem Pontio ſpinarum aculeis compunctum, inter duos perditiſſimos interiectum; in maledictaque Cruce necatum; adeo vt Chriſti mei paſſio ad columnam, ſit mihi Fidei firmitas,& columna patibulum legis peccati mei; ſpinarum autem ſuper eius capite Corona fiat perpeſſionum mearum in hodierna exemplar,& in futura Vita Corona, Colapha, Sputa, Chriſti dolorum acerbitates Vitam mihi in æmulo dolore acerbum parent; Domini mei Caput in Cruce placidum, te placet, de cruce deuexum, me tibi conciliet, Morte decolorata facies, meam mihi mortalitatem memoretur; transfixę Saluatoris mei manus,& pedes, me in Dominicæ paſſionis vehementi amore, ſalutarique dolore transfigant; profluens rubicundo Sãguine latus Calicem mihi totum aureum meæ redemptionis propinet. Amen.

Offero tibi Pater Sancte pijſſimam,& ſanctiſsimam Filij tui mortem; vt illam cum Cęli, Terræq; dolore doleam, cum Chriſti flebili Matre Chriſtum in Crucis maledicto gementem gemam, ſuſpenſum defleam, & cum ſupplicibus ſupplex, cum quærulisque Marijs Vox fletus mei quærula, totus ad Chriſti morientis ſpectaculum conuertar, intendar, ad crucisq; pedes abijciar; vt totus cum Capite meo dolens, diſcruciatus, patibilis, ſumam & ego ſuper menſam tuam de Vitæ Morte, Vitæ ſubſtantiam, de Vlcerato latere plagarum pharmacum, & ſanctitatis vndam; ita, vt mixtę potionis Calix, ſit mihi perpotationis æternæ æterna de Paradiſi Fonte ſuauitas. Amen.

## *Ad Patrem Contemplatio.*

GRATIAS ago tibi Cęli Conditor, totius Indulgentiæ, munificentię, conſolationisq; Rex; qui pro recuperatione Terrę, vnicum de Cęlo in Terram demiſiſti Filium, vt tibi Genus Humanum peccati ſeruum, a peccati ſeruili, miſerabiliq; Natura, Chriſtus Gratiæ, redimeret Deus, in Mortis, & Vmbra conſepultum, mortuo-

rum

rum ſimiliter eadem ſuſcitaret Reſurrectio; quocirca æterna ſit in ſanctis, peccatoribusq; laus, in illorumq; corde, & ore ſonet, & reſonet pijſsima de te Cantio, & alternatim coram te exultet, ac renouetur Iubilatio; pro illa diuina, exuperantiq́ue Charitate, qua nos reſpexit Clemens ferreos, Pius receptaſti rebelles, iræ non ſpreuiſti filios, habeam, & ego tibi animo magnas, agam verbis innumeras, referam meritas de illa pietate gratias; qua ab æterno Verbum de te non creatum, nec factum, ſed pijſsime, & cupidiſsime genitum, in parato Plenitudinis tempore, noſtram de Virgine aſſumere carnem, de Inferis ad Cęlos efferre Naturam, in omni terra glorificari miſeriam benigniſsime voluiſti, vt Verbum in æternitate tibi coęternum, ſub humanitate noſtra ſubijceretur tempori, Diuinitate coęquale aſsimilaretur hominibus, in Eſſentia conſubſtantiale, Caro de Carne noſtra fieret, vt vere Germanum, vere fratrem illum in multis fratribus Primogenitum haberet Eccleſia, in Mundo magnus, in Cœlo maior, in Sole maximus, in Syderibusq́ue ſingularis ſplendor, Noſtras attolleret humilis, & obſcuratus colluſtraret obſcuritates; ruendorum Reparator, Angelorum in homine impleret ruinas, hominum Salus, homines ſaluaret damnandos, maledictę terræ ſeminis Benedictio, nobis in Eccleſiæ ſinu (pijſsimo omnium effugio, Terræ fructibus, Terræ genitis, patria, expenſaq; manu benediceret.

Veniat igitur nunc, & in horas ſingulas ſub tua vere Omnipotenti Potentia, in ſuaq́ue natali Sapientia mirabilis Deus, & Homo Chriſtus; non vt octo pręſeruet animas in Arca Noe, ſed Mundum ſub ſuo immutabili decreto ſaluet Vniuerſum, ſaluet ſolus in Ara Crucis, mundet Mundum in latere ſuo, ſeruet nos, & præſeruet, non ſepties cadentes, ſed ſeptuagies ſepties in ſeptem ſacramentorum Arca.

II. Veniat nunc Deus ſub humana carne noſter, ſuauis, & patiens, & in Miſericordia cuncta diſponens; qui nos liberet impios, non a Pharaonis impia Tyrannide, ſed a crudeliſsimo Mundi Principe, non ab Aegypto, ſed a Regno Dę-

monis,

monis, non a ſeruitute Mundi, ſed a captiuitate Peccati.

Si merſit perfida, & armata Pharaonis Caſtra Diuina illa dextera in Mari Rubro, & ibidem fidelem, & inermem populum ſuum traduxit idem Paſtorum Princeps per Deſertum; mergat peccata noſtra Ieſus peccati Lauachrum, in Sanguinis ſui Diluuio; & nos de huius naufragio Maris traducat Ieſus fidelium requies, naufragorumq; portus, in tranquilliſſimę Vitæ Portum.

Si venit in Mundum Ieſus, non vt nos præcederet tantum in Ignea Columna, ſed vt gratiæ pręuius, veritatiſque Lumen illuceret profugis Almę Patriæ, ſecuritatiſq; Via; illuceat decce ptis præfata Veritas, incubet morientibus eadem Vita.

Si venit Patrum meorum Spes, & Deus Deorum Ieſus, non vt præberet nobis tantum petræ Lympham, ſed lateris Fluuium; non vt cibaret nos matutino Rore, ſed ſuauiſsimo Sacratiſsimi ſui Corporis Eſu; Fiat hodie in Chriſti meritis, vt in Charitate perfecta, & in Fide non ficta, emeream ego illum manducare Panem, qui eſt beatorum Eſca; & de illo Calice bibere, qui eſt beata potio in ſumptuoſiſsima Cęna epulantium, & triumphantium.

Si venit in Mundum Chriſtus, qui nobis non ędificaret tantum in peccatrici Terra Sanctā Hieruſalem, quantum inclauſo Cœlo aperiret miſeris, æuæq; natis beatę Vitæ Portas, dilataret Glorię Regnum. Sit nobis Emanuel, e noſtro funere rediuiuus, immortalis Vitę Caput, ſit mortis humanæ Præmium, fundit ille Angularis lapis ſuper duodecim Eccleſiæ columnis immotam; & ęternam ſanctorum Ciuitatem, vt immutabilis Deus noſter; & tibi coæternus ſanctorumque ſanctus Filius tuus.

Eruat nos a Mundi fallacijs Ieſus Mundi Veritas; abſtergat peccati maculas, Agnus ſine Macula; tollat Legis maledictū, Benedictus in ſæcula; vindicet nos ex primorum Parentum interitu, nouiſsimus Adam; ſanet, liberet, e mortifero Serpentis morſu demorſos, omnium medela morborum, in ſaluberrimo ligno ſuſpenſus Serpens Aeneus. Amen.

*Ad*

## Ad Dominum Contemplatio.

SVCCVRRE Domine omnibus fidenter, & perſeuc ranter orantibus ante Thronum, Altareq; tuum; quia ſolus fidelium Auditor, in fide orantes, & perſeuerántes fidenter, & ámanter exaudis.

Succurre Domine, & auxiliare cunctis in neceſſitate implo rantibus a tua diuina Maieſtate, & Benignitate ſubſidium; quia omnium Auxiliarius, & Prouiſor, omnium Generator, & Saluator, ſedes ad Dexteram Patris.

Vide Domine, Cœli, Terræq; ſpeculum, ſpectrum, ſimilitu dinemq; tuam, tui quondam ſimilem, hodie tam mirabiliter diſſimilem; quæ in fallaci luce defigitur, defixa cęcatur; & lux eius dum apparet, ſubito perit; & Dies eius dum oritur, ſubito aduesperaſcit, dum ortu, meridieq; claret ruenti cum occi dente moritur, & diutinis, denſiſſimisq; tenebris implicatur.

Vide Domine Dies, & Annos fugaciſſimę Vitæ meæ, quæ veluti Matutina in olenti Viridario Roſa; in florenti Prato Floſculus, totus olet, & floret; & cum Occaſu Solis occidit; & fœni flos cum fœno languet, cum putri fœno Putridus pu treſcit, cum eius ſtercore ſtercoroſus fœtet; & iam cum eiuſdem ſorde ſordeſcit.

Vide Domine qualis eſt hodierna Vita mea; quæ dum inter viuos viuit, emoritur, dum euigilat obdormit, dum ſapit ſomniat, dum perſiſtit delabitur, dum ſtare connititur, vanitas vanitatum videtur eſſe, & ſomnio ſimillimę; quæ ad finem curſitat, velox, & fugax, vt Vmbra.

Vide Domine qualis eſt in conſpectu hæc militans, & pere grina, mortaliſq; Vita mea, quæ dum mortalium viſui videtur Vita, Mors eſt, dum diu me captat; illico decipit, dum du cit, ſeducit, dum in ſuum me amorem allicit, in fraudem illicit, dum mihi alludit, illudit, dum tota ſeſe mihi credit, me irretit, dum increſcit, euaneſcit, dum exaltatur, exicatur, dum ſuis blanditijs hominibus dulcet, dulcis videtur Stultis, & amara, Sapientibus.

Vide Domine fictile manuum tuarum Vas, Vas olim decoris, & hodie dedecoris, Vas quondam honoris, nunc contumeliæ. Opus vere Magnum, vere Diuinum, vnius hominis Lapſa collapſum, vnius crimine vtrinque criminoſus, vnius peccati macula a priſtina ſpecie immutatum.

Vide Domine prouidus, & pius; pium, & elaboratum nimis Opificium tuum, a concupiſcentia carnis ardens, a concupiſcentia oculorum pellectum, a ſuperbia vitæ penitus diminutum.

Noſcant hinc ſancte Pater tuæ Paternæ Lucis Radia, palpent intactæ Manus tuæ Tunicam veram, veri filij tui Ioſeph; quam peccati pedetentim comedit Tinea, quam veteres, & recentes deturparunt turpitudines.

Agnoſce ſummæ Virtutis Faber, priſtinum tuum de Virgine terra Fœtum, quem Vafer in Paradiſi delitijs fefellit Serpens, quem Verax in terra ſua deuorauit Leo, quem Mundus vtique fallax, Morte fallaciſſime prodidit, & edax peccatorum antiquitas in peccati Morte conſumpſit.

Reuiſe in dies hic beneuolentiſſime Pater Vnicam porro meam, filiamq; vere tuam; quæ more peccatorum lento, quę vario timore ſuſpenſo, graditur, recto Virtutis gradu de Morte, ad Vitam; & tranſuerſo vitiorum tramite, tranſcurrit de Vita ad Mortem, Abiſſusq; Abiſſum ſuſtinet, & inuocat, ſub Vmbra alarum tuarum.

Serena æterne ſerenitatis flatus Ieſu in hac Petri Naui Germanam, ſponſamq; tuam, vt temporarijs anguſtijs miſerabiliter aſtrictam miſericorditer relaxes, multorum ſuſpitione malorum conſoleris ſolicitam, multorum ſeditionibus agitatam; in beata beatorum Pace confirmes.

Agnoſce magne Faber de puluere facturam tuam, tam concinne, & eleganter formatam, vt talis tamen breui temporis curſu diſſoluatur, & reuertatur in terram ſuam.

Agnoſce huius Vitæ Vitale Lumen Vitam hanc, ſub Imperio ſane tuo, Vmbræ æque fugacem, ac ita permanentem; vt tam ſpectabilem, quam tranſitum prolis veſtigium, ſubite viſionis

ſionis Nebulam,miſeriarum turbinibus euolutam; a radijs So lis fugatam; eiuſdem memorare gloriam, tamquam Terræ Puluerem, & fœni florem, a mortis falce reſecandam, ab aduerſariorum ventis percuſſam, tentationum ventis exagitatã, breui proſperitatis flamine erectam, cito mortis pede diſperſam, repentino æternæ mortis Fulgure tollendam.

Tolle pœnalitatis, & mortalitatis eius anxitudinem; tu ſo lus immortalitatis æterne Pater, & totius beatitudinis Deus.

Tolle natalis conditionis reminiſcentiam; tu beata dilectorum tuorum laus, & dulcis paſſionum humanarum memoria.

Tolle humanæ Vitæ Laborem, & Luctum. Tu Iuſtorum Requies,& Gaudium,tolle pauorem mortalis exitus, eiuſque miſerias, tu dubiorum Securitas,& Gloria miſerorum.

Pateat tibi ſumme Imperator in Terreſtri certamine illius Vitæ,Mortiſq; curſus, & affectatæ indies Gloriæ ſuæ recogitetur difficultas.

Occurrat tibi Domine Dominantiũ Ancilla tua de immundo concepta ſemine,vt quando munda de Mundo liberabitur Columba tua, mundus tibi ſuccurrat totus Peccatum, & vanitas, & perpetua ſuper terram afflictio, omnis homo viuens.

Pateat tibi Peccatorum ſanctitas, Domine Ieſu in peccatorum grauedine grauis; peccati mortalitate mortalis; Aeuæ filia, & famula tua; vt quando exibit de Carcere, & euolabit moriens de corpore Mortis, huius peccata tollas cum miſericordiæ Vexillo, & ipſam vere filiolam, & exulem, & peregrinam in finali ſanctitatis, immortalitatiſque Patria recipias.

Pateat tibi Ductus, Duellum, Victoria,Pax, & Corona virorum Ieſus oppugnatorum ſuorum toties tentata, & probata pugnis Bellatrix tua; ut nobilius illi decernatur per te Diadema, faciliorq; pateat Introitus in æternæ Pacis Domiciliũ.

Sine Domine vt in paucis vexetur vnica mea, vt multorum illi ſit præparata Requies bonorum,in plenitudine Gaudiorũ.

Sine Domine vt diu tecum deferat ſancte Tribulationis, paſsioniſq; Lignum, ut illi diu pariter aſsideas, illam e pecca-

ti manu eripias, & in ſereniſsima Equitum tuorum Curia glorifices.

Sine Domine laborare illam in gemitu ſuo, quo vere pœniteat ad te confeſsionis vocem, & pro iuſtitię munere lachrymas effundat.

Sine Domine, ut abſte, ſpiritus eius famelicus poſcat Panem vere Cœleſtem, vere Quotidianum; cordis quidem gemitibus ineffabilibus; vt ſæpe in fidei meritis petat; Orationis promeritis impetret; futuræ Patriæ cupida intra ſe gemat; vt labores interim manuum ſuarum colligens; Manipulum tibi ſuum deportet, & offerat, & in oblatione metat æternarum diuitiarum Meſſem, in Regno tuo; in Regno quidem Cœlorum, Regno Iuſtorum; in ſæcula ſęculorum. Amen.

## *Pro ſalutari Sapientia ad Deum Patrem Contemplatio.*

DOMINE Pater noſter in veritate, Pater in ſanctitate, in communi ſalute, & bonitate Pater; cuius Potentia nos creauit ex nihilo, cuius bonitas redemit, cuius Sapientia Mortis laqueos confringimus; tu qui creaſti Mundi machinam, erexiſti Cœlos in intellectu, ſuper aquas fundaſti Terram; terram illam ponderibus libratū ſuis; diſſociaſti a Luce tenebras, diuiſiſti ab Aquis aquas; illis conſtituiſti ſimiles terminos; Cœlis motus; virtutē Igni; Aeri ſpiritum; & Mortalibus vnicam Sapientiæ, immortalitatisq; metam: concede propitius Deus, vt diuinorum intellectu, ſalutari aqua Sapientiæ, Iuſtitiæ lumine, opera tenebrarum harum, a peccatoribus diſſociatus, effigiens, ſapiens diuidem aquas ab aquis; hoc eſt, Cœleſtium, & terrenorum cognitione ſecernem; ſapientes a rudibus, bonos a malis, amoris Igne Domini Spiritu; & finali meta mortalium ſaluberrima; atque ſapientia; In illa ſane viget ſummæ intelligentiæ ſpiritus; vere ſanctus, & vnicus, mirabiliter multiplex, & ſubtilis; vbique modeſtus, diſertus, & mobilis indubitanter incoinquinatus; certus, & ſuauis admodum; amans vbique terrarum bonum;

num; omnem virtutem habens, & omnia proſpiciens. Si hac ergo Reges regnant, & potentes decernunt Iuſtitiam; rege me Domine ſub Vmbra Alarum tuarum, ſęcurum; tu Rex Regũ rege me, Dextera Diuinæ Potentiæ, & Iuſtitiæ. Si hac nihil beatius, nihil bonis omnibus affluentius, inuenire, vel excogi tari poteſt, reple me ſummi boni bonis, o ſumme bonum, & beatiſſime Deus, ut huius virtute poſſem Infirmus in huius ma ximis, & æternis beatorum voluptatibus, infirmus ego, miſerq; mortalis acquieſcam. Domine ſi commoda, quibus vti mur, ſi lucem, qua fruimur, ſi ſpiritum quem ducimus, nobis primum à te Deo datum, & poſtea, a Sapientia conſeruatum agnoſcimus; da vt huius præſtantiſſimę mentis Numine cun ƈta indagamus, & cunƈta cum huius agentis Vitæ commodis, vera Luce, atque ſpiritu conſequamur. Domine ſi hæc veluti prudens, cordataq; Matrem Naturam noſtram ſuis originalibus Vitijs infeƈtam, & cęcatorum opinionibus deprauatam, ſuo lumine luſtrat, labantem ſubleuat, ſubleuatam reparat, reparatam ſeruat, & ſeruatam glorificat; adeo vt ad bene, beateq; viuendum ſit dux nobis optima, fidelisq; Comes: nobis largire, largitor luminum hanc humanarum, & diuinarum re rum Sapientiam; profer bonorum Artium Matrem, Diuinæ Mentis interpretem, ſolidæ Virtutis altricem, laborumq; ſociam; dum eſt mortalis Vitæ cuſtos, bonorum procreatrix, & malorum ſuprema deletrix. Domine ſi hæc vt communis omnium parens, & diſciplinæ Magiſtra, ſuapte natura pro incolumitate propugnat; excipit Mortis vulnera libens, immortalis Vitæ Spe recreata; nullos inimicorum impetus timet, nul los fortunæ caſus reformidat; hæc nos in lucem editos, in gre mio Matris Eccleſiæ ſuſceptos, ſanƈta, ſalutarisq; Nutrix, perpetuo ſanƈtos, incolumesq; conſeruet. Domine ſi hæc in ſum mi tantum boni inquiſitione quieta, omni pacata, tempeſta te, in omni virtute conſtans, nullis tabeſcit moleſtijs, nullo dolore frangitur, minime futilis, minime loquax, nulla alacritate geſtit, caducos non ſitit honores, nulla cupiditate du citur; da Sanƈte Pater, vt huius ſtudia ſine perturbatione ag-

grediar,

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

grediar, vbique indefeſſus, & immutabilis ſine ęgritudine perficiam, & ſine cupiditate, & metu vitam ipſe tranſigam incorruptam. Domine ſi hæc Vrbes, legesq; condidit; & errantes homines more ferarum in politioris Vitæ ſocietatem aggregauit; legitimas Nuptias commendauit; Sanctitatis Domicilia, Religionis Templa, ſacrorum Cęremonias, hominum, & Summi Dei Cultum inſtituit; præſcribat nunc mihi ciuilitatis Vrbem; Iuſtitiæ Legem; ne more, ferarum, hoc eſt more peccatorum, errantem, in veram ſanctiſſime Vitæ ſocietatem compellat; Sit Nuptialis in te Domino Thalamus ad cœnam Beatorum; omnis Sanctimoniæ Catolicæ Religionis, & fidei; ſit illa in pectore meo ſacrarium, fidelisq; cultus. Domine ſi huius præmium eſt honor, & gloria; & huius breuitatem Vitæ ipſa perpetuitate memoria conſolatur; da ut huius nominis gloria (o Sancte Pater) vere ſapiens mortuus viuat, huius virtutum aſſenſu, (licet mortalis in Cęlum ipſum, vbi eſt perennis ætas, & immortalis honos) oſtendat. Domine ſi hæc Lucem, & Veritatem præſefert; oſtendat nobis te ſalutis Lumen; & vniuerſorum Veritatem; omni terrenorum Luce, & veritate clariorem. In hac reſonet Altitonantis Dei Vox, qua tuarum Chriſte vocum Oues tuæ, vt diuinæ veritatis voces audiant. Hac ſedeat omnis Sapiens, & Sapientię Præceptor ad Fontem Aquarum Viuentium; ſuper quem longo itinere tu defeſſus ſediſti Ieſu veritatis Magiſter; quo inquam Fonte deguſtato Fōs videri poteſt æterni boni lucidus, ex hac hauriant aquas pręcones Dei ad auditorum ſaturitatem, ad miſerorum gaudia, ad hominis ſecuritatem, ad Mundi regimen, ad tuam denique Gloriam Deus. Hinc nobis demonſtrent, iuxta viuentem Euangeliſtā Aquę viuę fluuium, hoc eſt; te Viuentem Ieſum, omnibus vbique gratiarum aquis exuberantem. Hac gradiantur electi ſuper fluctus Maris; olei lætitiæ reſperſi flumine, & procellarum interriti. Perfice igitur Domine Vineam iſtam, quam plantauit Dextera tua iuxta Dei Patris Flumē, & ignei vigoris Torrentem. Porrige hic nobis lactentibus (o Sancte Pater) Lac Vitæ, ut cōcreſcat veluti pluuia Doctrina tua,

quæ

quæ nos nutriat in Sancti Spiritus verbis; ędificet in Iuſtorum exemplis, purificet in Beatorum memorijs. Amen.

Sede Domine ſuper hanc Eccleſię Petram; quæ ſtrauit indomitos Terrę filios, hoc eſt; filias Syon extento collo ambulantes conculcauit; quę Mundi ſapientes confudit; quæ veros in virtute Stoicos ſuſtinuit, & Epicureos, & falſam de eorum religionem antiquauit.

Sede Mons Montium Domine ſuper Montem iſtum; Montem quippe Syon; ad quem ex quatuor Terrarum angulis vocat nos omnes Eſaias, dum hic eſt ſolium Regis æterni; in hoc doces omnes linguas Altiſſimi Fili; Pater Imperat; & illuminat Spiritus Sanctus.

Sede Domine ſuper hoc Claritàtis Aeternę, Veritatisq; Mentem; vt ibidem ego ipſe quoque diſcipulus agnoſcam Dei Patris omnipotentiam; timeam tuum Rex dominātium Imperium; venerer in dies Paracleti præſentiam; & optimi, & vbique maximi Imperatoris Maeſtatem adorem.

Sede Domine in hoc illibato ludo literario almæ quietis Diuerſorio, omnis ſanctitatis Gymnaſio; quo confluunt ex omni populo Seniores, omnis hominum Ordo, omnis Aetas, omnis Conditio; ut diuinis inſtituta pręceptis, ſalutaribus erudita Legibus, ſtet nūc ſtabilis; & Catolica Eccleſia tuis Chriſte moribus, diſciplinis, & mandatis ſeruandis, & quaſi veſtigijs perſequendis. Sede Domine ſuper hoc triumphali Vallo, Victoriarum inſignibus Illuſtrato; vt hinc reportet homo ex hac videlicet hominis Militia Salutis Galeam, Fortitudinis Haſtam, Victorię Gladium ancipitem; vt in arenam deſcendens hoc fidei Scuto munitus; hoc incolumitatis Thorace ſecurus, non tantum incedat, ſed irruat in tui nominis hoſtes æque armatus, ac Victor. Inueni iccirco Domine in Summi Patris penetralibus Diuinę Mentis & Concilij, & Increatæ Sapientiæ Librum; qui cum omnia feciſti Deus ad ſummam Mundi bonitatem, & Gloriam; ut ipſe quoque eius finali contemplatione valde bonus, & glorioſus efficiar. Pollicere mortalibus nobis; (ò Domine) Vitę Librum, quo continetur de

mortuo-

mortuorum vita, viuentiumq; ſpiritus; ut mortuus, ab Inferis exciter; & viuens ipſe, perenni cum benedictionis Spiritu benedicar ſpiritus, & homo, nomini tuo. Porrige Pater opulentiſſime, nobis famelicis filijs hunc Panem Beatorum; in his Infimis Tenebris, oſtende ſuperne luminis Lumen; ex hoc amaritudinum Mare torrentem dulcedinis aperi; vnde ſcaturiat in veteris peccati labe, veteris Adę lauachrum; vbi adſit in tanta egentium miſera, ruentiq; turba feliciſſimus, indeficientiſq; boni Theſaurus.

Aperi Domine abditiſſimę doctrinæ Librum, qui tractat de Regno Dei; & vtrinque ſcatet Sapientiæ verbis; vt illa ſemper in pectore, & in ore geſtans, illud quotidie in quotidiano ſapientis conuictu, & colloquijs vſurpem; ***beatus venter*** ò Sapiens, ***qui te portauit, & Vbera quæ ſuxiſti***, ſed beatiores Diuinę Veritatis Oraculo, ***qui audiunt Verbũ Dei, & cuſtodiunt illud.***

Lege nobis (ò Domine) vt Impijs, & Inſipientibus filijs, ineffabilis quidem Sapientiæ, Iuſtitiæq; Librum; Diuini Numinis Indagatorem, & Veritatis Euangelium, cuius intellectu *Cæci vident claudi ambulant, & leproſi ſanantur*, vt ipſe Parentis cęcutione mei cęcutiens, claudicatione claudicans, peccati lepra leproſus, Spiritus luminibus videam, Virtutum gradibus ambulem, & ſanatus adorẽ te Deum Saluatorem meũ.

Interpretare nobis Domine finalem Diuinæ Voluntatis, & Humanæ Sapientię Librum; Almę Charitatis Oraculum, mutuæ dilectionis Aelogium; quo proficiũt ſimplices, & humiles; hallucinantur Terrarum Sapientes; & ſuperbi, vt lenitatis, humilitatiſq; ſpiritu timeam Nomen tuum Domine; & de Magnalibus tuis humilime ſentiam; & humiliſſimè loquar.

Euolue Domine Librum, qui Cœleſtia quærit, Terrena contemnit, qui in miſeriarum Cruce, & in te Domine gloriatur, cuius auctor, fuiſti tu Ieſu, Gentium Doctor, ſalutis Protector, & Veritatis Magiſter; vt diuinarum euolutione ſcripturarum, *quæ ſurſum ſunt quærens ipſe, & non quæ ſuper Terram, abſit mihi gloriari niſi in Chriſti Cruce*, quæ me doceat in Sapientiæ Sede, finalẽ omnis Salutis, & Veritatis doctrinã,

Fac

Fac me verſare Domine diurna, nocturnaq; manu Librum, quem conſcripſit Dextera tua, cuius monitis hæret tibi Saluatori ſaluandus, cuius eruditione fideli Vnicam vexatam a Dæmone liberat filiam Babylonis; inſequitur, & plenam haurit a te ſalutari ſalutem.

Largire Domine Viuentis Euangeliſtæ *Librum intus, & foris conſcriptum, ſeptem ſigillis ſignatum*; cuius lectione vaticinantur Pueri, ſapiunt Iuuenes, acquieſcunt Senes, Lactentes, & Infantes, mirificam Creatoris laudem proficiunt, vt ipſe pariter in omni Vita, te vnicum Sapientię exemplar pręoculis habeam, in te ſapiam; & in tuis vbique Terrarum laudibus conquieſcam.

Confirma nobis denique Deus Immortalis Vitæ Librum, Creatoris, & Creaturarum contemplatorem; quo continetur Humilitas Dauid, Pauli Conuerſio, Salamonis Sapientia, Machabęorum Religio, Fides Abrahæ, & Iſaac Sacrificium; vt horum Virtutum, ęmula quoque mea Virtus, claudat Serpentis fauces, pandatq; Cœlos; & de huius finibus terræ, & miſeriarum incolis, conducat me ad Regnum Viuentium, ad ſupernas Beatorum Sedes, ad Sanctæ Hieruſalem præparata Domicilia, illius inquam Ciuitatis; quæ omni Gloria, & Diuitijs perpetuo refulget; cuius Viſio eſt ſempiternus Honor; Pax Dei, communisq; Charitas in ſæculum ſæculi. Amen.

## AD DEVM SPIRITVM SANCTVM, INVOCATIO.

VENI Sancte Spiritus Sanctitatis Radium, cordis Iubilatio, mentiſq́; Tranquillitas; quatuor terræ Flumina ſalutari tuo reple ſemper Spiritu; faciem Terræ renoua Gratiæ,& Veritatis,& Virtutis prę uius.

Veni Amoris Vinculũ, Charitatis Flãma,& ſalutis ſtudiũ.

Veni Vitæ Spiritus, tu Potentia Patris, Filij Sapientia, Trinus Intellectus.

Veni Lux Conſilij, Fortitudo Dei, Pietatis Donum, & Timor Altiſſimi: me cęcum clarifica, aberrantẽ firma, deſtitutũ protege, Denudatum indue nuptiali Veſte in ſacro Cõuiuio.

Veni Dei mei ſancta Reuelatio, ſummę Gratiæ infuſio.

Veni tu perennis ad Deum oratio: Euangelij Doctor; triſtis ęquæ,ac læta, tu crucis memoria ſancta Prædicatio.

Veni tu perpetua Dei Benedictio, gratiarum Actio, & Dei recordatio.

Da largitor munerum beatę quietis, & pſallentis mentis, vocem Sapientiæ.

Da Sermonem igneum, da ignitum Clypeum, contra tui nominis hoſtes ſempiternos.

Da ſacrato Eloquio, tuorum fidelium,dulce Mel, & Fauũ.

Veni Sanctę Spiritus in Columbæ ſpeciem; in gratiarum fontem; in quietis Nebulam; vt cum pacis munere, hunc me ſemper viſites, mihi ſemper defluas; tu Samarithanę ſalutaris Vnda.

Veni Cœli Donum, dulcis requies ſpiritus, ros Cœli, & fœconditas; me mortuum viuifica, viuens ignis Vitæ in Terra viuentium.

Veni Pacis Auſter, effla Pacis Spiritum; vt pro pace excubet hæ Romana Eccleſia in Iuſtorum Laude, in Sanctorum Pace, in Amore Dei.

Veni

Veni Sancte Spiritus cordis oblectatio, requieſq; curarum in corda Fideliũm.

Veni Sapientia Trinitatis alma; Angelorum Lumen, Beatorum Templum, Fidelium Solatium; vt pietate leuias, ſemperq; pacifices, noſtri cordis intima.

Veni Pupillorum Tutor, & Tutela, in his Mortis fluctibus, contumeliæ honos, ac iniurie præmium, & dulcedo.

Veni exilij Patria, carceris Libertas, meroris Hilaritas; & tu langoris Robur, luctuſq; Iocunditas.

Veni tu dedecoris ſingularis Gloria, ſolitudo Vitę omnium beatorum.

Veni Plenitudo diuitiarum omnium, egentium Saturitas, in ſiti voluptas, in miſerijs gaudium, Hoſpes miſerorum.

Veni tu finalis Iſaac Benedictio, in Iacob electio, in hoc Chriſti ouile.

Veni Dei mei bonitatis Almæ, & perfectionis, o Fons, & Principium.

Veni clara Dei, Viſio, & Contemplatio; veniatq; Pulchritudo viuentis in ſæcula.

Veni Pater optime, in labore Requies; & in ægritudinis dulcis valetudo.

Veni Mortis Vita, ignominię Gloria vere ſempiterna; me labentem repara, conflictantem tuere in vitæ periculis; & in Mortis bello. Da hic ſeptenarium in omne virtute; & ſalutis Spiritum. Da malorum. Exitum, lachrymarum Gaudium; & perenne Bonum. Amen.

## *Ad Diuinum Amorem, Contemplatio.*

SALVE dulcis omnis amoris Amor, Amor illius; qui mortem quæritauit, & guſtauit pro delictorum meorum morte; tu plane ſanctus, qui ſanctorum attriuiſti Principem in ſceleribus meis; tu hominibus (coram Deo) propitius; qui fuiſti Dei Agnum in Mundo, & pro Mundo holocauſtum; tu impatibilem, in paſſionum

mearum toto obruiſti pelago; & noſtris fluctibus immerſabilem, ac ſuppliciorum immeritiſſimum, in amaritudinum vaſtis immerſiſti Maribus; tum debebatur ſane nobis pro Vita Mors, pro Salute Perditio, pro Cœlo Infernus; cum de Cęlo Cęli traxiſti Regem, Deum de Deo ad hominem, Verbum de Patre ad Virginem, Chriſtum de vtero Virginis in Terram, de Terra ad Patibulum, de Patibulo ad Mortem, de Morte ad Infernum, de Inferno ad Vitam, de Vita ad Immortalitatem; vt ijs doloris, latitudinisq́; gradibus pro nobis caſtigaretur Innocens, omnium periret Vita, mortalium ſurgeret Reſurrectio. Beatus Amor, in quo fuit talis, & tanta, (ſine hominis merito) Dei Gratia; tam memorabile, (ſine humano exemplo) facinus; tam immenſa, (ſine menſura) Charitas; in qua illuxit (præ Adæ turpitudine) Chriſti honos; (prę terreni dedecore,) cęleſtis hominis decus; (præ vnius crimine) vnius, & plurimorum Sanctorum Sanctitas; pro cadentis probro, redimentis laus; pro damnandorum Morte, Saluatoris Vita; pro captiuorum miſeria, triumphantium Beatitas; (Præ vnius hominis culpa) tanta Dei, & hominis Gloria. Amen.

Salue dilectiſſime ſummi Amantis Amor; qui Deo dilectum in maleuolorum, & inimicorum tradidiſti manus; infirmabatur profecto vetus in nobis homo ad Mortem; cum totum eius languit egritudine corpus; cum eius tuberaret Superbia caput; lippirent oculi Inuidia; excandeſceret Iracundia pectus; comprimerentur manus Auaritia; torperet venter Ingluuie; cōburerentur Libidine renes; ſtarent immobiles Deſidia pedes; cum tu Saluatoris calcar, ignis, & comes, illuc magnum comitaſti Medicum, vbi magnus iacebat ægrotus; quem nulla cum herba, & malagma ſanauit, ſed vnico ſermone tantum, qui a regalibus deuenit ſedibus; qui mirifice ſolus inſtaurat Vniuerſa. Is enim ſuperbiſſimum Caput eius vnxit humilitatis Vnguento, & ſubito, diuinitusq́; reualuit; amoris alliniuit aqua liuida lumina; Pacis ſedauit Aura irata Viſcera; miſerationis extendit oleo auaras manus; ieiunij curauit inedia præcordia Ventris; refrigeratione macerauit pudica

dica

dica renes Libidine aduſtos; velocitate expediuit curſus ad omne bonum graueſcentes pedes eius; quæ maiora facere potuit, ſummus hominibus Conſul? quæ nobis apparare ſumma Sapientia; largiri ſumma Charitas potuit; quæ non pararit; quæ non cumularit; quæ non donauit? Veniens etenim ille de Altiſſimis Altiſſimus, factus eſt amantiſſime nobiſcum paruulus, caroq; de carne noſtra nobiſcum vixit, amanter, hominis Medicina, & Medicus; pulſum ægrotanti tetigit in humoris correctone peccatoris conuictor; Victus determinauit Regulam homini in prædicatione Euangelij; ſacerdos refecit famelicos Sacramentis; ſudores lauit, alleuauitque noſtros profuſi ſanguinis Balneo; ſaporifera feſſis, ſalutifera perditis, dedit Medicamina moriens; a ſomnoque Mortis excitauit mortuos, exurgens a mortuis. Amen.

Salue omnibus ſaluberrimus, & ſalutandus, omnium nobiliſſime Amor; qui in ſummo extitiſti Medice noſtrorum langorũ ſumma medicinæ ſalus; ſonuiſti in Verbi auditu Sapientia; in Legis acceptione latoris Legis condidiſti Gratiam; vnum egerminaſti in vno capite Sertum; vnum in multis membris collegiſti Corpus; vnus in toto corpore vixiſti, & præſtitiſti Spiritus. Suſurret amabiliter nunc auribus meis Ieſus, immortalis illa Cœli, terræq; de tua Charitate Charitas; quã Cupidus Cœleſtis ille Medicus meas ſenſit, prͼſenſitq; inualetudines; ut vtrunque in me curaret, & curando ſanaret hominem; annuat quam mihi indulgens, quoties indulgere intendit quantopere dolens, ͼrumnarum mearum doluit, portauitque vicem; ſic, vt me vndequaque miſerum, in beatitudine ſua aliquando locaret; nutent ſuaui oculi nutu, quam de mea valetudine cogitabundus, & vehemens, inueteratam in me meam non renuit pœnalitatem, non expauit Mortem; dum in ſuo libentiſſimo Funere vnius Vitͼ Genitor, Mortiſque Victor parturiret Mortale Vitam; loquere tacitæ, & ſuauiter mihi leniſſime Amor de Domini mei pijſſimo ſtudio; quo in ruinarum mearum totum ſe ſepeliuit profundo; ut inde maior in hominem Dei aſcenderet Gratia; dic audens,

&ge-

& geſtiens, quanto culparum faſce ſe ſe onerauit indies meo; quod ſe calamis tolleranter implicuit; quam ingens totius Mundanæ Molis ſubijt, ſuſtentauitque pondus; ille qui (ut homo) ponderi ſuccubuit immenſo; & qui mira prouidentiæ manu, (vt Deus,) per ſubſequentes lapſus, laboresq; noſtros, nos de terra ſubleuare paratur in Cęlum. Amen.

## *Ad Eundem, Salutatio.*

SALVE omnium inter Angelos vocum, inter Sanctos cordium, inter fideles mentium dulciſſima, amantiſſima, ſpectatiſſimaq; Compago; quę conglobaſti, ſub Sole Vniuerſum; animaſti ſuper Terram, & Animantia; in ſua quæque ſpecie coniunxiſti Viuentia; horum multiplicaſti de omni genere prolem; per te porro parens adamat liberos; affinis affinem, cognatus agnatum, Spiritus Carnem, Angelus hominem, hominem, & Angelum Deus; per te fit Deus noſter, in hodierno labore ſocius, eſt in Via Viator; diſcumbit in ſodalitate Sodalis; diuerſatur in contubernio, contubernalis; peregrinatur in miſeriarum ſorte conſors; naſcitur in germanitate germanus; ſedet in magiſterio Magiſter, ſubmittitur in miniſterio Miniſter; præeſt in Diuinitate Dominus; ſubeſt in humanitate famulus; ſubſtituitur in terra pro Rex, prępollet in Regno Rex; collactaneus in Dei generatione noſter; fit nobiſcum hæres; & in adoptione Regni cohæres. Amen.

Salue Dominicæ virtutis Virga, quam emiſit Dominus ex Syon, quo tecum aurea Regis Aſſueri Virga ſuæ pulcherrimę ſponſę flecteretur Eſter; quę in Amoris caſtitate, & innocentiæ pulchritudine, Dei ſponſam figurauit Eccleſiam; Nonne tecum Ionatæ Virga puriſſimo mele inuncta, illuminauit illuminos? dum per te dulciſſimo Miſericordiarum Succo Dei humanitus vncta, ſuarum in lenitudine gratiarum humanæ mentis aperit oculos, Euangelicę doctrinæ ſplendore? Num inſimul Gedeonis Angeli Virga, humanas attigit carnes,

ignem-

ignemq́; de cœlo detraxit? Quia tu omnis ardoris, & amoris ignis, dum noſtras in amore tangis; attrectasq́; carnes; humana illico corda diuino amore inflammas. Num tecum Aaron Virga in iuſti, Veterisq́; manu ſicca refloruit? vt per te generaret ſterilis, Virgo conciperet Deum, Deus fieret Homo, pareret Virgo Virginum innocentiam, produceret Sanctorum primaria inter dumos, liliaque ſanctorum florem. Num vna Moſis Virga percuſſit ſaxum, durumque emolliuit lapidem? vnde ſitientibus fluxit aqua, Vitęq́; fluuius? dum obſtinatos in Domini Via, vtraque amoris, timorisq́; manu plectis, obduratorumque duritiem in leniſſimas pœnitentiæ lachrymas vertis. Nonne denique ſola ſummi Paſtoris florida, excelſi Imperatoris aurea, gemmataq́; Virga, in Diuini Amoris æternitate floreſcens, tum ad veram hominis luxiſti lucem, & immortalem Chriſti Fidelium viguiſti virtutem, cum te totam Domini mei verſiſti ſponſę, Catholicæ ſcilicet Eccleſiæ, humilimę Virginis humili deflexa verbo, ad Eiuſdem puritatis, & humilitatis acclinata Clauſtrum. Amen.

Salue Terreſtris, Cœleſtis, ſuperq́; Cœleſtis ignis, amans, & vno tempore amante, & amor; quo fidelis nos amat Deus, & fidenter amatur; quo Deus amor eſt, & plus ſe ſe diligentes diligit, quam diligentem dilecti, quo potius Deus amor eſt, quàm amans; quo amatus, ignis eſt, vnde igneſcunt amantes: & amans igneus Ardor eſt; qui amicos ardeat, & amor; *Deus noſter ignis conſumens eſt*, deorſum ignis in Sion, deſurſumq́; caminus in Hieruſalem. Hinc mitte Sancta de excelſo Flamma ſancti flaminis Ignem; quo in te cor meum conflagret; eſto mihi te pulcherrime amanti pulchræ dilectionis Mater; dum ſine te terreni hominis defero, tecum porto Cœleſtis hominis Imaginem; diffundere in mei labijs Sapientię, & eloquentię flumen; quo te in amore ſapiam, & digne dilaudem; deſcende ſuperni Amoris ſublimitas, qua te ſublime feram, ſublimiter figam; vbi eſt rerum per te creatarum primus, & nouiſsimus finis: reuela te mihi qualis proſpectaris in ſummi, & præſtantiſsimi boni proſpectu; ut te cum illo dignoſcam, in

quo

quo cuncta ſunt bona, & ſine quo nullum apparet in Terra bonum; cum illo fruar; qui cuncta in amore patrauit,& ſuo æterno Amore patrata perfundit; tecum ad illum rapiar, qui cuncta in amore mouet; tecum ſic ad ſummum amorem trahar; vt attrahit ad ſeſe Magnes ferrum, electrum feruens palleam, virens ramus ouiculam, maternum lac lactentem. Amen.

Salue Lucis Claritas, Vitę Panis, Pacis Halitus; qui in Veſpere dieſcis, Mortem ſuſcitas, diſcordias concordas in vnitate Pacis æternę. Tu ſolus omnes in amore gignis, & paſcis Animantes; quęque ſeruanda, in amore ſeruas; per te frondes, & flores natura callidum amant, radices humidum, grauia tendunt ad centrũ, ad Mundi circunferentiam leuia; per te cupiunt Ferę noctem, Aues Auroram, Galli Diem, Sturni Cicutam, Coturnices Helleborum; Aquilę Solem, Veſpertiliones Lunam; & omne Animal, omnis & opera Domini, ad ſuum in quotidiano amore vocatur, inclinatur, eleuaturque Creatorem; per te ſuperiora Cœli corpora, inferiora in amore fouent; & viciſsitudine amoris inferiora in ſuperiora reſpiciunt; tu Cęleſtium amabile Numen; quod in terreſtria deflecteris; tu in Inferioribus ad illa ſupera conuerſio; qua omne viuens ſuſtinetur, & alitur; tu inæqualibus communio; qua vnum, quotque ab alterius bono bonum mutuatur; tu omnis mobilis, ſeque mouentis in perenni amore motus; quo ad ſummę Motoris voluuntur amorem errantia Sydera; tu beatorũ Charitas, quę in Dei Charitate defixa, in eiusque motu mobilis, requieteque immobilis, tota Cœli vtitur, potiturque machina; Dei grauidatur Spiritu & ſummi delectabilis refertur, opertur delectatione mirabili, omnia tibi gratulantur, lætantur, tecum adamantur, amant, volutantur, & pacificantur in Deo; & quod inuenitur ſine te fœlix, ſine te vitale, ſine te in ſua eſſentia exiſtens; & permanens amor? qui Deum non noſcat, noſcendo non amet; dum ad illum naſcitur, graditur, & dirigitur? Quid eſt cur eo manſionis non aſpiret; vbi aptatur omni laboranti quies, paratur omni peregrinatori Patria, vbi omnis laborioſus poſt Terrę labores in abundantia Pacis acquie-

acquieſcit, & quieſcendo vniuerſa fruitur? Num tuo cibo cibatur omne Viuens? Num tua fame ducitur omne Animal? Tuumque fontem ſitiunt terræ deſerta? ſi in puro corpore illibatus inhabitas, in conſcientia bona reſides, in fide non ficta totus oſtentaris,& exprimeris flammeus? Num tecum omnis ſuper terram viuens perfecto amore languet? Per te ſedit Simon Eccleſiæ Pontifex? Ter illum tentauit in amore Dominus? Num per te ſurrexit de Inferis Lazarus? de Terra in Terreſtrem Paradiſum Enoc? de peccato in ſanctitatem, in Magdalo Peccatrix? de Feretro ad Vitam, viduę filius? de cęcitate in lumen Longinus carnifex? de incredulitate ad Fidem perfidus olim Paulus? Amen.

Salue Sapiens inſipientium Dilectio, inęſtimabilis amantium Charitas, & in perfectis Amor Ardens; qui inter dilectos, diligeris, deligeris rara, incomparabilisq; Gemma; coaceruaris inter aurum Regum Aerarium; inter Aeraria, infinitus Theſaurus; micas inter Aſtra, Cęli Sol; qui coram æterno Sole clares ſolibus millibus ſplendidior. Num per te omnis conſumationis finem videbit homo? humana fiet Diuina Natura? terra Empireum? Bruma Ver? Vmbra Sydus? Si es omnium Terminorum finis, impolluta Cœli Via, Innocentię Puritas, Sanctitatis Securitas, Pœnitentiæ Voluptas, Veritatis Effigies, Aequitatis Integritas, Miſericordiæ Lenitas, Paupertatis Breuitas, Fidei meæ Meritum, Spei Gaudium, Dei Gremium, Exulum Patria, Patriæq; ſolatium? eſto nobis Via Domini impolluta, & pulchra, ad quęque pulchra; ſi es Euangelica Margarita præter omnes ſpetioſæ; qua terreus inops emit Cœli diuitias? hac Regnum Dei in Charitate venale, coemam; ſi decora, & nuptialis haberis illa, pararisque veſtis; qua ſui amantes inuitat Agnus ad Charitatis triumphum, ad Cœmam epularum, regumq; magnam? tecum in Domini mei audiam introire Gaudium, & recumbere ad con uiuarum Conuiuium; ſi prudentiſſimarum Virginum reputaris oleum; quo incendant ſuas præ manibus Lampades ſponſæ, & fiant obuiæ ſuo pulcherrimo Sponſo pulchræ? Tecum colluceat & mea ſic in ornatu, vt in amore lampas; vt occur-

ſus meus ſit Domino acceptus;& meus introitus in loco,dieq́; Nuptiarum facilis. Amen.

Salue Iſraelitarum in cibo Manna; Magdalenæ in amoris fletu indulgentia; igneus ſeraphici Spiritus lapis; qui Prophe tarum Condijt,expurgauitq́; labia.Tu lapidum vere muſtum, in Apoſtolici pectoris Cella Vinaria. Tu Samaritanæ Aqua Viua; quam qui bibit non ſitit Mundi caduca; Tu melis fauu lus; quo dulciter paſcebatur pœnitentium ſpeculum. Tu victimarum pinguedo; quæ in veteri lege tantum redoluit Altiſſimo; Tu Thuris fumus odorus; quem tam delectabiliter odorauit ſummus in Libano Odorarius, & totum hauſit Paradiſi odoramentum. Tu ignis in ſanctis vere ſanctus, inter beatos vere immortalis; qui ſemper venerabilis arſit ſup er vetus Altare ſemper accenſus. Tu myſtica linguarum de Cœlo Flamma, de Cœlo Sapientia; quæ ſuper Apoſtolicas linguas deſcendit; vt in Sancti Spiritus lingua; dum Deus deſcendit ad Hominem, ad Deum cum Dei Nuntijs per te valeat conſcendere Homo. Amen.

## *Ad Eundem, Meditatio.*

AVE Abellis martyrium, Abrahæ peregrinatio, Iſaac oblatio, Iacob fortitudo, Moſis manſuetudo, Pauli ſecuritas, Petri Primatus. Redde mihi Deum meum; de vltionum Deo, miſericordiarum Dominus; de Zelote, conſolatorem; de Dominatore, Patrem; quia tu ſola illum prodidiſti nobis in humana conceptione ſanctũ, in natiuitate dulcem, in pueritia morigerum, in iuuentute ſpetioſum, in tota vita innocentem; eundem demonſtraſti patribus meis in Miraculis mirum, in Prædicatione ſapientem, in Via exemplar, in Sede Doctorem, in Morte omnium aman tem, omniumq́; amorem. Amen.

Aue ſumma ſine Arrogantia Potentia, ſine Errore Sapientia, ſine Hypocriſi Sanctitas, ſine Malitia Innocentia, ſine Glo riatione Triumphus, ſine Seditione Regnum, ſine Iactantia Prȩſtantia? omni cum Grauitate Modeſtia, qualibet cum San

ctitate Species, ſine vlla Cupiditate Charitas; quæ totam in amore vincis, conſtringisque Mundum; da mihi te, alioquin moriar; dum qui te guſtant, qui te bibunt, adhuc ſitiunt, & deſiderare neſciunt; niſi Ieſum, vbi manet Deus, Pars mea, cordisque mei Radix, Planta, Flos, Germen, & Fructus. Da mihi te, qui dediſti nobis Chriſtum, & cum Chriſto tollerabiles Vitę labores; eiuſdem obtuliſti mortis pretium, reſurrectionis repromiſiſti Gloriam; aſcenſionis pręmonſtraſti Victoriam, Regni paraſti locum. Da mihi te talem, qualis in Seraphico Franciſco Seraphici amoris impreſſiſti Signa; vt omnium Saluatoris, & Amatoris Contemplator, & Amans, in omnium benefici, & beneuoli amandā, amabilem, diuinamq; ſimilitudinem transformer. Cęla illum in meo viſu, pectoreq; typum; quem in Viuentis Euangeliſtæ amiciſſimo, quondam cudiſti corde; in quo aureis literis carum, & dulce Ieſu ſculpſiſti Nomen. Nidifica mihi gemebundo Turturi in illo amantiſſimo Seraphim, ac Dei crucifixi latere mutuum Franciſcani affectus, dolorisq; nidum; vbi dolenter gemam peccator, ſuſpirem amanter amator. Pande mihi ſimplicis illius Columbæ feneſtram, ſuper qua ſolus cum ſola videam, & me diter incarnati in Virgine Dei Paterna in me, & innumera beneficia. Conſtitue ſolitario mihi Paſſeri tectum, vbi ſolitarius ſub Chriſti patibulo patiar, Chriſti ingemiſcar gemitus, in Chriſti delitear vulneribus; viuā ego, iam non ego, viuat vero in me animæ meæ vita; ſtigmata Saluatoris mei in corpore meo apprehendam; deficiat ſpiritus meus in ſalutare tuum: deficiant & oculi mei in eloquium tuum; totus in Deo Viuo mortalis abſcondar; & dulces, patriosque Chriſti Dei erga me amores, & mutuos in te meos garriam. Amen.

Aue dulcis diſſociatorum ſocietas; quæ nos foris, atque domi triſtes, & gaudentes conſocias, pauidos animas, paucisſimos cumulas, deſides celeras, inermes armas, viles nobilitas; tu quæ terram commutas in Cęlum; tranſmuta me de terra in Cęruleum Dei gremium; quæ conglutinas pariter cum homine Deum. ſponde mihi ſponſo tuo, (licet ignobili amanti) nuptiale coniugium, vbi nobiles decernantur nubili nuptiarū ho

 nores;

nores; pollicere magna tua mihi; tu qui polliceris ſubdito Sceptrum, famulo Imperium, pio Mitram; militi Victoriam, victori Coronam; præſta vt te tam radicitus guſtem, clareq; videã; quam expedit tui exquiſitiſsimi guſtatus, viſionisq; dulcedini; qua omnifariã experiar, multisq; modis, linguisque confitear; quam ſuauis es Amor mi, & quam ſuauior tecum Dominus; faue tu mihi diuinitus, quæ mirum in modum in omnibus excellis; & me (tu Dei doctrina) in dubijs hominem addoce; Dei lętitia, in angoribus hominem lętifica; Dei plenitudo me indigentem reple cœli fauor; mihi terræ pulueri facie, ne me exaniment minimum Terræ timores; terreſtrem excrucient terrenorum faſtidia; euanidum corrumpant corruptibiles voluptates; carneum effęminant damnandæ libidines; ſed inter denſiora męſtitiæ dumeta colligam abſte gratiſsimos gaudij, ſolaminis, recreationisque Flores. Amen.

## *Ad Eundem, Contemplatio.*

MANE mecum Altiſsimi Amor, vt in manſione tua creatus, Creatori copuler; redemptus, Redemptori coniungar; terræ incola, Deum in carne ſuſcipiam; tuus ſuper Terram miles, inſuperabilis militer; tecũ approber, per te, ſalutariq; meo ſaluer; tecum viuam; tecum, & moriar; tecum in Domino dormiam, & moriens viuam; crimina tollam, virtutes enutriam, vitia aboleam, pugnas non deſeram palmas promerear, & adorea nobiliter. Amen.

Mane mecum beatorum Manſio ſancta; Manſio diuinorũ beata, vt tecũ in lege Dei, Deo fidelis; Deum audiam, Deum in germana figura præuideam; Deum in multis fratribus primogenitum, in mutua carne præſentiam, in ſancto Spiritu prę guſtem; Deum pacis in hęreditaria pace experiar, in quolibet bello ſperẽ, in ſilentio recogitem, in verbis annuntiẽ, in debito cultu colam, in edocta ſocietate ſociem, in pręuijs itineribus perſequar, in periculis implorem, in aduerſisque meis ſuſtineam. Amen.

Mane mecum bona, fontis, ſanctaq; Charitas; quæ manſi-

ſti cum Ieſu in Virginis Gremio, floruiſti in Virginis Lilio; in fidelium egerminaſti terra; fructificaſti in Apoſtolorum Collegio; canduiſti in Virginibus; rubuiſti in Martiribus; ſapuiſti in Doctoribus; reſipuiſti in Confeſſoribus; notas, & feciſti amicis Domini Vias; iuſtum adduxiſti ad Dominum Deũ per vias rectas; direxiſti Claudo Viam, in qua ſecurus ambularet. Amen.

Mane mecum dilecta e dilecto, Dei Altiſſimi Humilitas; humilis Celſitas, Dei Feſtiuitas, Dei Filia; quo tecum omnia ſitienter abijciam; te totam, tota comprehenſione comprehendam; totus in te ſitiam; nil præter te ſentiam; omnis a me illico diſcedat Vanitas, & eo mecum ambules Charitas; tecum Mundo emoriar, & viuens non mihi viuam, ſed tuum in me viuat Incendium; de te qui exiliat Fons Vitæ Chriſtus; quem ita in tuo lumine videam; vt coram illo procũbam; vt vidit, & corruit quondam Eſter in viſu ſedentis in Throno Maeſtatis Regis, tali cum ſtupore myſticum Salomonem honorem, qualis honeſtauit Sabęorum inclyta Regina; mirabilem eius ſapientiam, inuſitatamq; Gloriam myſtici Salomonis; tanto cum pauore, & tremore ad illum deueniam; quanto Iacob inceſſit filium viſurus ante venditum; proregiſq; in Aegypto ſolium; tam perſeueranti cum ſpiritu Dominum meum in delictis meis mihi proponam; quam quos Inferni circundedere dolores, & mortis moribundos præoccupauere laquei; tali ita illum merito merear, vt meretur in igne Iſrael; & ſanctus eius in flãma; tam cupide quem omnia appetunt, diligam; vt a dilecto dilectus videar, & videãtur de Virginei partus oſſibus oſſa mea; eiusque de ſanguinibus caro mea; ſic vt meus Emanuel totus mihi appareat in Deo Deus, in carne mea caro, diuinus in humana mente ſermo, in partu Virginis Chriſtus, in Chriſto Dominus meus, & Deus meus; cũ illo e millibus electo, inter millia Purpuratorum ſuorum eligar; cum illo in puritate candido candeam; cum illo in Charitate perfecta rubenti erubeam. Amen.

Mane mecum Lucæ, & Cleophæ, dulcis, breuis, rectaque Via; dulce colloquium, dulcis ardor, & iubilum; ut manſit tecum in itinere Emaus ad Dialogum Dei, & hominis, Increata

cum

cum Incarnata Sapientia; ut manet hodie cum Fonte Liquor, cum Terra fructus, cum Ieſu ſalus, in Deo Veritas, in Deo Pietas, in Patris Verbo Claritas, cum Solis radijs Diuina Fęcunditas, in Cœli Curia Deus, in Petri Naui Fides, in hominis manſuetudine Gloriæ Rex, & Agnus Dei. Amen.

Mane mecum dulcis omnium bonorum Manſio; vt amantiſſime manent, natalibus pauidi ſub Pelicano Pulli; fideles ſub domino ſerui; eſurientes in materno amplexu filioli; ſitientes ſub veritatis mammillis lactentes Infantes; ſub vigilibus paſtoribus oues; cum fido Turture Turtur; cum clementi Cœlo Ros; cum Adæ Terra labor; cum cęleſti Sole Fulgor; cũ homine ſaluando ſalutis Angelus; & cum Iuſto Deus. Amen.

Mane mecum indulgens, pia, ſanctaq; Mater; ut manſit nobiſcum Ieſus in Natiuitate pacis Initium; in conſortio pacis Exemplar; in Doctrina pacis Magiſter; in Teſtamento pacis Pater; in reſurrectione pacis Largitor; & in aſcenſu de Mundo ad Patrem pacis Teſtator, Seruator, & Cõſeruator. Amen.

Mane mecum Cordis mei Tranquillitas; vt manſit in prouida Arca Noe; in coronata Fide Abraham; in memorabili longanimitate Ioſeph; in multiplici virtute Moſes; in prædicabili Humilitate Dauid; in ingenti Fortitudine Sampſon; in votiua Virginitate Virginis conſors; in victrice caſtitate Iudith; in famoſa Iuſtitia Samuel; in ſolitudine Ioannes; in præclara conſtantia Stephanus; in ſingulari patientia Laurentius; ſub Chriſti Cruce Magdalena; & in cruce Chriſtus. Amen.

Mane mecum dilectionis humanæ ſuauitas; omnis dulcoris mellitus, & lacteus riuulus; vt in tua dulcedinis ſuauitate nimia iucundiſſime paſcar illo, qui omnia paſcit; qui paſcitur inter lilia; in tua coniugatione ſummo cum amore coniungar; in illo læter, cum illo proficiam, cum illo in meritis perſeuerem, cum illo ſummo bono perficiar; ita, vt ſis mihi Charitas; domini mei Amor; dominicæ tuę gratiæ amor Collatio; Virtutum Curſus, Amoris Vulnus; & ſanctiſſima, & arctiſſima æque amantis Dei, ac amati hominis Copula, & Deſiderium. Amen.

DE

# DE CVRSV VITÆ CHRISTI, ENARRATIO.

*Archangelus Gabriel nunciauit Mariæ, & ipſa concepit de Spiritu Sancto.*

PIA Mater gratię, ſola Regina Cœlorum, dulciſſima & beatiſsima Virgo Maria, mortalis ego peccator benedico tibi. Quia cum Angelis cęlum, inferos impijs, Sydera firmamento, & Animantium genera triplicia, creaſſet homini Deus; erexit ſibi tuam, & prælegit ab Aeterno in omni Sanctitate Domum: Arcam fœderis, Spiritus quoque Sancti Sacrarium. Vbi Rex Gloriæ vnigenitus Filius, in terris eluxit, Mundi Redemptor, Ventris tui fructus ſemper intacti, & miſericordiæ perfugium. Hinc tortuoſi ſerpentis conculcato capite, per Euam, æternæ mortis originis, atque malorum omnium; præ voce Aue angelica Genus Humanum, primi lapſu parentis damnatum, ſola triumphali Germine ſaluaſti. Optimo vero iure triennis altiſsimo fuiſti (increati vtpote Verbi Tabernaculum) in Aedibus oblata Sacris; quarum quindecim graduum velox aſcenſus, aſſumptionis tuæ ſuper pſallentis Hierarchiæ nouem ordines, ſexque beatorum Manſiones, prænuncius, vt Aurora Solis enituit. Diuino præterea afflatu Sapientiæ tibi pœnitus ſtudioſiſſimæ illud obtigit Iſaiæ, *Ecce Virgo concipiet, &c.* cuius immortalia ſępenumero bona, dotes, & identidem eminentiſsimas, omni deuota cultu, & honore digna, rata, piè proſtrata dominum, & lachrymans exoraſti, vt ad infimam Huius Almæ ſobolis familiam, te aggregaret Ancillam. Legatione tandem Nazareth functus Gabriel, mandatis gloriæ deſuper, & in terra ſalutis, ſibi datis ad te Virginem: tuũ ingreſſus, ac Trinitatis potius domicilium: in hæc, magnifica tum Noſtræ incolumitatis initia, prorupit. *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

Quo-

Quocirca tanti Oratoris præconio, lumineque, ſuſpenſo excu bans animo, & qualis eſſet iſta ſalutatio: audire dignata es, *Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum, &c.* Per tot Fidei, Virginitatis, & Humilitatis. promerita; vnde manarunt voces illæ cunctis ſalutares, *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecun dum Verbum tuum,* quód caro factum, Diuinæ, & Humanæ Naturæ Hypoſtaſis, Dei filius, tuique ſemper incorruptæ Virginis fuit. Adeſſe mortalibus poteris, o, Glorioſa coram eo Aduocata miſericors, quoties tui mentio, Chriſtique latria, & laudes, incidunt; vt contemplemur defuncti te genitrice intercedente fœtus eſſentiam beatricem in terra Viuentium. Amen.

*Viſitauit Sancta Eliſabeth glorioſa Virgo prægnantem Io. Baptiſta prophet a & præcurſore Domini.*

VELLVS Gedeonis, & Dauidica turris, dulciſsima & beatiſsima Virgo Maria, mortalis ego peccator benedico tibi. Cui ſupernis inhærere mandatis in omni vitę curſu cum extiterit ſumma Religio: Nun ciationis Angelicæ memor; Eliſabeth ſterilem antea, at in ſumma ſenectute prægnantem, humili ſtipata cœtu, omnis gaudij, gratiæque compos, adijſti fidelis. In patrios vero focos Zachariæ coniugis, (Templum mentis, & ſacrarum literarum) introducta, exultauit præuius Chriſti Ioannes Matris in vtero; Spirituque Sancto muliebre pectus, & lingua referta hæc effudit memoratu digna. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, &c.* Quibus o Virga portentoſa de radice Ieſſe non elata, ſed depreſſa, S. R. E. & æternitati cō ſecratas dulciſonas reddidiſti voces. *Magnificat anima mea Dominum, &c.* Hærent in mente ſuauiter aureæ vtique ætatis tres illi pulcherrimi, pacatique menſes: quos ad natalem vſque diem præcurſoris infantis in Charitate tanta, mutuoque chariſmate traduxiſtis. Nati atque parentis quam oblectabaris imagine, filiolus tam memorabilis, vt tibi delitiæ, æque

ac Sanctiſſimæ Matri; præ manibus vagientē ſæpius, & oculis ambæ. Cuius circuncisione diuinitus eſt reſtituta patri dicendi facultas quippe dederat antea pęnas elinguis iuxta omnipotentis inuiolabile numen incredulitati conſonas; Nimirum ille longæuus (iuſti prius operis, & præſtantiſſimi boni ſemper auctori Deo) canticum ſuprema mente repoſtum, vaticino ſapienter oraculo acceptum retulit. *Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c.* Animi porrò quanta cum hilaritate parili, dulciſſimiſque lachrymis fueris ab Eliſabeth iucundiſſimæ conſuetudinis fructu abitione diſiuncta; nulla obliuione delebo. Eſt ergo o glorioſa Domina, ſtellanti ſolio ſita, & porta lucis fulgida, cur nouiſſima mei, horum pia commemoratione recorderis, quoties tibi Sororia Vates, & Archangelus Gabriel, ſempiternæ Veritatis elogia, ſuccurrunt. Amen.

*Peperit Virgo Saluatorem inter bouem, & aſinum in vili. Præſepio.*

RVBVS ardens incombuſtus, & Puteus aquarum viuentium dulciſſima & Beatiſſima Virgo Maria mortalis ego peccator benedico tibi, quia deuoto, quod Deo voueras glorioſe ſub verenti Ioſeph, reuelauit Angelus in ſomnio, conceptionem futuri fœtus in virginali clauſtro eſſe tantummodo Ieſum, pro ſalutis humanæ myſterio, e Sacroſancta Paracleti virtute profectam. Itaque dixit, *Quod natum eſt in ea, de Spiritu Sancto eſt, &c.* Non ſum neſcius Glorioſa Virgo Auguſti Cæſaris quo iuſſa faceſſeres, natale incolere ſolum te libentiſſimam delegiſſe, & ærario erogare tributum, vniuerſalis ſeruitutis teſtimonium. Vt per inopiam in itinere voluntariam in agreſti tugurio pernoctaſtis, ægenis, æque ac brutis, tantummodo communi. At ibidem Stella Solem, Palmes Vitem, Riuus Fontem, Filia Patrem, Creatura Creatorem peperiſti: ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera, Mater Patris. Filia Nati, prole poſterior, contento minor, Mater & Virgo,

Tunc vero temporis brumalis,ſcilicet cœli Ieſus,ac Terræ Maieſtas,Partus tuus glorioſus natus eſt Infans, Pauper, & Peregrinus in vili Præſepio, cui bos, & aſinus, vtpote rerum Opifici Maximo anhælitum miniſtrauere. Et illico vagiuit Rex Gloriæ, inglorius, & Angelorum Dominus, Homo: humanitatis vt aſſumptæ mortalibus potisſimum nobis imbecillitaté enodaret. Tu cœleſti poſtmodum imbuta Rore Regem omnium lactaſti. Aſtra inuſitato ſplendore corruſcantia viſa fuere. In Nocturno Luna ſilentio meridiana luce clarior. Templum pacis æternitati dicatum, corruit natali dominica die. Fons Romæ Balſami ſcaturijt,paternæ Chriſti hæreditatis, in eiuſq; ſanguine noſtræ præſenſio. Sol trinus eluxit, (quia perſonis trinus) & in vno pedetentim corpore Solis conglutinatus eſt, (at vnus eſſentia Deus.)Ideo ſupereminuit Angelus Paſtores, hæc ab æthere ſummo perſonans: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus eſt hodie vobis Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid, &c.* Verſatur mihi prętereа mentis ob oculos fulgentis Hierarchię Tuba cœleſtis, vario, multiplicique concentu, pſallens Mari, Terraq; populis, ritu, atque fide, diſiunctiſsimis Nationibus, hiſce videlicet Notis, æternæ Salutis. *Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quare Dauid Vaticinator ægregius tot ante per annos fuit de te Maria ſacroque lumine digna loquutus. *Adorate eum omnes Angeli eius, audiuit, & lætata eſt Sion.* Meminiſſe iuuat, vt raptim Paſtores retulerint filio Dei in Mapalibus laudes, & cumulatiſsimaſque gratiarum Mortalium Saluti debitas retulerint & eundem ouantes vbique prædicarent, & alacres. Ab Oriente, vt duxerit Stella Magos poſteros Balaam, ab ipſo præſenſa penes magni Monarcæ diuerſorium; cui genibus flexis Aurum, Thus, & Myrrham, obtulere fideles; quia Deus, Rex quoque ſummus, & Homo. ſenſibus vt hæc imis, tu ſæculorũ Mater Auctoris, cum triplici plenitudine gratiæ, & ſingularis gaudij, repoſueris. Omnis vtique gratiæ plena, quia Cęlis Gloriam, Terris Deum, Mortalibus Pacem, Lumen Cæcis,

Vitam

Vitam Demortuis Finem Vitijs, Moribuſq; Diſciplinam reddidiſti. Tu tota pulchra, & immunis ab omni labe, huius æſtus quippe Scyllei Nauarchos induſtrios, ne Sirtibus, & vtrinque Monſtris, quatuorq; flaminibus aduerſantibus impingant, Orientali Vanitate, Occidentali Tentatione, Auſtrali Proſperitate, & Aquilonaribus Infortunijs, Aura Nati reflante, Sydus Maris, ad Portum dirigis Salutis, & quemadmodum Immaculata Virgo ante, in Partu, & poſt Partum, Fructũ edidiſti Credentibus, & baptizatis Salutarem. Identidem, & eundem nobis, illius e latere, vberrimo Fonte, renatis; Vulneribuſque redemptis, cum benedictione Indiuiduæ Trinitatis poſt hoc exilium oſtende. Amen.

*Circunciſio Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

SCala Iacob, & Magiſtra morum, dulciſsima, & beatiſsima Virgo Maria mortalis ego peccator benedico tibi, quæ Solium Gloriæ Dei, & alti Regis Ianua, cum genuiſſes qui te fecerat; quo exemplaris emolumentum obſequij, ac eiuſdem merita, æternis decorata præmijs, patefaceres; demonique contra, ne tam ineffabile huius vice fluminis innoteſceret Sacramentum; tuo eſt arbitratu circunciſus Infans in templo, iuxta legem Idumæorũ: ibique pro diei celebritate Natalis, inueteratæ conſuetudinis emula, binas munere turtures affeciſti. Satis præclare conſtat filia Hieruſalem, intactaque Mater, quam honorifice Puerum, & amanter, ad ſacras Aedes, numeroſa Angelorum comitata corona, detuleris. ſuper Altare quàm veneranter, præ ſacerdotalibus manibus, Patri dicaris omnipotenti, ijs (vt par eſt credere) vocibus; omni ętate celebrandis, omnium gentium literis, atque linguis. Domine Dominus noſter offero tibi tuum, Vterculi quoque mei Partum, vt ſanctionem Decalogi, Iſraelitis latam a Moyſe, ac religioſiſsime obſeruatam, adimpleat. Reminiſcentia geſtit animus, quoties occurrit Simeon, grandiloquus ille Propheta; qui ſummo denique

ſenio quaſſæ vitæ incomodis, ærumnis, & conditione confe-ctus, lucis exitum, & æternæ exordium, e Redemptoris viſione beatiſsima expectans, optatis Chriſti complexibus humillimus inhærens, fauſta tibi cœlorum Imperatrix, Virgoque Virginum, & aduerſa quæque prædixerit, vt lingua Sapientiæ (viuæ tunc vocis oraculo) porrò Senectutis literatæ pleno, hæc, ætatis omnis, ſacrarumque literarum monimentis, mandarit. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, &c.* Succurrit poſtremò Ioſeph ſpectatæ integritatis, virginitatiſque conſors; qui ſomno excuſſus ab Angelo pro Herodis in natum conſpiratione vitanda, eius monitu Aegyptiacas furtim Regiones petijſtis, per tot diſcrimina rerum, Vitæq; anguſtias, Patrijs relictis Sedibus, Barbaricas vtique Terras peragraſtis, ab omni iure, ac legibus, & humanitate remotas. Mente repeto ut triumphalis, ac nobilis palma peregrinanti flexit ſeſe Creatori, porrigens dactylos, Omnipotentis agnitione, ac reuerentia. Aegyptum vero vobis aduentantibus, quam portentoſe veterum ſimulachra Deorum, tot Sæculorum cum iactura, ac memorabili interitu, omni mendacio, Scælereque cooperta, & inquinata, corruerint. Memini præfati Tyranni funebre admodum ēdictum; quo crudeliter admodum Lactentes Paruuli fuere Betlheem, intraque fines eius, ante Ora Parentum mœſtiſsima necati, morte vt Immortalis occumberet. Huic alimenta ſæpe tua indefeſſa ſuppeditaſti, diui Roris plena, & Maternæ Pietatis; Aurea Spiritus Domini, decoraq; Sedes. Herode vero defuncto, annuente ſuperno Numine, Nazareth reliquum commorari tempus, placide & opportune deliberaſtis; vnde Nazarenus Chriſtus Ieſus nūcupatus eſt, quia Rex, Sacerdos, & Propheta ſupremus. *Specioſus præ filijs Hominum, & Glorioſa Virtute claruit.* Huiuſmodi mentione Myſterij, aliquid ſit deſuper loci iuſtis lachrymis, miſerorumque precibus Glorioſa Virgo, vt huiuſce Vitæ labantis peregrinitate perfuncti, veræ ac florentiſsimæ Nazareth (quæ viget ſola patria cœleſtis) conſotiemur beatiſsimo cœtu, in tuis, Tri-

ni quoque & Vnius Dei debitis denique laudibus acquieſcentes. cui omnis vtpote Soli Maieſtati ſit honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Eundem inuenit Mater in templo diuinitus legem cum Doctoribus diſputantem.*

LIGNVM vitæ, & ſtella matutina, dulciſſima, & beatiſsima Virgo Maria mortalis ego peccator benedico tibi, quia Dominus Ieſus, qui eſt, & erat, & qui venturus eſt in Sede Maieſtatis omnipotens, Verbum patris increatæ Sapientiæ, qui infima mundi elegit, vt confundat fortia, erigit de ſtercore pauperem, & orbis terræ ſapientes erudit ſolus; Duodenarius, Coronæ doctorum, qua cinctus de diuis quæſtionibus legis differebat, mirificos in ſe tantum oculos, & ora coniecit: idemq; tibi ingenti cum dolore, ſummaque cura conquiſitus, reſpondit; *In his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe.* Aequi boniq́ue fecit altitudinis ratione diuitiarum ſcientiæ, ſapientiæq́ue Dei, Præcurſor ſanctiſsimuſq́ue Ioannes, ſi dominicum mandatum tanti pendens quanti humanæ ſalutis altiſsimo myſterio licuit, baptiſmatis ſummæ iuſtitiæ, ac ſolo Regi lauacrum exhibuit in Iordane. ſi patentibus illico cœlis Spiritus Sanctus ſpeciem prȩſeferens columbȩ Chriſti caput obuoluit, hac voce (nullo antiquanda Tempore, & Vetuſtate) Patris æterni. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quadraginta præterea dies, ac totidem noctes ſtatuit ieiunus conterere in Deſerto, Famelicus effici, a Demone tentari, aſpera quæq́ue & aduerſa perferre. Humanæ inſtitutionis ergo; in Nuptiali Sympoſio, in Cana Galileæ in vinũ adeò ſapidum lympham immutauit (tuo Genitrix leniſsimo & amantiſsimo rogatu potentiſsimo ſemper Imperio) vt omnibus Conuiuis Potio cæteris mirificè potior videretur duodecim delegit Apoſtolos, & Petrum Paſtorem Eccleſiȩ. In monte Tabor transfigurata eſt eius facies in Solis claritatem; in niueum candorem

Amictus;

Amictus; & illic Elias, ac Moyſes affuere, inter quos de futura morte Crucis arcanus ſermo. Iucunde memorare mortalis quiſque peccatorq́ue poſſet e Magdalena dedita Mammonæ, & ſuperſtitionibus eius, Concione Saluatoris contritionem emanaſſe ſalutarem, & plenariam in ædibus Simonis indulgentiam. Quot in priſtinos ſenſus, ſpiritumq́ue Cadauera. Quoties lumen in Cęcos, Leproſos, & Aegrotantes, Valetudinem; Spiritibus vexatos immundis incolumitatem; in Paralyticos firmamentum, trinæ machinæ Rector, reſtituerit Ieſus, Dei filius, pariterq́ue tuus. Mente recolo quatriduani obitum Lazari ſepulti, quem magno Theatro excitauit a Limbo, quanto prius mœrore defunctum, ac lachrymis proſecutus eſt. Tot igitur prodigijs, innumeriſq́ue muneribus, in genus humanum collatis a vero Patre miſerationum, vt olim Zelotes Deo; reuocetur a mortuis ad fructuoſam alteram Lazari reſurrectionem anima mea peccatrix o Virgo per Chriſti Crucem, & eius merita Mortis. Hinc enim Zabulon, & illius inania regna conculcata iacent; proſtratæ fores æternales, patulaq́ue fidelibus Ianua Cœli, per dexteram tuam Domine rerum omnium principium, & finis, & inuiolata Iuſtitia vbiq́ue temporis, & locorum omnipotens, ſolus Rex Regum, & Dominus Dominantium. Amen.

## *Meditatio ad Ieſum pro Morte Crucis, & Salute Fidelium.*

IESV Dei Maximi Virginisq; Fili, cuius verbo Cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eiuſdem quælibet eorum virtus, cultu cordis, oris, & operis adoro Maieſtatem tuam, quia iminente tibi Crucis patibulo ab ęterno pro Mundi vita, a Prouidentia Patris præparato cũ Apoſtolis diſcubuiſti. Quibus non commenſalibus tantum, ſed tui quoque corporis, & ſanguinis cibo potuq; Cœleſti recreatis, fuiſti hæc amantiſſime præfatus. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Exuuijs autem

tem ſpoliatus vltro, quo neceſſitudinis, pietatiſq; mutuæ ſpe cimen illis extares, & humilitatis vere monimentum; tute Deus & Dominus, horum appoſite pedes abluiſti. Accitis præterea Petro, & duobus Zebedei filijs perturbationem animi, futuri doloris anguſtiæq; conſciam, breuiter ſic enunciaſti: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Patet in Cęlo, & in Terra, & in Inferis, vt obſequentiſſimus Filius trina oratione Patri extiteris; in Horti ſeceſſu, placido hoc te pęnitus Axiomate, incorrupto Iudici victimam dicaris. *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me Calix iſte, veruntamen non mea; ſed tua fiat voluntas.* Præſagus Dei grauiſſimi funeris, electorumq; contra Ple bis admodum exiguæ, exſudaſti in Agone Sanguinem; Non defuit Angelica cohortatio, languidus Diſcipulorum ſopor, Gregalis, & Apoſtata Iudas; qui ambitione ęque ac Auaritia corruptus, emptitium te tradidit oſculo Iudęis. Veruntamen quamuis dolo, nefario quoque ſcelere circunuentum, Amicum appellaſti. Completi ſunt animi, & Aures quippe degen tium illa Ieſu voce pręclara, plena Maieſtatis, Dominaq; virtu tum; qua ſtrata iacuit Satellitum effera, armataq; Cohors. Aurem Malchi amputatam a Pietro, vt vnico contactu reddideris illæſam; Virgatoribus cæſus, aſperrimiſque funis conſtrictus nodis; ſocijs, atque præſidijs cunctis fueris deſtitutus. Quid de Anńa tunc Pontifice loquar? quo pro Tribunali ſciſcitante de Dogmate, Doctrinaque tua, Miniſter eius facinoroſus, & impius, tibi colaphum inflixit. Ter te quoque Simon quamuis apprime dilectus, abnegauit. Veſtem ſibi Cayphas diſcidit iratus, Dei Optimi Maximi, quia tu te Filium feciſti, quem mortis plane reum iudicauit. Huius itaque fręmitu videre videor quotuplici immanitatis genere, irruerit in te Turba teterrima; impureque in faciem tuam, expuens verum Solem Angelorum, velato capite, verberationibus iteratis, & alapis, male męrentis percontari de nomine, præ contumelia exarſerit. Vario poſtmodum tumultu ad Pilatum deducto, ſuſque deque ferens lucis Auctoris aduentum, miſſum te fecit, Herodem vt adires. Illuſus autem, & ambactus, eidem

cum clamore Populi remiſſus fuiſti, Veſtem albam dedecoris gratia, turpitudinis quoque gerens. Prædonem denique Barrabam Vitiligatores relaxarunt, in eiusq; locum te ſingulari cum plauſu ſublegerunt. Tot ideo cruciatibus, ægritudinibusq; confectus pro ſalutę Fidelium, Ieſu Nazarene, obtrectatorum conuitijs, ærumnisq; ſæpe meis, largire patientia, Sancti Spiritus, tuisq; ſemitis, congruentem. Amen.

## *Deligatus ad Columnam diu, & acerrimis Virgis cæſus.*

RADIX Dauid, & Flamma Moyſis, Saluator Mundi Chriſtæ, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, affero gloriam nomini tuo; quia nudus Auctore Pilato, ad eius palatij columnam deligatus, diutinis flagellis plurimum ſanguinis effundens, innumera pœnitus vulnera toto in delicato corpore perpeſſus fuiſti. Hominem quippe iræ Filium, & primi voluptate Parentis, reum geennæ Iuſtiſſimo per te Patri reconciliatum, Adæ iugo, priſciq; Serpentis Tyrannide, Crucis onere leuaſti. Adoramus iccirco te Chriſtę, & agimus gratias, & habebit æternas omnis caro; quia iuxta canticũ Iſaiæ, *Vulneratus propter iniquitates, attritus propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper te, cuius liuore ſanati ſumus.* Nempe vt idem aſſerit, mortis adeo voluntariæ (o ſummum humani Seminis amorem) cupiditate trahebaris; ut in horrida Calicis potione, hoſtiam te immobilem, præbueris ad Sacrificium; Proinde ore Profetæ conclamare debemus, *Non eſt tibi ſpecies, neque decor, & quaſi abſconditus vultus, & deſpectus, nec reputauimus eum, vere languores noſtros ipſe tuliſti, &c.* Tot affectibus vere paternis, perennis vtique Clementiæ fontibus, vnde ingentes, & vberes, in caput humanum redundauere dolores, fracto ipſe animo, ſola homo puluis, & vmbra, plagarum tuarum effectrix, homine exuta Veteri exulis & induta Nouo, quoquomodo poſſum, in horas te ſingulas deprecari non deſiſtam; vt quę ex Empyrio te mirabiliter

extraxit Creaturæ rationalis miſericordia, Virgine naſci patibilẽ, pro illius Salute; eandem Noxis quoque meis (licet quotidianis) ne abnuas. Infunde Ieſu Redemptor abominando cordi, caducis obruto delicijs, Sancti tui luminis gratiam, prę uenientem, ſubſequentẽ; qua tuæ maieſtatis memoriam, ſolutus denique corpore, his merear uſurpare vocibus; *In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus, adorabo ad templum ſanctum, & confitebor nomini tuo. Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre, & Sancto Spiritu, in ſempiterna ſacula*. Amen.

## *Spinea Corona Coronatus.*

SPIRITVS Roris, & ſpecies electri, Saluator Mundi Chriſte, & Fili Dei; cultu cordis, oris, & operis, omnis te Creatura ſempiterno cum honore veneratur; quia fortitudine magnus, Iudicio atque Iuſtitia cum terræ Cardines, & Cœli Cœlorum te capere non poſſint, datus tunc omni Probro, a Præſidis militibus plectebaris; Ornatu vero purpureo ab Irriſoribus inſtratus, adeo ſpinea Corona, & aculeata mirifice excruciebaris; vt a vertice capitis, imoq; cerebro, vſque ad plantam pedis, telluri quoque affluxerit cumulatus cruor. Viceque ſceptri calamum cum irrogaſſet præ contumelia dexteræ tuæ Gens Barbara, & infidelis; ad ſacroſanctos ludibrio proiecta pedes, ſputis, ſordibusq; crebris te deturpans, hiſce, atque maioribus notis affectum, ore ſic vnanimi obloquuta eſt. *Aue Rex Iudæorum*. Ideo ſcite, & dolenter, præſagiuit Hieremias. *Factus ſum in deriſum omni Populo, canticum eorum tota die*. Contemplamur te Chriſte ita dedecoratum, cui ſquallentem barbam, concretos ſanguine crines apparitores excellentes; Amentes furoreque truces ambas grauiſſime genas percuſſere: Idem igitur tua meminit infortunia Vates; *dabit percutienti ſe maxillam, & ſaturabitur probris*. Interea loci ſubijt quam cruentus, ac ferè exanimatus, ſubductus es toruę Pilati Pręſentiæ; Propterea hæc

Eſaias, *Nos reputauimus eum, quaſi leproſum, percuſſum a Deo, & humiliatum*. Multifariam vero laceratus, & concuſſus pręfato cum diademate lætali, decoroq; veſtitu, ætatis, flore, ſolennitate Paſchatis, in omniumq; Principe Ciuitate, miſerũ, ac luctuoſum, canibus illis ſpectaculum, extitiſti. Quid plura? & quod enim eſt pectus humanum ab humanitate remotum, quod horum tragica memoria non effodiat? Quid mali, aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt, quod in tuam non fuerint machinati perniciem? In hoc itaque ſcomma Pilatus erupit. *Ecce Homo*. Hinc ſublatis manibus Deo, & hominibus infeſti, cum ſtridore dentium, huiuſmodi nefaria vociferati ſunt, *tolle, tolle, crucifige eum*; indgnationem Cæſaris Pon tio minitantes, niſi te capitis, hominem innocentiſſimum condemnaſſet. Execrabilis poſtea facinoris conſcientia, cruciatuq; fraudis, Pilatus elegit ablutione manuum, tui Sanctimoniam, & integritatem Inſontis, in propatulo declarare. In maiorem igitur amentiam, & færitatem irritati; obſtrepentes Pontificis clamore ſententiæ, diuinam ſibi, ac poſteris irã, his dictis imprecati fuere. *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*. Memento ut timore denique Cęſaris inceſſente Pilatum, acclinantem ſe(vt fata diuinæ tunc Sapientiæ dederunt) ad maledicorum latratus; corruptus Iudex tibi dixit mancipio derelicto, crucis multam, inter duos Graſſatores. Tali Chriſte Myſterio quemadmodum Agnus Dei immerens exſti tiſti, & ſacratiſſimus, ut mortem noſtram, moriens, exterminares; culpas dele meas ſingulas, ſanguine tuo; nunc, & in mortis articulo meæ. Amen.

## *Detulit Crucem ad Caluariæ Montem.*

VITA viuentium, & lux Mundi, Saluator Chriſtę Ieſu, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, confiteor plenitudinem tuæ Diuinitatis intactã, & morti noſtris debitę pœnis, humanitatem obnoxiam; Quia regali denudatus amictu, indutusq; proprio, ponderoſæ Crucis,

Crucis, cui publice, & indecore, ſuffigendus eras; graue lignum ſubijſti. Oneri vero pluries impari virium imbecillitati tuarum, ſuccumbens; innumeris verberibus obtuſus, obſtricta ceruice laqueo trahebaris. Centurione prҿterea tibi, Fariſæis quoque præcedentibus, retrorſi aderant Comites bini latrones, pari pœna multandi, turpitudinis ratione, ignominiæq; maioris. Quare offert ſe ſe nunc mihi, ac perpetuo quaſi lucet, terribilia quæquè Chriſte paſſionis tuҿ memoria repetenti, tot reſperſa lachrymis, ac veneranda Matris Imago; cui atrociſſimis pectoris, atque ſollicitudinibus perculſæ curis, nulla tui exoptatiſſimi Filij, præterquam mortis, eſt in itinere data poteſtas. Funeſto quippe ac miſerabili obtutu Nati vehementi mœrore, animoq; fluctuanti collapſa, ſine voce, ac propemodum intermortua iacuit. Hinc vtrique gladium, in penetralia cordis infixit officioſus dolor. Querulo igitur eloquio Virginis lamentatur ærumnas Hieremias inquiens. *Cui comparabo te Filia Hieruſalem? cui exequabo te, & conſolabor Virgo filia Sion? magna eſt velut Mare, contritio tua, quis medicabitur tibi? Deduc quaſi Torrentem lachrymas, per diem, & noctem, & non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* Memento dum graui languidus, & eneruatus faſce procumberes, e Ciuitate pedem efferenti, fuit quidam Simon Cirenҿus vſque Iuſtitiæ collem, ſubſtitutus. Animaduerſionem vero tantam, pauide fœminarum, imbelliq; turbæ ploranti, futurum exitium, ac ſucceſſoribus earum ita prælocutus es. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos, & ſuper filios veſtros, &c.* Aliquantula poſtmodum obnuntiationis interpoſita mora, fune violenter erectus, multis vexatus contumelijs, plurimis iactatus iniurijs, velut extorris, e tectis atque Patria exterminabaris. Tu vero contra benigniſſime Ieſu ſic affectus, & decliuis, *quaſi ouis ad occiſionem, & Agnus coram tondente*, (vt eſt opportune Propheta conqueſtus,) *obmutuiſti, nec aperuiſti os tuum*. Memento vt in conſpectum tuum, plagis, atque ſanguine immutatum, Veronica veniens; tibi ſuum pietate ducta, obtulit Sudarium; in quo non heroica, & vt clariſſima

quandam; ſed decolorata liuore, & impreſſa, eluxit effigies. Tot huius denique vitæ perturbationibus varijs, atque procellis æſtuans Mundi Saluator, ægritudinis noſtrę communi, & ſalutari leuamine; ad te ſpinoſum tantummodo Caput, & unicum, & ſanctiſſimum exemplar, mortales nos reuocaſti toties, Iſtis per Hieremiam vocibus. Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ Abſinthij, & Fellis; cuius ore alacris & ipſe reſpondebo. *Memoria memor ero, & tabeſcet in me Anima mea, miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti, & non defecerunt miſerationes eius.* Quarum ſpes ingens (licet iniquũ Matris in vtero, & erratis pedetentim grauioribus ętate ingrauescentem) verumtamen me ſolatur, & recreat, pręteriti luctu, futuriq; flexu reliquæ Vitæ curſus, dextera tuæ clementię ſubleuari poſſe, quæ ſcatet vbique Terrarum vberrima, cui quoque Laus, & Benedictio, Claritas, & Sapientia Gratiarum actio, Honor, & Virtus, in ſæcula ſæculorum. Amen.

## *In Crucem ſublatus, Patri commendat Spiritum, & deſcendit ad Inferos.*

VIA, Veritas, & Vita, Saluator Mundi Chriſtę, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, benedicimus tibi, qui cum immolandus, vltro Caluariæ Montẽ, Diuinæ Iuſtitiæ conſecratum, Clementiſſimus conſcendiſſes; vbi te Caput offerres miſtum ex Apoſtolica Eccleſia in Sanctum dignum, & vtique perfectum Chriſtianæ Religionis Sacrificium; exuuias certatim hoſtes ſibi per turpitudinem tuam, & contemptionem arrogantes, diſpares Votis, Vi quoque varia illata, cutim, atque carnem, plagis veſti defixas dilacerauerunt. Humi poſtmodum tuo exanclato Corpore, & ad Crucem extento; ita vt artuum compages recluderentur omnes, Violenter, atque fune ad illius foramina tracto; in ijs tuas ſacratiſſimas manus, pariterq; pedes, diritate terebratas confixere. Quocirca mentis indagatione intueor te Chriſte, obtuſis e clauis, ac ligno pendentem; quo vulnera nul

lis

lis æquanda literis, atque linguis, intimiq; cruciatus, recrudescere. Recte vero poteras iuſtiſſimi mǫroris plenas, & querimoniæ, has a pectore rumpere voces: *o Vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.* Tu ſolus vniuerſorum hǫres, ſuper opera manuum paternarũ conſtitutus, qui feciſti Arcturum, Oriona, & Hyadas, & Auſtri interiora; immenſæ Rex Maieſtatis, inter ſemiſſes, ac omnium perditiſſimos interiectus, Multæ irrogatione pari, mortem obijſti voluntariam. Tu ſummis in tormentis, obtrectationibusq; Patrem pie pro Carnificibus oraſti; Dexteræq; Cruciario triplici cum pœnitentiæ gradu grates imploranti Regni Cœlorum, Diuinam & Beatricem eſſentiam, (qua ſola fulget Empyrea beatitas) defuncto tuam reuelaſti. Tu quem tantopere ferebas in oculis innocentiſſimum, integerrimumq; Ioannem, Genitricis commendaſti fidei; *Mulier* (ſic orſus) *ecce filius tuus*; ne materno nomine dolori dolorem adderes. Acri felle, & aceto tibi (Simbolo Criminis vniuerſi) ſummis delibato labijs, extremo quoque patri efflato ſpiritu, latus haſta Longinus effodit. Grauiſſimo denique tuo, & immutabili occaſu, mortalibus metus, Mundi ſapientibus error, trium ſpatium intercapedine horarum, offuſa Soli Nox eſt. Fani velum concidit repente; Maximis eſt vniuerſus orbis ambitus Terrǫmotibus conquaſſatus. Corpora Sanctorum plurima, a priſcis excitata Sarcophagis, ad iteratam huius lucis vſuram vitæ curſum perduxere. Cooperti Cœli, Luna, & Luminaria Firmamenti Tenebris; & cuncta pœnitus quæ ſub Sole fiunt, & occidunt, in luctum, ſqualloreq; tantumperluſtrauit Antiquitas incidiſſe defixa. Recordare Domine priuſquam Ioſeph, & Nicodemus tuum crudeli funere Corpus extinctum, & aromatibus odoratum humarent; quoties obortis madida lachrymis, intimo, ac ineffabili angore fuerit deoſculata Maria fletu, doloreq; perdita, & deſolata Mater. Per Abyſſum igitur Paternæ Pietatis, qua ſolio abdicatus Aethereo, anguſto Virginis Ventre mirifice ſeptus, naſci, ac mori non renuiſti pro vita, ſaluteq; noſtra, alter utpote latro ſic eloquar. *Domine memen*

*to*

*to mei*, cui millia millium miniſtrant in Regno tuo, Mundum illic pugillo contines, & ego Abyſſus Abyſſum inuoco. Libera indies imaginem, ſimilitudinemq; tuam, ab ore Leonis; quia Satan inſomnis & Vorax. Tribus Eumenidum laqueis irretito mihi ſubuenias, munere triplici pœnitentiæ. Tu Creator, (ſed idem quoque Redemptor) tu Dominus, (at Pater etiam) tu Iudex, (veruntamen ſupplicibus ades; Deprecatorq; Salutis, & Aduocatus Deus) Ego Spiritus, & caro nequam, Tibi claues Empyrei, & inferorum, Vitæ pariter, ac Mortis ſumma poteſtas. Terræ, irçq; filius, Cœleſti abs te Medico, Genitoreq; defeci; Tu miſericors, mortem abnuis in Cruce peccatorum: Ideo conuerſus, & Aeger, pharmaca plagarum tuarum, (vt ęternæ ſalutis) affecto. hinc exaltatus es ſuper omnes Deos, ad tuique Nomen, flectitur omne Genu, & lingua confitetur; quia ſedes ad dexteram Patris, quem omnis laudat militia Cœleſtis, & adorat fidelium exercitus. Amen.

*Sanctos e Limbo Patres redemit, & cum his ſurrexit poſt triduum Glorioſus.*

SANCTE Sanctorum, & Deorum Deus, Saluator Mundi Chriſte, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, agimus tibi gratias; quia ad inferorum Barathrum, noctis æternæ, & ſtridoris hoſpitium, triũphalis cum penetraſſes, & illic virtutes, ac Poteſtates, expolians; Sanctos in Limbo Patres, longa ſæculorum ſerie cubantes, priſci Voti compotes, tuo deſcenſu relaxans; cum his Glorioſus admodum, & immortalis, ſurrexiſti. Tunc immota Tellus (ponderibus licet librata ſuis) eſt portentoſe concuſſa. Angelus autem ſumma Regia demiſſus, cuius imago fulgetrum, euoluti a monumento lapidis præſes, omnes perterritos metu, Fariſeos cuſtodes fugauit; qui Principibus Sacerdotum attoniti pœnitus, & Cæſareæ indignationis immemores, viſionem illico renuntiarunt. Porro Gabriel ad Diuæ ſe Virginis pedes abiciens, Reſurrectionis Dominicę Nuntius, huiuſcemodi

ſcemodi eloquio extitit ęgregius. *Regina Cæli lætare, quia quem meruiſti portare, reſurrexit, ſicut dixit*. Tunc vero Matri, vix oratione perorata, cum beata Patrum, & Angelica multitudine, obuiam in illius Cubiculo procedens; mediam amanter, ſummoq; cum honore amplexatus es. Dulcis igitur ætati priſcę, ac Recenti, dulcis, & ęterna Poſteris erit recordatio, quantopere Cicatrices fuerit oſculata tuas ſic (vt pium eſt credere) effata. Nate Parentis oblectatio ſola, requiesq; curarũ, Dominus meus, & Deus meus; quot ex tenui cute, læſoque corpore, a capite vſque ad calcem fluxere dolores? Oculis vtique Virginis affuit ante omnia Petri Nauis, Paradiſiq; delicię, iucundiſſimus aſpectus tuus; quippeq; lugubri, ac turbulentiſsima tempeſtate enituit ſola (cæteris extinctis) Lucerna fidelis. Magdalenæ dein luctuoſę ſacratiſsimum in Sepultura Cadauer poſt triduum affectanti, inibi vero nequaquam offendenti, olitoris inſtar apparuiſti; iuxtaq; tuæ nutum Maieſtatis prope non accedentem, huiuſce ſono vocis ad Apoſtolos delegaſti. Loquere fratribus de aſcenſu ad Patrem meo, Patrem quoque veſtrum, Deum meum, Deum itidem veſtrum. Tribus ſubinde Marijs quo Diſcipulis pręnuntiarent in Galilæam proficiſci debere, cum illuc eoſdem præuenturus eſſes, præcepiſti viſibilis. Solitarioq; Petro pectus percutienti ſuum agnitione peccati hac ſupplici voce, Ieſu Fili Dei propitius eſto mihi peccatori, Præſens, & Miſericors, indulſiſti. Verum enimuero a Sacro toto Collegio Iacobus ille minor ſpectatæ tum Religionis in te Deum, tum Sanctimoniæ, lectiſsimus Mortalis, videtur eruendus; quo cum omne ſibi vitæ alimentum, ad pręſtitutum Reſurrectionis tuæ tempus iuxta Votum protrahente, amabiliter recubuiſti; ingenti, ſperatoq; ſolatio, & iucunditate debita perfuſo. Operæ vero pretium erit vbique terrarum recenſere, vt in itinere Emaus vtputa peregrinans Lucæ, & Cleofæ te comitem cum adiunxeris, amborum mentes, diuinationum mortis, Glorięq; rudes, ſcripturę auctoritatibus illuſtraris, & Prophetarum. In apparatu cœnę, fractioneq; panis, euanueris ab oculis eorum. In vnum ue

ro locum congregatis Apoſtolis Sancti Spiritus, atque Pacis cum munere, incomprehenſibilis tua, & incorrupta Figura, latus, manusq; claruerint. Poſtremo fraternæ viſionis incredulo Thomæ, exacta denique hebdomada coram ipſis corpus exhibueris cicatricoſum, tactus plane illius ſenſu deprehendendum. Hoc ineffabili Chriſte Myſterio ſuſcita nos, hoſtili voluptate triplici, ſomnoq; ſopitos, de vitijs, ad virtutes, de morte peccati, ad vitæ gloriam; quam auris audiuit nulla, neque cor vſquam mortale ſcrutabitur, quanta, & qualis, abs te ſummi, & præſtantiſſimi boni Auctore Deo ſit præparata Iuſtis a conſtitutione Mundi. Amen.

*Scandens Cœlos cum Patribus atque Prophetis ſedit ad dexteram Virtutis Dei.*

PATER omnium Alpha, & Omega, Saluator Mundi Chriſte, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, celeberrima nobis erit laudum tuarum, & æterna memoria; cuius cum illuxiſſet iterata Diſcipulis Epiphania, qui retibus in Mari diſpoſitis, ne otioſe tempus con tererent piſcabantur. Maxima vi piſcium te vniuerſorum imperante Domino, illaborate Scapham onerauerunt. Ad te poſtmodum in littore ceſſantem, honoris ergo Petrus appellere cum properaſſet, Fidelis eidem Gregis commendaſti Prouinciam, & amabiliter concrediditi; reliquos vtique fratres cooptans, Euangelicæ ſcriptionis Doctores, & Concionatores his verbis egregios. *Ite, & prædicate Euangelium Vniuerſæ Creaturæ, qui crediderit, & baptiZatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.* Quadrageſimo vero die Reſurrectionis expleto, Iactis glorioſe noſtræ Salutis fundamentis, in Crucis, effuſiq; ſanguinis mirabili, rectiſſimoq; facinore, quod patraras, volens traſcendere Cœlos, cum Genitrice, atque ſodalibus accumbens; ne Hieruſalem e Ciuitate migrarent, ſed Sancti illic Spiritus infuſionem operirentur, edixiſti. Veruntamen propter Matris, cæterorumq; ſolamen, horum cum di

lecta

lecta corona, ita ſermocinatus es. Deſtituam hodie vos vt orphanos, (ſed eoſdem in maximis veſtris, grauiſſimiſq; curis, pia, ſempiternaq; mei memoria, deſideriumq; tenebit) at iterum de beatiſſima ſede delapſus, afflictos erigam, perditos recreabo, adeo vt Patris mei mecum, ſuperni Regni Conſortes, efficiamini; æque ac in terris laborum ſocij, Vigiliarumque mearum fideliſſimi extitiſtis. Quapropter aliquantulum lenita Mater, fons lachrymarum vberrimus, os immediate tuum deoſculata eſt. Partim manus, partim brachia, Magdalena vero pedes. Memento quo pleniori pœnitus obſequio hoſce amantiſſimos tui demereris, in Bethaniam compellens, exin, & ad Montem Oliuetum omnes; & vnicuique (vt par eſt credere) dato pacis ſuauio, Aetherem ſcandens virtute propria, ab humoq; feſtine ſublatus, veſtigia pedum in lapide, quem in aſcenſu tetigeras, mirifice cudiſti. Quocirca manus ad te tendenti ſupplices, deuoto cœtui; efflagitationes eius, atque Vota, cum paterna nimirum benedictione humanæ Salutis Auctor, & æternæ vitę largitor, effuſe, ac liberaliter fortunaſti. Memini, vt profligata Mater, conſeſſuſq; totus, in Nebula te delitente, quanto cum fletu, & cordolio (re uera ſingulari) almam ab illis, atque mirandam, tuæ Maieſtatis diſtantiam cogitarit, ut in ſpectatorum conſpectu, veſtitu candido amicti, & ſpeciem efferentes veluti mortalem bini affuerint Angeli dicentes; *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in Cælum? hic Ieſus, qui aſſumptus eſt, a vobis, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis euntem in Cælum*. Interrogati autem (vt e veriſimilitudine conijci poteſt) de tuis Ieſu Trophæis, deq; beato Patribus, ac definito loco; reſponderunt ſediſſe te in Cœlis ad dexteram virtutis Dei, perennis Regem Gloriæ coronatum, & vbique adorandum; Sanctorum animas, in Angelicos eſſe choros, iuxta merita diſtributas. Religioſa enimuero memoria, ſummiſq; laudibus, Danielis emulus, & ipſe proſequar, tot immortales Cœleſtis Curiæ Plauſus, Magnitudinem tuā, nullo terreſtri, ſupernoq; plectro concinendam Maieſtatis, ſic enim ille Profeta. *Aſpiciebam donec Throni poſiti ſunt, & antiquus*

*dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum quaſi Nix, & capilli lana munda. Thronus eius flamma ignis, Rota eius accenſa; Fluuius igneus, rapidusq́ egrediebatur a facie eius, Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſsiſtebant ei; & ecce cum nubibus Cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum; & dedit eis poteſtatem, & honorem, & Regnum; & omnes Populi, Tribus, & Linguæ ipſi ſeruiunt; Poteſtas eius, poteſtas æterna, & Regnum eius, quod non corrumpetur.* Proinde quoties de Regni Cœlorum amplitudine tui pro virili memorare parte aggrediar, toties dignare Domine omnipotens benedicere ſeruo tuo, Animæq́; peccatrici (tot licet ſcelerum miniſtræ,) cum ex hac fuerit miſera, fugacique vita, ad ſempiternam euocata; ſic adſit aura clemens, & opportuna, vt in Aſcenſione ſuauiſſime commemorata contigit dilectiſſimæ Plebi. Amen.

## *Infudit Paracletum Apoſtolis.*

SAECVLORVM Auctor, & immutabilis, Saluator Mundi Chriſte, & Fili Dei, cultu cordis, oris, & operis, offero tibi interioris hominis Sacrificium; quia Beata Virgo, tui Genitrix, & Filia, Magdalena, & Apoſtoli, in interiorem partem cuiuſdam domus abditi Hieruſalem, deuote vna voce ac mente vnanimi fide, pariq́; cultu exorauerunt, vt Doctore Veritatis, concupito toties Paracleto, pollicitationibus Chriſte tuis, vtique conſentaneo dignarentur: quo diſpertitarum inſtar ignis ſub apparitione linguarum cum Cœleſti Tonitru repleti, in idiomata varia variũ multiplicemq́; ſermonem Sancti illico Spiritus ſugeſtioni cõgruentiam, prorupere; qui is tum denique piæ ſocietatis corda, ac voces illuſtrans, diuina expetendarum, vitandarumq́; rerum ſcientia, illam eruditam, in omni; veraque ſanctitate confirmarat. Dei igitur Optimi Maximi inſtinctu (Sapientia, Virtuteq́; tua, Dei Filij, Dei quoque pariter Spiritus Sancti) & ſempiterno afflatu perfuſa, incredibilem ſui admirationẽ,

non

non expeditiſſimo ſolum linguarum omnium, ac declamandi genere vario, verum tot ſapienter dictis, & actis conſtanter, & prouiſis prudenter, concitauit. Hinc nemini mirum ſi ſola concione Petrus, vt ſalutaris & ſalutis plena myſterijs, in Auditorum aures, (ac penetralia mentis potius influens) in ouile ſibi demandatum, tria Credentium millia, aſciuerit. Si mortales ſatis ampla opulentiſſimi plures patrimonia, in ſubſidium pauperum, exponentes; temporariæ Vitæ commodis, fortunisq; ſpoliati, baptiſma, & pœnitentiam, in remiſſionem peccatorum delegere. Si claudus erectus a Petro, tui nominis Salutaris exiluerit incolumis, & ſteterit. Ideo coniectos in carcerem, atque vincula exolutos emiſit Angelus Apoſtolos, quo euangelicam eidem, & omni Populo doctrinam, poſtridie in eodem, quolibetq; templo liberius prædicarent. Quamuis vero publice, diu, & acriter admodum cæderentur, ſumma tamen lætitia gradiebantur ouantes, horumq; vultus, Motus, atque voces, coram concilio geſtientes exultarunt; quia digni tunc habiti fuere pro tuo nomine Ieſu contumeliam pati. Occurrit mihi poſtea Cornelij Centurionis, probata fides, & ſalus, ac numeroſæ imprimis multitudinis Gentilium conuerſio. Vt decollatus ab Herode Iacobus, diuinas ſibi laudes irreligioſe Tyrannus aſſumens, infelici præuentus interitu, fuerit vermibus conſumptus; lectiſsimaque ſeptem Diaconorum ſuccurrit inſtitutio; inter quos protomartyr Stephanus eminuit. Vt ab inſectatione Eccleſiæ cum Damaſcũ, peteret Saulus diuina tunc voce cęcutiens, ac proſtratus, in Vas electionis fuerit traductus. Vt orthodoxæ fidei, & præcipua lumina exemplaria Diſcipuli (ſeptem munerum Sancti Spiritus auſpicio) a multis crimina Capitalia Prouincijs radicitus euellentes, & aduerſa quæque prædicatione euangelica propulſantes Chriſtianam vt inuicti Milites Religionem, inexpugnabilibus veritatis vallatam argumentis, & improborumq; toties impugnatam iniurijs; pugnatiſſime defenderint. Poſt Chriſte tui denique Nominis, & tot vbique Gentium legitima, laborioſiſsimaq; certamina in Domino morientes, vt

Vitæ Coronam fulgentiſsimis gloriæ gemmis illuminatam, acceperint in Patria Cœlorum. Contemplatione quorum, vt ſæpe fit ſuauiſsima tractus, Ieſu dulciſsime claritatis æternæ ſpeculum, interim ipſe cum Auguſtino hæc, paratus ad omnia, expromam, deficiat in dolore vita mea, in gemitibus anni, &c. Donec anima mea die tribulationis, acquieſcat, vt in nouiſsimis cum corpore, nomini tuo confiteatur coniuncta. Amen.

*Ad Dominum Ieſum Chriſtum, in Paſſione, in Morte, in Reſurrectione Contemplationes.*

AVE ſacratiſſime Ieſu, in vtero Virginis ſanctorum ſanctus, virtutum virtus; de Spiritu ſancti virtute genitus; eiuſdemque Virginis humilimo, fidiſsimoque conſenſu ſimul, atque repente animatus, & formatus, & perfectus Homo, veruſque Deus. Tu, dum in virginali clauſtro omnia regis, omnia uides, mundiq; cunctas aſſummis infirmitates; noli recordare peccata mea; ſed pius, & miſericors veni ad me paruulus, & blandus; & in agoſtæ mortis miſerere mei. Amen.

Aue Ieſu, a præcurſore necdum nato diuinitus agnitus; & poſtea illius digito demõſtratus Agnus Dei, mundique conditor, & Saluator. Hinc ſalua me in ſeruulo amore precioſiſſimi ſanguinis tui; vt tibi tantummodo ſeruiam in puriſsima Religione Chriſtiana; & Regnum Cœlorum cum paruulis renatis merear. Amen.

Aue Ieſu, ſine pudore, doloreque Matris mirabiliter conceptus, atque genitus; quem parturiſti Virgo immaculata carens hoſpicio, puella peregrina pannis inuoluit; quem ſola lactauit Regina virginum; quem in vlnis portauit; & verũ Deum & hominẽ agnouit Regina Angelorum. Quem aſpexit futura Regina cœli, in nimia claritate ſtellarum; quem adorauit infida adoratione Regum, & paſtorum. Hinc cor meum letifica domine; illorum gaudiorum illa dulcedine, idque ſpiritu gratiæ; quibus exhilaraſti penitus beatã puerperam Matrem,

&

& filiam; in beatiſsimo nimirum auditu, viſu, & guſtatu de te admirabilis Deus. Amen.

Aue Ieſu, pauperum, Typus, & ampliſsima merces ęgenorum; ad quorum exemplum voluiſti pauperimus prodire, & educari a parentibus, in aliena Domo naſci, in Pręſepe nudus reponi deſtitutus; a mundo deſpici; vt noſtrorum omnium eſſes exemplum inopiæ; in hac humilitate tua, porrige mihi in terrenorum affluentia beatum paupertatis ſpiritum; vt hac ſola, mihi ſint tecum, & cum Maria, & Ioſeph, æterna bona venalia. Amen.

Aue Ieſu, qui nobis arrham futuræ paſsionis tuæ in obſequentiſsima Circunciſione præſtitiſti tua; & in illo amantiſsimo vulnere pro ſalute filiorum Adæ voluiſti vocari Ieſus; in hac tui puriſsimi Sanguinis effuſione, ac memoria, laua alienas, maculaſq; meas; vt tecum in puritate mundus, & paruulus valeam introire in ſancta ſanctorum. Amen.

Aue Ieſu, veteri legi ſponte humilima cũ Matre ſubiectus; in templum oblatus in plenitudinem omnis legis, & vocũ prophetarum; illic, dum ab Anna adoraris vidua; a Simeone propheta diuinaris, & ſaluandis Iſraelitis reuelaris verax Emanuel, Dominuſque Deus; reuela te pariter mihi, lumenq; & ſalutarem meum in religioſiſsimo ſtudio beatę meditationis tuæ; vt in exitu mortalis huius peregrinationis meæ, te in ſancta ſanctorum, contempler, cum omni humilitate in æternum. Amen.

Aue Ieſu qui dolenter relicta Matre Hieroſolymis Paſcha cum diſcipulis manducaſti; & fraternæ charitatis, dilectioniſq; ſpecimen relinquens; horum pedes omnium humilimus, & amãtiſsimus abluiſti; & te in Sacramẽtum Euchariſtiæ identidem in Cęna vltima tradidiſti; hinc ſubice Domine ſanctæ Pater humanos affectus meos Numini tuo; vt tecum ſubmittar in obedientia, & in charitate perfecta; tecum deprimar; tecũ edam; te digne ſummã in æternæ vitæ alimentum. Amen.

Aue Ieſu, Iudęorum fidelis Doctor, & Paſtor; quorum perfido, perditoq; liuore fuiſti ab illis nequiter, & turpiter triginta

ginta denarijs emptus,& a Iuda auariſſimo,& dilectiſſimo pro ditus; beneuolentiſſimæ Ieſu mi; hinc mei, in meis quotidianis ſceleribus miſerere Pater, & Deus miſericordiarum; tu qui virtutum Dominus Malcum ſanaſti; Fariſeos coram te procumbentes eleuaſti, inimicumque Iudam amicum nominaſti. Amen.

Aue Ieſu, qui in Oliuarum monte pauidus (ſpiritu plane promptus, Caro vero infirma) ter Patrem orando, in multiplici tum agone relictus ſanguinem ex ſudaſti; effice,vt in aduerſis, non meam tantum, ſed alienam quoque ſalutem queritem; qui tibi ſoli æternis Patris Filius vota mea penitus offeram. Amen.

Aue Ieſu, Decor Cœli; qui a notis, & beneficiatis alligabaris peccatorum abſolutio; plectebaris, & blaſphemabaris ſanctorum ſanctus; conſpuebaris, Speculum beatorum; deſine diu me in malorum omnium, contumeliarumque tuarum permanere memoria indelebili, vt te in omni vita mea memorer Spinoſum caput tuum; tibi quoque recogitem ſingulos annos meos in amaritudine animæ meæ. Amen.

Aue Ieſu, conſpiratione Hebręorum inuida deductus ad Annam; & ab infimo famulorum eius graui, temerarioq; colapho temere, irreuerenterque affectus: da dator munerum, vt iniqui me perſequentes,cedenteſque ſuſtineam;quo tecum maledicentibus benedicam; & pro malis in dies bona retribuam. Amen.

Aue Ieſu, qui coram præſide Caipha eiuſque nequiſsimo Tribunali, iniquos ſcribarum, ſeniorumque teſtes in te iniquiſsime aſſurgentes, mitis paſſus es Agnus, & equanimiter toleraſti; terque te negante Petrum ad pœnitentiæ amaras, quotidianaſque lachrimas pijſsimo miſericordiæ dignaris recurrere lumine: prȩſta viciſsim mihi Lux, Salusq; Mundi; vt te in tenebris fortuitu meis abnegans,cum Petro ſimul illa de teſter; cum Petro labens, caduca humanitate, cum Simone pȩnitente diurno, nocturnoque fletu defleam perpetuo, lapſus coram te meos. Amen.

Aue

Aue Ieſu, qui aſſummó tunc Sacerdote damnatus, ab ingrataque plebe conſtanter accuſatus, proclamabaris mortis reus; & illico conſputus, conculcatus, vellata quoque facie ab omnibus percuſſus, diuexabaris; & interrogabaris; Eia ęterna ſapientia, mundique Rex, dulce leuamen, & afflictorum ſolacium; in tuis totum me defige innumeriſque plagis; vt tecum vere addiſcam in infirmitatibus perfici, & gloriari meis. Amen.

Aue Ieſu, qui ad Pilatum denuo criminatus; (tu ſumme iuſtus, & innocens) falſas improborum non confutaſti calumnias inuidorũ, & accuſationes humili conticuiſti ſilentio tuo: doce me ibidem, mendacia calumniatorum meorum mihi obiecta tecum ſilere crimina, vt vere longanimis in humilitate tua, gradiar de virtute, in virtutem. Amen.

Aue Ieſu, qui a curioſiſsimo Herode inquiſitus Iudice, multifarie, multiſq; ſermonibus ſciſitatus ab eo; eidem nihil prudens reſpondiſti; adeo, vt inalbaque veſte deſpectus, iterum redis ad Pilatum varie ludificatus. Hinc me in hodierna, fallacique via, præſtitue, præmõſtra ſecuritas, vbi irridentes me, ſpernenteſque ſufferam, & dum varijs huius mundi circuncludor anguſtijs, & intentationes incido; ſpinarum caput meum circuncinge, vt tibi ſoli gaudeam, & reſpondeam. Amen.

Aue Ieſu, ad marmoream Columnam denudatus, & ad illam arctiſsime deligatus, varijs, & diuerſis peccatorum meorũ funibus; toto florente; toto ſpecioſo, virgineoque corpore cruuentatus. Talis viatori mihi ad mortem occurrere; vbi tuę iracundiæ flagella (quæ pro peccatis mereor meis) tu pius, & miſerator in finem meum auertas. Amen.

Aue Ieſu, Corona ſcelerum meorum Spinea compunctus, & delictorum meorum toto capite, immoque cerebro transfixus aculeis; talis dum a plantis vſque verticem videris Deus contemptus, in omneſque mundi miſerias acerbitateſque deprimeris: exprime interim mihi miſtico membro tuo, tuorum dolorum amaritudinem, vnde tecum vulnerer, vt tecum in æternæ ſalutis veræ germano ex orbear amore. Amen.

Aue

Aue Ieſu benigniſsime, a timido, corruptoque Præſide, clamore Turbe, pauoreque Cæſaris maledictæ adiudicatus Crucis patibulo. Tu dum iniuſtam (iuſtiſsimus Deus & Homo) ſubijt ſententiam, Pater vitæ, gloriæque Rex, cum duobus miſerrimis, deſertiſsimiſque latronibus, vt deferis tecum pijſsime mortis vexillum, dedecoriſque lignum. In hac incomparabili charitate erga nos tua, me patere peccantem quo uadis, me dirige, deuium, & concomitare crucigerum, immortalitatis Deus. Amen.

Aue amantiſsime Ieſu, dum incuruus, & tremulus manſuete, & placide baiulas crucem ad mōtem gradiens, & ad inimicorum ſolenne gaudium circundaris Iſraelitarumque plauſu. Hinc tamen, dum ſub nimię grandis, immenſoque pondere corruens, iam iam moriturus, dum pijſsime Matris reſpicis habitum, ingemiſſisque oculos. alleua in pietate tanta, in diuina inquam virtute, clementiaq; tua peccatori onus, onus vere meum: vt illud in amaritiæ ſuaue, in morte vitale, in pondere leue; tibi copulatus ſentiam; tecum viator deportem; dum, ad electorum tuorum ſtudeo præcurrere Montem; dum ad Martirij vota triumphantis in Cœlo nobilitandum acolo palmam. Amen.

Aue Ieſu, dum ab amicis Diſcipulis, conſanguineiſque tuis, in via, ad Mortem, deſereris, a tui funeris miniſtris irrideris, ab illis quos amaſti palamque deſpiceris; dum ſpoliaris violenter, & rabide, a rabida, familiaque turba ſatellitum; te circonſtantium, te lacerantium veluti luporum mos; dum miſerabiliter nudus algenti Bruma tremulus, horrore Mortis, exanimis, in Adæ terram ſuperque proſterneris; me in terra tecum depreſſum erige. Amplius; dum in longitudinem, latitudinemque crucis nimium violenter diſtraheris, ita, vt vitæ diſſoluerentur compagines omnium membrorum tuorum; in his miris doloribus, vndiq; plagis laceratiſq; carnibus, vbi mille, & centena millia millium occurrunt dolores, totidemq; reuiuiſcūt vulneraque; deduc me gratis in terribilibus tuis. Ita, ut tua mihi recogitata Paſſio,

in

intimus dolor tuus, & Virginis plangor, tua Fel, & Abſintiū, amariſſima Crux tua; fortitudo ſit Spiritui meo in agone, vt certem, & patiar, piæq; tecum aggrediar, & acuram velociter, viriliterq; moriens ad vitæ coronam. Amen.

Aue Ieſu, dum inter duos facinoroſos, (Iuſtorum decus, & caput) interricaris; interpella pro me fragile peccatore ad Pa trem humanis facinoribus meis; dum exprobrantium impia, falſaq; probra pius audis, & tolleras maledictionibus, hodie meis benedic malis Pater, germanæq; meæ; dū pro calumniatoribus, & crucifigentibus te in plenitudine amoris ſic excipis, ſic oras, ad Patrem, *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*; in hac ſumme pietatis, memorabiliſque ſpei oratione tua, ignoſce mihi carnifici tuo, & dimitte quotidiana debita mea. Item dum fido Latroni polliceris hodie ſibi poſtulatum Paradiſi Regnum; ſponde pariter ſponte, & Redemptio animæ meæ: & mihi fidenti promitte ſuper hanc Crucem (quam memoror, quam celebro, quam tecum ſpiritu corporeque geſto) Paradiſi Nuptias. Amen.

Aue Ieſu, dum te in communium miſeriarum ſtipite ſublatum, ibique miſerandum miſereſcunt omnes, & lugent deuote filiæ Syon; proice me totum, ad multos Dies & Annos, in deuotiſſima turba, vt itidem a corde meo amariſsime profluant ſuper te lachrime. Amplius dum te miſerabilem, pendulum, & mitiſsime expirantem in Crucē, Cruci horrido cruentuloque pede aſsidis, intimis plorent viſceribus, & adiunge me Mariæ amarulentulæ & ſociabus eius, in perſeueranti ſocietate dolorum amaricatuſq; comitem. Denuo, dum Matri vulneris, & doloriſque gladius penetrat ad penetralia cordis veſtri, & medularum oſsium; ita mortalis, & anceps, & tam vehementer acutus, vt illi tranſuerberet animam; meam quoque in cruce, ſub crucis iugo miſericors, & miſerator Domine, in parili vulnere, vulnera nunc, & in hora mortis meæ. Amen.

Aue Ieſu, dum in tot pœnis ineffabilibus & anguſtijs merſus, non habes vnde reſpires, vnde euergas, ſic, vt valide ad

Patrem clames, te vndique, & pœnitus derelictum; prę iſce acerbitatibus afflictionibusq́; tuis, ne me derelinquas Domine, ſed a ſanctiſsima manu tua quandoque correptum, quandoque tentatum, quandoque eruditū permite; deinde, dum ſolus in tormentis plurimis auide meam, perditorumq́; ſalutem quæris,& ibi repente amariſsimo peccatorum potaris Felle; porrige mihi contra (Ieſu dulciſsime & pię) iniquitatum mearum Abſinthio, Vinum æternæ ſaturitatis, & melifluum lingu ę beatæ lætitię, cuius ſacratiſsimo potu, & hauſtu hauriam a beatæ Vitæ fructum in vitam æternam. Amen.

Aue Ieſu, dum inclinato capite liuoribus plenus, innumeriſque plagis, exſicata facie, diſsipatoq́; corpore, ſpinarum capite, transfixis Manibus, & Pedibus, infrictis artibus, arterijs arridis, extentis brachijs, diſtortis venis, & palida Imago in manus Patris pium, & languentem comendas Spiritū; aperi mihi viſcera miſerationum tuarum,& talis miſerere mei in hac filiali potiſsima comendatione tua, in qua fidenti Deo me tibi fideliter cōmitam fidelem, fidenti Domino fidentem deuouem famulum, indulgentiſsimo vnicoque Patri, obſequentiſsimum comendem filium; tandem talis miſerere mei in tuis præfatis,dictis, factis, ſaluberrimisq́; plagis. Amen.

Talis in Cruce miſerere mei, & mihi tranſgreſſori tuorum mandatorum emulam porrige Coronam ſpineam, meum tecum cerebrum perforantem; elatum inclina caput, decliuo capite, totam malitiam iam meam ſerijs præ lachrimis; & in gemitibus inuidiam; doce me meas cauere inſidias in huius Iordanis tranſitu; in alapis maledicam; confunde linguam, vt benedicar a lingua tua,quæ pro conuitiantibus orauit;medere gulę, præ ſenſu guſtatu Fellis; & cupiditatem extirpet in Cruce tua nuditas; extinguat tua odium mihi probata Charitas; latus vulneranti apertum, tollant Ira, Accidiaque; unde omnia mea capitalia conuitia deleantur,firmenturq́; virtutes.

Talis in Cruce miſerere mei, vt te almæ pietatis effigiem inſpectans adorem; dum ibidem Saluatoris affectata pro me vulnera inſpicio,pendentis effuſum colligo Sanguinem;Crea

toris pro mea vita morientis, pretium ibi Mundum redimentis; Triumphantes Cicatrices a meo tumulo oſtento Satanæ reſurgentis. Talis in Cruce miſerere mei; vt demiſſus ab ea, a me non dedigneris (Filium Dei) oſculari conſeruum; apertione lateris cor mihi prębens in amore tuum inflammatum; tuum mihi corpus palpandum prębeas; ut corde concipiam qualis pro me fuiſti fixus in Cruce. Talis in Cruce miſerere mei; dum tuam dolenter mediterque Crucem; tuas emuler manus; vt quæ feciſti faciam, & quæ ſanxiſti ſentiam, & proſequar pedes; ut quo præmiſti gradiar; tua contempler merita; vt quæ meruiſti merear; quæ præcepiſti adimpleam; quæ perfeciſti obtineam; tamquam viator miles in Victoria, & comprenſor in gloria.

Aue Ieſu, quem mortuum nondum ſaturatur ſauciare, & lędere Iudaica perfidia, ingrata patria, & Hebraica feritas. Tu dum a cecati militis Lancea latere foderis; fode & pectus meum, ſcinde, & combure cor; ut illud tecum in Charitate rubeat, & ardeat perfecta; tu dum percuſſori inhumano a pio vulnere roras ſanguinem, & aquam, in eius illico lumen, eas itidem in lauacrum; ſtilla mihi ab eodem Charitatis æternæ Riuo pacem diuini amoris, dulcedinisq; Rorem, quo amare, & ſuauiter declinem a malo cum velocitate, & repente operer bonum. Denuo, emite. Pater pijſsime ab eodem diuinæ reconciliationis profundo, miſericordięq; Fonte, rubens, & vitale ſalutis lauacrum, quo cum carnifici munder, & cum credentibus ſaluer: oſtenta præterea in dies illius plagæ profundum, vt indeficiens in me tuę miſerationis Abyſſus, vnde mihi mea aliorumq; culpa miſero, & perdito indeſinenter ſubuenias, ouanterq; indulgeas. Amen.

Aue Ieſu, dum Corpus de Cruce tuum reuerenter deponit Ioſeph, & illud millies & millies amplexatur, oſculatur, & lamentatur Maria Mater; retine me in hodierno Ioſeph, & Nicodemi ſancto munere pio; vt horum coniugationi in fide, & religione coniunctus, ſequar in plangore Virginem, in amore proſequar, conſociē in meditatione; in miniſterio ſub-

leuem erga te mutuo; & tandem cum illa coniunctiſsime, & amantiſsime fidelis, & innocens permaneam. Da demum, vt illud Sindone inuoluam, miſtico vere Linteo puriſsimi cordis Ioſeph illud in Horto ſepeliam; Horto vere fructifero omnis benedicti ſeminis; idem in nouo lapide tumulem in nouitate vitæ quæ mihi ſupereſt; vt in te viuam, & moriar; & ſub graui petra ſub fidei petra firmiſſima, quæ ſuper te penitus fundamenta iaceant Catholicæ Fidei Auctorem, & Conſumatorem Ieſum Chriſtũ; qui, vt me exulem a deliciarum furto reduceres, deligis te prouide in Horto ſudare ſanguinem, & ter exorare pro ſalute Mundi Patrem; illuc conſepultus efficere, vt vbi abundauit Adæ delictum, introiuitq; Mors, inde ſuperflueret gratiam; ita, vt in tua Morte dum Mors moritur, hinc immortalis reſurgeret Vita.

Aue Ieſu, dum paſſim ſolitarius, & anxius, anxiferam conſolor Matrem, & contriſtatas conſocio Marias, vt Crucem amariſſimam tuam collachrimem, & profundiſsima meditanda mediter; tua interim interpretare mihi obrobia qui te tam valde decorant in Cęlo; tuas irriſiones, vnde ignobilis nobilitatur homo; tuas enumera contumelias innumeras, quæ ſingulariter coronant inglorium; tuos graues exprime alapas, quibus percuſſus eleuor in cęlum; tua ſordida ſputa, quæ maxime redolent in Sanctorum fragrantia; tua flagella recole acerbiſsimâ, quæ mire dulcent, & reſpirant a Terra viuentium; tuæ coronæ dedecus & aculeos pande, vnde germinatur Diadema Regni tui; tuos excubiles obire in pœna ſocios, quorum mulcta mulctantur Iuſti ad Palmam maiorem; tuos in Cruce blaſfemos particulatim oſtende ſub Cruce obteſtantes, quorum iniuria declinat in retributionem Beatorum. Et demum mihi denique expone horror, & miſeria Mortis, quam pro mea, & totius mundi tolleraſti Vitam; adeo, ut in futura Morte mea gratiarum Dominus plenus gratiæ & feſtiuitati mihi occurras. Amen.

Aue Ieſu, alme pacis, Deus, dum ego cultor ſtudeo de via in Patriam victoriæ reportare ſignum, dum ſub triumphalis

Eccleſię

Eccleſiæ vigilo, dormio, & nunc militor vexillo, dũ ad incolumitatis humanę triplici meo bello accurro perfugiũ; interpretare interim mihi ſpeciem tuam, quæ tantopere eluxit, & claruit in Ortu, in Meridie, præter Aſtra Cœli; oſtende quæ te deſijt in Ortu, ſorduitq; in funere; interpretare liuida Tubera dilacerataq; Membra, quæ tam dolenter ingemuit, quæ tã officioſe tractauit operoſa, erumnoſa, afflictaq; Mater; reuela exhauſta viſcera, quæ in tua paſſione amariſſima mirum immodum aruerunt; ſcribe poſtmodum, quemlibet Vulnera tua in contrito corde meo, illaq; diligenter exara purpureo Calamo Sanguinis tui; vt in illis legam, & mediter, voluam, & reuoluam, & recolem amorem tuum, & dolorem; ita, ut ſequens horum memoria recens, vetus iteratusque dolor quotidie in me magis renouetur; & quotidie increbreſcat; ſit mihi pœnitentiæ acceptiſſimus Cinis, & Cilicium, lachrimarumq; panis, die, ac nocte, & vſque dum in manus tuas prouidæ, & ſanctæ mi Pater, reſtituam quæ mihi conceſſiſti gratis, aſsignaſti munifice, redemiſtique ſpiritu. Amen.

Aue Ieſu, dum te in maieſtate creationis adoro Deum, in Aſſumptione carnis imploro Fratrem, in tolerantia paſſionis agnoſco Chriſtum, in mortis obitu, in reſurrectione mirabili glorioſum Redemptorem; dic animæ meæ ubique tuta, ſalus, & caro tua ego ſum. Amplius, dum ſolicite quero, qui te, Matremque tuam amarulentam conſoler ad crucẽ, & vſpiam neminem inuenio; dum te ſuſtinentem omnes mundi grauedines attente cogito, & ibidem recogito; præſta queſo, vt influat in aures meas hæc tua vox plena ſanctæ ſpei, plena ſolatij, plena leticię, plena omnino beatæ vocationis, ſic ad fores cordis quotidie mei ſuauiſſime pulſans, dicat; aperi mihi Soror mea, Amica mea, Immaculata mea cor iã deuoti tuum, nã tibi aperui in paſſione meum; veni Columba mea diuerſare in foraminibus petræ, vt requiem tuam ibi nidifices; veni Cõtemplatrix paſſionum mearum, vt fias merito particeps conſolationum, mecum; huius amara quaque deguſta, & aduerſa vitæ tolera, vt ſimul dulcia gaudia magna, & precioſa ſperes in

Regno

Regno Cœlorum ; hac arcta tribulationum gradere via, qua ego perexi, vt mecum regnes; hic vere tuum collocare caput, dum palpas, dum recolis, quæ pro te patior, tuum pro me libenter patere dolorem ; vnicum me tuum ſpeculare ſpeculum, dum palpas, dum perpendis illum, qui pro te crucior, meos ſuſcipe, & meditare clamores, dum tibi ſentis pęnas quibus diſrumpor,& affligor,acutoſque clauos quibus perfodior; hauri a latere meo (vnica mea) mundi precium,vt quanti fueris dealbata uideas; carpe a cuius brachijs ſuper quæ extendor gratias, dum me Crucifixum ſpectas, vt vere conſequaris altitudinem contemplationis in ſalutem æternam . Amen.

Aue Ieſu, Dominæ meæ Filius, Reginęque miſericordiæ natus, omnium miſericors miſerator & amans ; tu dum Mariæ (quæ omnibus adeſt, quæ omnibus ſubuenit, & omnibus fideliter illam inuocantibus pręeſt,) imploro ſubſidium, ſuccurre pijſſime periclitantibus,paſſibus meis; dum ego merens Marię conſolatorium appello Nomen;nomẽ vt fuerit nè dele meum de libro vitæ ; dum Mariæ in humili obſequio deſeruio, placare in me peccatore, mundi Iudex, & propiciare criminibus meis peccatoribusq; omnibus:ſic te reddat Virginis pia deprecatio,piuſque intuitus;vt piæ reſpiciens,pijſſimus efficiat eiuſdem tui affectus; quo reus veniam, peccator, & exul patriam obtineat, per illam, quæ eſt Dei, & hominis, rei, & Iudicis, Regis, & exulis, digniſsima, amantiſsima, honorificentiſsimaque Mater. Amen.

Aue Ieſu,quoties ſuperni amoris amore ſubſtãtias pauperibus diſtribuo meas,toties de operibus miſericordię mecũ cogito, & precor, vt pia mater tua talem me te offerat vt peccatorum veniam męrear meorum ; talemque gratiam in vita, in morte, & omnibus diebus vitæ meæ merear, pręſtetque mihi illa,quam elegiſti diuinitus, & præelegiſti in Matrem, vt maculas coram te meas abſtergat, quæ tota pulchra immaculatum genuit; tu, qui es omnium Mundi humiliatorum ablutio, me coram te Altiſsimo humilem, illa quæ in humilitate meruit te concipere Deum, perditum ſaluare mundum, quæ mitis,

tis, & humilis corde prodijſti Ieſu; me ſemper tuæ pietati, & charitati confirmet, hæc ſpecioſa diuinæ pietatis Mater, quæ vitam tibi ſuam in ſumma pietate miniſtrauit in vtero ſubſtantiam, quæ luxit miſtica Patriarcharumq́ue fides, arſsit Apoſtolorumq́ue charitas, quæ te virgineo carnis puriſsimo indumento induit; laudauit germana Angelornm puritas, quæ viuificat Prophetarum ſpes, quæ te cœli Regina ſuſcepit in carne, in corde, in mente, in ſpiritu, in clauſtro humanæ carnis probanda Salus, humani cordis Lumen & Vita, mẽtis ſuauitas, & Spiritus Sancti domicilium; quæ te lactentem lactauit, Virgo candor, & corona virginum; quæ te infirmum fouit ſegregata ab omni humano auxilio; quæ te famelicum pauit peregrinum & egens; quæ te profugum aſportauit pauida, & deſociata Mater; quæ te in Crucis carcere viſitauit Simeonis iugulata gladio; quæ te mortuum tumulauit ſemimortua, deſpecta, & deſertiſsima Genitrix Maria; tipus Angelorum, & ſanctorum ſpeculum, coſtantiaq́ue martyrum. Amen.

Aue Ieſu, quoties reuerenter attendo, & attente miſtica Gabrielis ſalutatione Angelica ſaluto Mariam: toties periclitanti Domui meæ, per ſaluberrimam Virginis commemorationẽ, quæ tuo placito fuit humilis Mater, fiat ſalus, vt cum Virgine Dei in perfectiſſimo amore Filium pariam, & cũ eadem te Redemptorem contempler, inſimul, perfectæ charitatis Deum & Dominum ſequar; vna totius ſolacij, & longanimitatis Deum ſuſtineam, Deum de Deo, Deum profitear, & prędicem perpetuo, & in fideli cultu adorem. Amen.

Aue Ieſu, dum Mariam gratiæ ego vacuus gratia vocito plenam, conueniat mihi Mariæ fides, & in fide hũmilitas, & meritum; vt in Abraæ benedicar fide, & in multiplicitate illius multiplicer ſemine; dum illa iuſtiſſima illius hominis gratia recogito, & nomino; dignare me huius humili, & ſanctiſsime Virginis humilitate profunda gaudere; & dum Mariæ mãſuetudinem memoro, largire mihi manſuetudinem Dauid, ita quod in Regis præſagium in Regem conuertar, in Regem exalter humilimum; dum Mariam amanter in ventre, pectoreque

reque repono, tunc cohęreat in religione mea Moſis charitas, vt cum puriſsime Virginis ſacratiſſimo amore coniuncta vnica mea diſſolui nullo modo poſſit, ita. & amantiſſime congruat cum Moiſe, vt vna oues tuas paſcam, & regam, vt pro populo tuo ponam animam, & pro eius ſalute exulem fiam. Dum Mariam itidem pro virili mea, præcunctis lumbis meis veneror, aſocietur & me virginalis comes paranimphi acumẽ, & puritas; illius inquam Apoſtolorum, & Angelorum conſortis, qui & recubuit ſuper pectus in Paſchali cęna tuũ; item dum Mariam miſerorum hoſpitium in hoſpitalem tugurium conuoco meum, mecum cubet Marthę hoſpitalitas, qua te ſimul hoſpiter, reſurrectionem mortuorum; dum Mariam intuitu candida, aureo amicta indumento, circundataque uarietate contemplor, reſurgat in me penitenti peccatrici Magdalenæ gratia, & contemplatio; vnde celeſtia videam mortalis homo, diuina contempler, & in omni re benedicar in Virgine; cui dediſti Domine Deus meus benedictionẽ omnium gentium. Amen.

Aue Ieſu, dum Mariæ fidelis ſeruus, & æmulus, illius inquiro adiutorium, ac ſapientiſſimę eius in miniſterijſque meis ef flagito conſilium; elluceat mihi ſalutis æternæ hæc Dei ſalutaris ſapientia; occurrat pręterea peccatori mihi in dies quotidiana inuentrix gratiæ hęreat immortali vitę Genitrix, faueat tantũmodo ſalutis Mater, & tante Matris nimia charitas, meorum corripiat magnitudinem peccatorum; tante Virginis fęcunditas, hubertatem mihi cęleſtium pariat meritorum; tante Genitricis nudatum pectus, hæc vbera te mihi reconcilient, germane Redemptor Paterque in æternum. Amen.

Aue Ieſu, dum Hymnum hunc concino Virgini, *Aue Maris Stella, Dei Mater Alma, &c.* Illuminet hæc ſtella maris me nauigantẽ in tenebrarũ fluctibus, & fecondiſsima emittat ad me flumina, immortaleſque radios; qui me inſtruant deuium, & nauigij neſcium, & reportent naufragum, in beatę ſecuritatis portum; rectum mihi teneant curſum, ne ad occultos aquarum ſcopulos allidar; ne hoc ambiguo pelago, vel incerto cur

ſu

ſu clam a piratis præder, talis mihi denique in horrore Mortis præluceat, in Occidente appareat hæc ſtella immortalis, vt me in quolibet ſtatu meo tueatur, & ſeruet, adeo, vt me cęli bem ſeruet, coniugem aſſociet, viduum obumbret, virginem diligat, pęnitentem ſuſcipiat, iuſtum perficiat in via; in patria tandem ſuis beatiſsimis gloriæ claritatis luminibus, me beet & regat. Amen.

Aue Ieſu, dum ego cum lachrymis, exanimataque Matre te video Filium in Cruce Spiritu, & Voce languentem, & vulneratum non curo, gementem non conſolor, deſtitutum non adiuuo, ſitientem non poto, morientem non oſculor: excita ab intimis meis quos de reconditiſſimos Virginis aperuiſti Fontes, vt in tuis innumeris, acerbiſſimisq; cruciatibus, cum Virginis dolore cadar, in Fuſtibus proſternar, in Funibus colligar, in Arundine plectar, in Irriſionibus irridar, in Diademate coroner ſpinarum, in Clauis tuarum cicatricum diuturnitatiq; deſtiner pęnarum, in Lancea tranſuerberer, & totum me tua crudeliſsima mactari Morte ſentiam; dum cum Maria Matre oratio mea coram te ferior, fatigoq; membra; toto Spiritu lanqueo, voce, & inceſſu deficio; & ad tuum Chriſtæ Sepulchrum deambulo querulus, ſemiuiuus lachrimans cum Matre. Amen.

Aue benigniſſime Ieſu mi, dum mente, & tota anima mea, tractare, & guſtare connitor amariſſimæ paſſionis tuæ Calicē, quem in Cruce bibiſti; da, vt illud firmiter credam, indubitanter confitear; & in puriſſimo Sacrificio mediter, ſummum noſtræ Redemptionis Opus.

Item dum recolo tuas tam iniuſtas, tam longas, tam feras, quas pro me miſero pertuliſti penas, & illas recognoſco, & cognoſcendo ploro, ſupplicia de culpis, & vulnera de vulneribus meis; verſetur interim ante oculos, Cœli Oculus, viſio Mundi, obſcurata Solis, Lunæq; Facies, Orriens, Occidens; Stella Maris delapſa de pulchritudine cœli ſtellarum Stella Maria Mater tua; in cuius laniato corde, duo inter ſe ſe pugnarunt amores totidemq; dolores; Spectetur mitiſſima tibi

K merens,

merens, hæc ploranda, & gemenda Mater, & Virgo; quum fidentiori omnium carorum tuorum cuſtodi credidiſti Virgini, hæc dum ſtat ante Crucem, vt miſericordię Mater, & Aduocata peccatorum; & tu econtra reſides Rex Regum in miſerabili accubitu tuo, & in Solio Diuinę Miſericordię placatus; dic placidiſſimæ, & leniſſimæ Salomon.

Pete Mater quod vis, quæ illico tibi fidenter reſpondeat, peto fili reconciliationem pro filio, cohæreditatem pro adoptiuo, indulgentiam pro ſeruo; peto denuo quod redemiſti ſalues, & per ſalutem quam in Cruce operatus es, da vt tecum mortuus viuat cui moriens genuiſti vitam, viuensq; viuat in æternum; ita, vt mihi fidelis in carne, & tibi in tenebris redimendus, in voce exultationis ſic coram te conclamet inquiens, *O fœlix culpa quæ talem meruit habere Redemptorem*. Amen.

Aue dulciſsimi omnium beatorum amores, & deliciæ Ieſu, & Maria ſimul; quorum alter Cœli Cœlorum coronat, ditatq; Regnum, alter illuminat; & ſerenat Mundum. Immittite hos Almæ dulcedinis puriſsimi fructus veſtri in ſecretiſsima cordis mei, & illum vtique affectum quo vox amplexamini hominum filios tota in pura, in denigrata illorum faciæ in cinere, in patria, & in hoc amore, & feruore me retinete precor Almæ virtutes Cœlorum, quo vos cupidiſsima ſpeculer ad æternæ vitæ Speculum; ſuper omnia vos adamem, in noctibus memorer, die, nocteq; reuiſam, date interim mihi, de Radijs, de Sinu, de Flamma veſtra. Et quicquid expedit hominis vitæ; vt mihi ſit verbum Dei, panis ad vitam, omnia ad ſuperna lumen, omnia ſancta propenſia; & in omnibus charitas; ad ęternæ charitatis patrios indiuiduosque amplexus.

Docete benigniſsimi me, & ſapientiſsimi Gentium Doctores, Baptiſmalem in iuſsis veſtris ſeruare, & ſeruando repræſentare innocentiam, & puritatem cœleſtium Mentium; vnde allucinatus aperiam oculos, inanis Mundi vanitatem agnoſcam; ne erumnoſus in erumnis oblecter meis.

Congredimini mecum magna cœli Terræque Lumina, in deuio,

deuio, obliquoq; curſu meo, vt veſtris ſtrenuus armatus, vallatusq; caſtris, tartareas acies diſsipem, fortem fugem, armatum conculcẽ. Et dũ ſub triumphantes huius Crucis inſignibus militor præſtate quęſo; ut ſub triumphantibus cruciatibus, Mortem vobis cooptem in Crucẽ ſpiritum meum; & pro immortali vita paſsionem affectem, pro Regni corona ærumnam, temporariam pro gloria.

Sequimini fidelium fautores omnes vias meas, vt ſit vobis omnis indefinita peregrinatio mea præuiſa acceptiſsima; vnde omnis mens labore ducta plane veſtro commutetur in requiem; & omnis tribulatio veſtra in gaudium, pauor in ſpem; & omnis horror, & appetitus feliciter tranſeat in Dei communitatem, & Angelorum.

Eſtote gradibus meis prçcurſites parati duces hominum, Ieſus, Sidusq; Maris Maria, vt vobiſcum arctam ingrediar viã quæ ducit ad vitam; vnam Mundi vitem planiciem, ſub qua delitat Satanę vorago, & interitus eius; Hinc anguſtam præmonſtret portam, per quam introire contendam, vbi patet magnificẽtiſsimus in Atrium Regni introitus, & vbi mirabilis progreſſus attenditur in Cubili Sanctorum, ideo dirigite pedes mẽos vbi veſtra annotantur ſigna, exprimentur ſemitæ, ut hæc vos recta ſecter via, aptate manus meas ad benedictionẽ, vt, & de benedictionibus & metam; meos dirigite iterum pedes vbi veſtra relucent ſigna, vt per vos traſmigrem de ſpinis ad flores, de floribus ad fructus, de certaminibus ad coronas, de bello ad præmium, deq; omnium malorum anguſtijs, ad receptaculum omnium bonorum; vbi eſt apparatus nimiæ cõſolationis, & iucunditatis diuinę, & Angelicæ.

Mutuamini denique mihi in meis tenebris, (o beatæ Virgines, triumphantis conuiuij,) de olenti & virenti oleo veſtro, ut Lampas in tenebris meis accendam; vt hic veſtras dapes cõtempler, cum illa pene beatæ dulcedinis, ſuauitatisq; copia, qua in vobis, impingueo, ſic; ut veſtro exoptatiſsimo amore languens, cor meum itidem colliquefactum deficiat anima mea, exultet cor; & caro mea in Dei viui Filium, & Matris lę

tificetur totaliter; quibus ſit laus, virtus, honor, dominatus, & gloria, in ſę cula ſæculorum. Amen.

*Ad Dominum Ieſum Chriſtum, Meditationes.*

PATER Redemptorq; noſter Ieſu miſerere mei, dum te verum adoro Deum, in Spiritu & veritate; dum in te credo, hæc fides ſaluet me mea; dum in te ſpero, non confundar in æternum; dum tuę Crucis pęnas intimis deploro lachrimis, ſuſpirantibusque curis contemplor; da interim, contriſtatæ animæ meæ refrigerium; da fletibus eius ſalutis vocem, & ſalutare gaudium; da ſuſpirijs dulcedinem; da intimis ſolicitudinibus meis, ſub tua præmeditata Cruce, verām, vbique Pacem. Amen.

Pater Redemptorq; noſter Ieſu: Miſerere mei; Tu qui es Hoſtia pacis, & meæ victoria ſalutis miſerere mei, dum te ſub eminentis Mortis patibulo ab ęterno, (tibiq; Mundi vita;) a patris Numine præparato, piæ, & attente meditor, & meditando collachrimo; mihi famulo tuo, meque filioq; prodigo opportuna ſuccurre Clementia; dum recogitas prouidus; dū paternis conſpicaris oculis; te talem, tantumque Mundi Redemptorem; opusque pium Redemptionis meæ, ita piæ, & amanter conuitare me, ad tui ſacri Conuiuij Menſam, vt plenus charitatis monitis amantiſsimę Diſcipulos cōuocaſti tuos; illo me pœnitus Angelorum Cibo ſatura, ſanctorum Potu refice; quo eos vero Corpore, Sanguineq; tuo, recreaſti in æternæ vitæ meritum; illis vere paternis, veraq;, & cumulata pietate pleniſsimus me crucigerum, me tuæ paſsionis contemplatorem alloquere verbis; quibus in Paſchali Cœna illis præfatus es, antequam patereris: in hac vero pia Altaris Sacrificij memoria paſce me Paſtor Eccleſiæ: hoc ſalutari in Terra ſacramento, vt illud edam non indigne cum principibus populi tui, de illoque viuam in Regno Dei Patris. Amen.

Pater & Redemptor miſerere mei. Tu qui mortuorum, internos officiorum, ac piæ humilitatis, nobis ut præberes exemplum,

plum, officioſiſsimus omnium pręceptor & parens, dignitatatis, decoriſq; exutus, & ad omnem ſeruile munus intentus. Tu Deus, & Dominus, ad diſcipulorum tuorum abluendos te proieciſti pedes. Triſtis præterea tuæ fędiſsime, acerbiſsimęq; Paſsionis memoria, quam Petro, & duobus Zebedei enuntiaſti filijs; ſit æmula mei doloris vbique Socia; ſit peccati Pauor; ſit pœnalitatis Iudex; ſit iniquitatis meæ porro frequens, & nouiſsimorum meorum coram te flebile in dies Monimentum.

Pater & Redemptor noſter miſerere mei; tu qui vis omnes homines in tuo ſalutari ſaluos fieri; ita me in diuinæ Legis defigi cultu; in æternæ voluntatis immitte obſequium; quemadmodum, tu in Cęlo, Terra, & Inferos Agnus Dei filius; ſerpentis debelator, paternæ voluntatis paruiſti Imperio; quando in horti receſſu eidem te noſtræ Mortis mancipium, & obſequio filium ijs humillimæ, & obſequentiſsimæ orationis obtuliſti vocibus: Abba Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat a me calix iſte, verumtamen, non mea, ſed tua fiat Voluntas.

Pater Redemptorq; noſter Ieſu, hac pia tuorum dolorum memoria miſerere mei: quando Mortis tuæ, tam impiæ, tam grauis, tam damnate præſagus, vt ſpeculator omnium malorum acerimus, ex ſudaſti in Agone Sanguinem; dum te vulnerauerat intrinſecus Maternis doloris Gladius; turpiſsime Mortis genus afficeret; tot infidelium cęcatorum opprimeret Clades; tot impiorum ſtomacaret reprobata Turba; paucisſima iuſtorum reficeret Salus; Apoſtolorum infirmaret infirmitas, coniunctiſsimæ tibi gentis hæreret Alienatio; te impugnaret electi populi perfidia, & defectio: eiuſdem in te ſerperet affectata pernicies, atque exitialis exitus; dum te amoueręt acerbe: futurus paſtoris Eccleſiæ tuæ lapſus: futura vulnerauit pręlatorũ Scandala; & totius denique Mundi plurima oneraret Labes: & voluntarius inficeret, & exanimaret interitus; illius in quã Mundi, quem Mortis æternę faucibus ſacratiſſimi Sanguinis precio, & diuinitatis Theſauro Redempturus eras.

Pater

Pater Redemptorq; noſter Ieſu miſerere mei; fragilitatis humane memor; dum tibi occurrit piæ labenti miſeraque vita mea; Angelica conſolatio; grauis diſcipulorum ſomnus; ex ſocijs proditor, ex Apoſtolis Apoſtata Iudas; qui licet tibi totius pacificatori Mundi, pro pace bellum, ſummæ veritatis cultori; per oſculum fraudem Auctori vitę; pro ſalutatione Necem machinaretur;nihilominus inſidiatorem nefarium, & inimicum, amicum appellaſti.

Pater & Redemptor noſter Ieſu, huius virtute Nominis miſerere mei; cuius ſingularis Potentia; tu ſolus mitis, & inermis ſatellitum armataq; cohortem ſtrauiſti; auremq; Malchi, a Simone præciſa ſanaſti, vnico repente contactu, doce me pariter, in uinculis, ſceleratorum inſidijs, amicorumq; fraudibus; tutum æmulari patientiam: quando a furentibus Iudæis tu violento cum impetu comprehenſus;ac funium varijs, quaſi vario ſceleri conuictus Latro, conſtrictus nodis, ab omnibus vbique ſocijs, tu ſancta Dei, & hominis indiuidua ſocietas, fuiſti publice deſtitutus.

Pater redemptorq; noſter miſerere mei: dum tibi propono audacis AnnęTribunal,quo in dedecore deductus es;& de Doctrina Diſcipulisq; tuis fuiſti pro liuore eius interrogatus; vbi miniſter eius facinoroſus,& impius,tibi colaphum inflixit: miſerere mei; dum tibi occurrit ad humi lapſus; exemplum trina Petri abnegatio, ad impiorum quoque tolerantiam; iniquiſſimi Caiphę perfidumquè Iudicem quo te blaſphemum, abſciſſa ſibi a pectore veſte, indignatus, furenſq; proclamauit; quia te Dei Patris Filium in veritate adiuratus, confeſſus es; vnde Mortis reum adiudicauit.

Pater Redemptorq; noſter Ieſu miſerere mei: in multitudine patientiæ miſericordiarumq; tuarum, vnde pupugit aures vox Iudicis temeraria, & inſolens; vnde tuum læſit Numen, ſpreuitq; Nomen; eius execrabile abhominandum facinus; quo peccatorum vulgus in te iterum conſurrexit; omni tunc armatus audacia; quæ & ſatellitumq; turba omni furore inflammata; ore,lingua, manuque ſordida, & omnibus inquînata

nata vitijs; quæ impiæ in Faciem tuam expuit; quæ, & ut cunctis ludibrio habereris, Caput tuum velauit, alijq́ue ſimul te percuſſerunt.

Hic miſerere mei miſericors Pater, dū te; & ut ante multifariā hic te multis ibidem modis deſeri attendo; te trahentem vitam per omnium malorum video deduci; te omni dolore & ægritudine conſumptum, varijs, tota nocte pœnis indeſinenter exagitatum, & obrutum, pie, conſtantiſſimeq; proſequor.

Pater Redemptorq; noſter miſerere mei; tu qui in Iudæorum Concilio ſummo mane conſtitutus es: ut nodoſis erratorum meorum laqueis vinctus, præſidi tradereris Pilato miſerere mei, ad Herodem miſſus ut innocens; ab illo cum illuſione remiſſus ad Pontium; ad probram ignominiamq; Mortem Veſtem albam indutus; indigno rurſus cum clamore, plauſuq; populi Morti Cruceq; deſtinatus. Tot igitur cruciatibus, ægritudinibusq; confectus Ieſu Nazarenæ, ſalutaris flos, de flore; quo coronatur, non ſolum integritas Virginum; ſed omnium fidelium; laboris, dolorisq́ue propenſius ęrumnis in omni tēpore meis largire patientiam; tuis, ſanctorumq; ſemitis congruentem; adeo vt totus tibi Deo dicatus, omnia huius Mundi patibula charitate adoriar; & æmulam pœnitentiam ſuſcipiam; aduerſa, pro te vexillo crucis innixus nihil reformidem, ſine te nihil gaudeam; in nihilo glorier, nihil concupiſcam. Amen.

Miſerere mei Ieſu corona martyrum, dum hodie tuæ renouatæ paſſionis intueor, iterumq́ue ſpecto; & ingemiſco ſpectaculum; dum tuorum itidem verberationum, quæ fuerunt iuſſu Pontij: ad columnam innumeræ piæ intrinſeco dolore lanior. Ideo fiat; vt hodie tua benigna, & propenſa in me voluntas, qua voluiſti mei, peccatisq́ue veteris, horridum ſubire tormentum; me tui ſancti amoris accendat facibus, hodie paterna charitas; qua pro me tot miſerrima, & crudeliſſima ſupplicia ſuſtines; acerbitates vbiq́ue meas dulceat. hodie æterni pietas, qua mea; omniumq́ue ætatum peccata patris, me tecū omnia perferre doceat; adeò, vt tuum vere mem-

brum,

brum, tuis conpungar aculeis; tuos dolores myſtico dolore ſentiam; tua verbera totus paſſibilis excipiam; tua vincula in perenni obſequio, & ſeruitute ſubeam; tuos cruciatus non renuem; ad tuam columnam indiuiduo caſtitatis vinculo col ligar, in fidei firmitate firmer; vt ad hanc tecum ſpolier; tecum plectar, tecum cupide, pro mea, alienaque ſalute patiar, & in tuo, meoq; ſanguine lauer & munder. Amen.

Ieſu ad columnam Eccleſiæ firmitas, æternæ in nos miſerationis effigies, miſerere mei; qui, te impiorum adeo tradidiſti manibus, & iniquiſſimi Iudicis ſubieciſti arbitrio; vt me gehennæ reum, ireque filium, ab impia peccati lege tolleres: Serpentiſque tirannide liberares: hinc opportunæ te alliciat ad mei benignitatem conſpectus; lenitatemq; iudicij, ad plebis tuæ te reuocent miſericordiam peccatorum, vincula quibus duriter alligaris, tot crudelium conatus, & verbera, quibus tota die innocentiſſime pulſaris; & toto dolore tumoreque corporis diſrumperis; tot animaduerſionum inquã, quibus multifariam afficeris.

Doceat me hæc tua immenſa charitas, ſuper hanc Eccleſię Cathedram; penes hanc fidelium columnam; cum Martyribus ouanter pro tuo glorioſo Nomine, & pro fide, certare viriliter; oppugnatoreſque fidei repugnare; pro Chriſtianæ religionis cultu, confeſſioneque publicæ conſtantiſſimè pati; horum ęquitum tuorum armari fide; ſancta ubique ſuſtentare patientiam; horum patibula ſtudioſiſſime proſequi; horum inflamari feruenti ſpiritu charitatis; & ſanctæ ſpei inhærere columna; vt in ijs conſtanter gradientem gradiar; pergamq; ad Mortem, & per te Rubeam iuſtitiæ comerear coronam. Ieſu ad columnam ſummam redimendorũ virtus, & veritas, & redemptorũ tuorũ libertas leuamen, & gaudiũ, Miſerere mei.

Dum propter ſcelera mea hodie te percutiat Deus pater; dum in te tantum poſuerit (iuxta Prophetas) iniquitatum omnium noſtrum. tu porro pro peccato animam cupidiſſime poſuiſti tuam; vt meum videas, fideliumq; ſemen longeuum: tu tot cruentatus, tuberoſusq; plagis, & anxius, de alienaque

magis,

magis, quam de tua ſalute ſolicitus: pœnam noſtris delictis debitam libentiſſimè aſſummis, & in perfecto amore, doloreque perſoluis; vexationemque deligis; noſtræ pacis diſciplinæ conſonam: tu in toto huius paſsionis amari pelago, videris mihi pęnitus anxifer Domine Ieſu Chriſte; vt anxiferas iterum mearum paſſionum curas, harumque amaritudines; æterna tecũ dulcedine, in patria, & beatiſsima requie relaxes.

Hinc, da mihi hodie, pacis humanę Pater, ſolatijque Deus; coram te vere contribulati cordis contritionem, & ab imo exprime pectore, ſinuque aperi, meo lachrymarum fontem; vt me in dies veteris, recentisque criminis pœniteat, & acerbiſſimo luctu lugeam.

Hinc, occurre almæ miſerator, in precibus, in optatis, in votis miſerorum; dum tuæ piæ redemptionis hodiernum mecum præmeditor miſterium; dum illud erga fideles tui perennepignus amoris, & diuine miſerationis agnoſcunt teſtimonium.

Hinc, paſcatur interim Anima mea puriſsimo tuo, indiſſolubilique amore flagrans; ſuper me contemplationis, & fauoris, & beatæ ſaturitatis eſca; dum ſentit te ſibi adeſſe in vinculis.

O imperialis libertas, quæ viges in infimis; quæ fortes debellas, quæ in infirmitate perficeris; te ad eſſe in ærumnis, o miſerorum ſolacium; qui porrigis iacentis dexteram æternæ iubilationis, & fortitudinis; te ad eſſe in tenebris, o conſumẽs ignis; qui ſemper luces; te adeſſe in frangentis huius Mundi, in quaſſata, & ruenti ætate immortalisque charitas, quæ ſemper ardes, Sol iuſtitiæ; Lumen claritatis æternæ Ieſu. Cuius radios, hodie iniquorum tenebræ adeò decolorant; cuius ſpectatæ pulchritudinis ſerenitatisque Vultum, ſic peccatorum deformitates fędarunt: vt innocens tua delicataque caro; tandiu verberaretur, quandiu diris, & ineffabilibus laceratæ virgis, denuo liuori liuor, dolori infirmitas, ęgritudini languor, vulnere vulnus, adderetur. Ieſus ad columnam incorruptæ iuſtitiæ Iudex, & ſingulare ſpecimen, beatæque innocentiæ, ſanctitatique ſimulachrum, dum hodie tuarum contumelia-

rum auditor, & ſocius attentus, infirmitatiſque ſpectator efficior; tu enim captiuus ab infimis, & a viliſſimis ductus es, o Domine, fortis, & potens in prælio : tu obſcuraris, o lumen de lumine, vt me mortis æternæ famulum a captiuitate huius Mundi principis, & a gurgite tenebrarum eruas.

Tu certatim ab omnibus denudaris, o Mundi ſpes & ornatus, qui veſtis in dies floribus Terram: gloria Cęlum, & ſyderibus Firmamentum: tu delegaris pius & innocens ad duriſſimũ impij & impiorumque Columnam, ad vnicum nocentiſsimorum, ſceleratorumque patibulum: tu qui ſoluis varia impietate vinctos, & multiplici peccatorũ catena conſtrictos, ſoluis. Tu plenus itidem gratiæ, & veritatis, nudus coram amata patria Ieſus; coram dilecti populi principibus ſiles: ad omnes percuſsiones, & conuicia quaſi Agnus: Tu mitis & humilis Ieſu, qui cogitas cogitationes pacis, a ſceleratis ſterneriſque miniſtris, adeo crudeliter dilaniaris, & rabide cuderis, ab anhęlantibus omne in te uirus, omneque ſcelus rabide diſciparis; molientibus omne tibi malum: adeo indigne vexaris, diuturniſque flagris conſcinderis ab inſaciabilis te circunſtantium luporum famelico grege quaſi deuoraris, & tu qui cuncta creaſti; qui voce, qui ſenſu, qui ſpiritu carent, tacita pietate deploraris.

Miſerere mei Filij Virginis, os caroque mea; qui humilitatem fragilitatemq; noſtram apprehendere non recuſaſti; ut locum in cordibus tibi parares noſtris; vbi ſalutari in dies ſpiritu naſcereris; placidiſſimeque ſemper diuerſareris; captet hinc mea fides, meuſque gemitus, tuam vere germanam; vereque paternam Miſericordiam; dum te vnicum confiteor Dominum noſtrum, Vnigenitumque atteſtor, & prædico Deum; ſummæ innocentiæ te aſpicio decorem; qui tamen hodie ſeruilibus ſceleratorum manibus ſubmitteris.

Aſcendant nunc ad tuum Tribunal interne orationis voces, fletuſque clamores; dum te Gloriæ adoro Regem; ſegregatumq; a peccatoribus annoto; qui licet coæternus, conſubſtantialiſque Patri; diuina ſis virtute genitus; noſtræ miſeriæ

riæ mortalitatiſq; compos amantiſſime fieri voluiſti; vt infirmitatum noſtrorum hæres; æternæ tecum Salutis, & Gloriæ, nos in cœlo cohæredes inſtitueres.

Placeat nunc inuolari tui Numinis iram; Maieſtatemque tuam, ſummiſſa, & Intermortua pectoris mei ſuſpiria; dum te omnia completẽtem, Terræ gratiam, gloriamque Cœli con ſidero; cuius tamen ſuper terram infantia, in cunis nuditate, Vagijt; vt Homo ſimul, & Deus. Aeue luctum in Cœli gaudium verteres; cuius pueritia miſtici in pannis inuoluta eſt; vt humana Natura pueri; humanis vinculis vinctus; Diuina Deus nos a iugo peccati ſolueres.

Agnoſcat hinc tunica mea, quam condidiſti, & redemiſti, te ſuum vere Emanuelem; omniumq; prouidum annũtiet gubernatorem; cuius in terra fluens memorabilisq; iuuentus nobis doctrina ſapuit; & exemplo præluxit; tot pijs macerata ieiunijs; tot ſalutaribus diuexata vigilijs; tot diuturnis defeſſa itineribus; tot virtuoſis perfuncta laboribus, & ſummorum denique dolorum tam longo cruciatu confecta; tam pali da, & languens, & tot innumeris ad columnam liuida, miſerandaque plagis, vt æmula paſſionis tuæ contemplationemque pœnarum, piæ, & iuſtæ, coram te viuat, in hoc ſæculo, & in futuro percipiat, a te iuſto Iudice, remuneratoreque noſtro iuſtitiæ vitæque coronam.

Fidelium Pater, obſequentiſſimusque Dei Virginisque Filius: Ieſu ad Columnam miſerere mei; qui æterno dicaris ho die Patri, vt amplectetur cœleſtis omnium Pater, te fidiſſimum Eccleſiæ Paſtorem; quo nihil habemus tanti porro Fratris virtute nobilius; tanti Dominatoris, æternæ gloriæ clarius, tanti Redemptoris venali ſanguine preciosius.

Miſerere mei hominis perditi, & miſeri: Ieſu ad Columnam reparator, propugnator, & cultor, qui miſerator vt nos homines tot ſceleribus expedires implicitos; horum pœnas tã graues, & multiplices æquanimiter dediſti, quorum menſu ram ſuperauit gratiarum tuarum modus.

Miſerere mei a Natiuitate cęci, in omni ætati paruuli, &

inſipientis; tu miſericordiarum miraculorumque Deus,& fac lutum ex ſputo oris Sancti Spiritus, & ſapidi ſali Sapientiæ, & aline affectus, & oculos meos; vt qui a natiuitate cęcum gratuito illuminaſti munere; me quoque meo originalique peccato luminibus captum; in Dei gloriam, ſplendore veritatis illuſtra; vnde cor meum duritie peccatorum ſaxeum, iuſtiſſimo, & pijſſimo Sanguine tuo; leniatur, quoad, cum tuis vulneribus in Victorię ſignum vulnerer, cum tuis flagellis: Virga non iniquitatis ferrea, ſed æquitatis ſalutari percutiar; leniatur eatenus, quatenus tua videre, & æmulari vulnera ſen tiam, & ſenſim, in omni ſenſu, deguſtans, & deferens, introſpicere valeam: ita vt horum toties concupita ſtigmata, & hu ius affectata amoris, dolorisque flammam; ſæpe me conſumant, hac ſępius alant; adeo, vt hęc mei vtcunque fuerit ſpiritus, & corporis afflictio, te laborantium ſpirituum onuſtorumque requiem; te vnicum vniuerſorum perfugium habeat.

Ieſu ad Columnam beate pacis ſeminator & cultor miſerere mei, dū hodie tua teque amari ac ſuaui meditatione mens obruitur mea, & e concupito tuo meus exorbetur Spiritus, cum te morti pro mea immortalitate obtuleris, & hoſtia ſpon tanea pro Mundi lumine, & vita, te prębueris ad ſacrificium, ut iure cum Propheta conclamare poſſimus: *Vere languores no ſtros ipſe tuliſti Ieſu ſolusq́ dolores portaſti*.

Tot igitur animi affectionibus, corporisque patibulis, perennis in nos miſericordiæ fontibus, vnde ingentes, & vberes in humanum caput redundare dolores, fracto ipſe animo, terræ puluis, quoquo modo poſſum in horas te ſingulas deprecari non deſiſtam; & quę te de cœlo deſcendere ad omne dedecus hominumque miſerias immenſa, quæ te ad captiuitatem, & ad columnam generis humani traxit miſericordia, eā noxis quoque feram meorum & meis: tu omnium Redemptor, & frater impertias. Amen.

Aue Ieſu omnium Saluator, omnium miſericors, & miſerandus hodie Rex Iſrael miſerere mei, vis æternę pacis princeps, hodie mea, alienaque culpa hominum infimus, hodie filiorum

liorum hominum tu Dei Filius acerbitatibus inuolutus; hodie facinorum meorum corona punctus, hodie ſolo corpore, ſpirituque patibilis, hodie in humana miſeria neglectus, Regali decoraque ſpecie, & vſitata Maieſtate nudatus. Doceat nunc me hęc tua ſalutaris in ſpinis prouidaque Corona: te pię ſanctèque colere Regem meum; & in multis perpeſsionibus tecum cupide coniugi, tecumque conſtantiſſime coronari; hac vna te vnum æmuler Agnum in gratiam; Doctorem audiam in lege: Pręcurſorem ſecter in via, Redemptorem habeam in terra, Aduocatum inueniam in cęlo, Dominum ſperem in Regno; Dominum glorificem in gloria, hac vna hęream tibi capiti meo in terreſtrium ſocietatem laborum, omniumque coniunctione dolorum; hac diſcam tuas duras colere ſemitas per terræ ſpinas, ut, tu peccatorum omnium hodiernas de ligis ſpinas, & harum diademate in humanæ ſalutis, glorięque vexillum pateris coronari.

Aue Ieſu Dei virtus, fortitudo noſtra ſingularis miſerere mei; quoties ego peccator tuarum plagarum effector, & ſpeculator amarus, cum pudore ſceleris, tremore culpę, pallore penæ: ad Thronũ tuæ benignisſimę Maieſtatis accedo, hinc propitiare interim Domine pijs affectibus itineribusque meis, ut iuxta ſolium tuum: non iudici; ſed gratiæ Tribunal gratis inueniã, quod concupiſcit Anima mea: in viſione itidem tua, ut æternæ veritatis intuitu aperte contempler Mundi Lumen mi ſterium Redemptionis meæ: cum a vertice vſque ad plantas nulla ſit in te ſanitas, & terram quam occupas fluenti cruore repleas. Dum tu in præuaricationibus meis caſtigaris, hodie obediens Deo; multis vinculis, verberibus conſtringeris, & innocens, damnaris, omnium Iudex: pateris ſanctus, offenderis pius, diſcruciaris pœnalitatis humanæ gaudium, & mala noſtra quęque, tu ſumme bonus, ſumme iuſtus, ſumme mitis propitius ſuſtines, Deus & homo Chriſtus.

Aue Ieſu, amantiſsimus omnium in te credentium Pater, perfectorque confitentium nomen tuum; hodie vindica vnicam meam a manu Mortis in dies: tu qui hodie perfidorum

manibus

manibus ſubijceris: qui tamen a terræ cardinibus, Cęliquę Cœlorum capi non potes: hodie miſerere mei. Tu qui huius ſęculi probris, omnibusque maledictis vexaris; qui tamen in Regno Cœlorum es beatorum Gloria: hodie reſpice vexationes meas, tu qui ab impijs præſidis militibus percuteris; vt tribulatos tecum in terris exhilires in Domo patris gaudio magno: hodie tolle peccati dedecus, & culpā ignominiæ meę. Tu qui ornatu purpureo, per ſummam iniuriam ab irriſoribus, notatiſſimamque infamiam in ſterneris; qui tamen operis Almæ Pater peccata noſtra Pallio charitatis vere rubēti, vere purpurea; Pallio vtique prouidentiæ, & miſerationis in nos æternæ; noſtris delictis opportunæ miſereris; contunde Domine aculeos meos; tu qui ſpinoſum non hores diadema criminibus meis contextum; pulſa quotidie vitę Ianitor ad intima cordis mei, iterato pulſu paternæ potentiæ, & vocationis, & eruditionis ſapientię fragilitatis humanæ memor. Tu qui pultaris Arundine; eſto mihi Diadema Regni tui: Tu qui pio Sceptro calumnium coronaris; qui Cęli, Abiſſique claues obtines; doce me, calumniatores ſuper terram permittere meos, quemadmodum tuos permittis abijre miſeros, quo contra flectitur in honorem triplex totius Mundi genu; triplexque acclinat Monarchiam; iacent hodie macerati pęnitus: vbique neglecti, & in compti: caro mea, quæ hodie miſtice expoſuiſti inimicorum arbitrio cruciandam: eorumque ſputis non renuiſti faciem deturpari tuam: quæ facies eſt Lucis æternæ Lumen.

Aue Ieſu iuſtorum claritas, & miſerere mei: vt te quoquę per ludibrium ſic ſalutantes audis Iudæos: Aue Rex Iudæorum: qui tamen es Mundi Dominus: Regum Dominator, & Dei viui Verbum in ſæcula.

Aue Ieſu gratię, veritatisque ſpeculum, peccatoribus deceptis patulum; pateat nunc tua ſaluberrima claritas intimis oculis meis; vt in te Firmamenti decor; omnisque pulchritudinis, non decentia turpitudinū ſpeculer Mundi, mediterque, & dum illis occurris ita affectus; ita afflictus; ſputis hodie gra

ue olentibus illuſus es; qui es virtus, & æternæ ſuauitatis odor; crebris verberationibus tuberoſus appares; qui ſub noſtra caſtiganda carne pateris Chriſtus ſanguinis viuus aſperſus; qui proprio ſanguine Mundum lauaſti ſolus, captiuumque redemiſti, Veſte purpurea videris contemptus, qui nos coccina diuinæ charitatis veſtæ, & in unum colligis ouile, caputque tuum Spineo diademate coronatum illuderis; qui nos poſt ſpinas huius vitæ, in regno glorificas, Arundine pro Sceptro inſignitus; qui ſedes ſuper Thronos cum Sceptro plenitudinis & maieſtatis.

Derideris Rex Iudęorum ſalutatus;qui adoraris in Terra victium Rex Cęli terręq; ſalutaris, & Dominus Deus Sabaoth cantitaris in æternum.

Aue Ieſu miſerere mei, qui tot meis contumelijs doloribusque compleris; vt crudeles inimicorum animos exhilarare ad miſericordiam poſſis; omni tempore, locoque ſpecta tribulationem meam; o Domine, quemadmodum tu in maiori tribulatione animæ tuæ in ſolennitate Paſchali,in frequentiſſimo orbis terræ Theatro; miſerum, ac luctuoſum canibus illis extitiſti ſpectaculum.

Auerte nunc faciem ab innumeris peccatis meis; licet ſim tui cauſa doloris; tuæ crucis cruciatus; tui miniſter languoris; tuarum culpa pœnarum; tuę crucis inuentor; tuæ mortis reatus; tuæ necis machinator; tuæ paſsionis perfector.

Aue Ieſu diuinæ in nos miſericordiæ Pater & Filius:qui in multiplici miſterio paſsionis torcular calcaſti ſolus: vbi enim pectus humanum adeo abhumanitate remotum inuenitur,vt tuarum miſerationum pia, triſtis, recolendaque memoria, de tuis doloribus: dolor non effodiat, quid mali, aut ſceleris frangi, aut excitari poteſt, quid in tuam non fuerint Iudęi machinati perniciem: quid crudelitatis hoſtes, in hoſtibus, victores, in victis, viuis,in mortuis non exercere, quid tibi non voluerint, non optauerint, non cogitarint,non effecerint mali, quo cœleſtis Princeps imperij; quo æterni Patris Splēdor, beatorumque Gloria; quo tuam deſcendit tenebrarum ha-

rum

rum pietas,& miſerorumque miſeratio; quo tua ſingularis hu militas? vt ex altiſsimo Paternæ Gloriæ deſcenderes domicilio; ex ſtellanti Cęlorũ Solio, in humilimæ Virginis deprimeres vterum, vt te ab imo pedum,vſque ad ſummum verticem, totum in aquas paſsionum, & calumniarum demergeres, vt me totum in illis merſum emergerem, nonne ſputis ita fedatus es; vt nos itidem impiorum conſputos iniurijs,Cęleſti Ro re perfunderes? nonne percuſſus calamo fragili, vt hanc fragi lem caducamque vitam percuſſam, breuis huius calamitatis arundinæ, cum Beatis perpetua coniungeres, nonne coronatus es ſpinis, vt ſpinas peccatorum aſſumeres, vt gloria, & honore iuſtos, poſt ęmulæ crucis patibula tecũ corones in Cęlis.

Aue Ieſu miſerere mei, dum te in hoc Mortis crudeliſſimæ apparatu vario,multifariam,fortem, conſtantemque contemplor, dum in hac ſpiritus, & carnis ex caro moleſtia, vt te pęnitus inermem, diſociatumque militem ſub eiuſdem Vexillo Crucis ad Mortem conſociem; promereant te interim,ad mei plurimam miſericordiam, piamque memoriam; Hebręorum hic in excelſum ſubleuatas manus, fulminanteſq; voces; vnde te pęnitus a Terra tollendum; crucifigendumque clamarunt, vnde indignationem Cæſaris Pontio minitati ſunt, niſi te tur piſſimæ Morti condemnaret: commereat & innanis manuum Præſidis ablutio: vnde tua inſpectanti, reluctanti, pertinaciq; populo, patefecit innocentia: Hic tepiæ iterum, afficiat impius Phariſæorum affectus: horum multiplici furor,& amentia, vnde ſeueriſsimam tibi mortem diuinamque ſibi, ac poſteris iram, in æternum maledictis, obſtinatiſſimisque acclamationibus, imprecati fuere, *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*.

Aue Ieſu incorruptæ iuſtitiæ Moderator,& Arbiter, & miſerere mei, vt ſic horrido tui futuri Tribunalis adſim, & iaceat percuſſus animus in hac uita meus, vt ad extremum Pilatus, pauore Cæſaris,maledictoque latratu concuſſus homo, corruptusque Iudex; Barrabæ ſediciofus, & homicida ſceleratiſſimus prædonum, peperiſti, tibique Crucis ſupplicium;

pacis

pacis, vitæque procreatorem, inter duos latrones adiudicauit.

Hac pia commemoratione miſterij; te quęſo Domine; ut hæc piæ petitioni tribuas, concedasque meæ; vt quemadmodum coram Præſide ſtetiſti hodie; inclinato Capite; leni, manſuetoque Vultu; rara ſummiſſaque Voce; ad omnia conuitia paratus, ad omnia verbera promptus; ita, præfatę humilitatis memor ego, in omnibus deprimam; cum tui ſalutaris mei conſpectu calumniatores libenter audiam; hoſteſque conſpiciam; pauca de Magnalibus, Arcaniſque tuis loquar: quæ non ſunt cum Chriſto Dei, Sileam, Mundum, & Carnem, in multa patientia ſuſtineam; adeo, ut totus Mundus, & Caro, ſit mihi vanitas vanitatum, & omnia in illo vanitas, & afflictio ſpiritus; ita vt Mundum, & Carnem, & Dęmonemq; in perfecta humilitate vincam, ad omnia opprobria paratus; ad omnia verbera conſtans. Amen.

Aue Ieſu deceptorum veritas, recta deuiorũ via; tu qui Saluandorum hodie Præcurſor graderis ad Caluariæ Montem, vltroq; ſuſtines, (gloriæ ſanctorumq; caput) deſpectiſſime peccatorum Crucis graue lignum, iniuſtiſſimamq; de te ſententiam; præcipites haſce meas, & planas præcurre, monſtraque vias, vt a perfidorum planitiæ ſub hoc omnium ſalutis ſigno declinem.

Statue ſupra petram greſſusq; tuos, pedes meos, vt egredientur laqueum venantium, & viuam; vitent Hebræorum legem, præceptorum tuorum in Crucis huius potiſſimo mihi præſcribe amore; quo nihil aliud in terris amem; niſi hoc vnicum vitæ, ſuaueq; iugum; cui ſubiceris Deus, & homo in charitate perfecta; apta lacertis meis hoc fidei firmitatiſque Vexillum, quod tecum in iuſtitia pœnitens, in fide militans, in gloriaque triumphans, deferam cum Eccleſia, ut huius triplicis certaminis ſocius, comesq; triumphi; victus, vincam; ſoluar, & vinctus; Martirijque coroner; obtineam ſub huius cœleſti vmbra gloriam inglorius, quietem laſsus, miſericordiamque peccator commeream; hac virga iuſtificer gratiæ; hac virga virtutis conculcem Mundum; virga ferea, inferoſq;

debellem; & huius odoratis floribus, & fructibus, euolem ad cœlos; adeo, vt Vita, Morsq; mea in te vita cumuletur ęterna.

Exprime mihi Ieſu mi in veſtigijs rubicundi tui diſperſiq; ſanguinis mutuæ pœnalitatis miſterium, vt vere iuſtus cum Iſaac faſcem hunc mihi baiulem ad ſacrificium; hoc ferculo Iacob, hodiernum tranſeam Iordanem flumen; hac Moſis Archa conſeruem Manna Angelorum; ſub hac Eliæ florida planta requieſcam, & recreer ſubcinericio pane tuo in terræ deſerto. Sub hac Arbore vitæ, tecum ſtudioſe & moriar, ut tecum reuiuiſcam in terra viuentium; ita, ut hac hodie nobilitata Palma ad Mortem ambulans, me ad victoriam præcedas huius maledicto ſufixus; hac oliua pacem annunties; hoc pollicearis Cedro incorruptibilis vitæ gaudium; & ſuper hanc duriſſimam Virgam langueſcens; mihi denique totus candidus, rubicundus, & ex millibus electus appareas, & totus odoratus reſipias vbique flos de flore, & florum virtus, & ſuauitas Ieſu.

Ne auertas aurem interim tuam, o Domine a voce mea, inter tot, poſt clamantes Turbas, eiulanteſque fœminas; dum tuā piæ lamentor, cum filijs Ieruſalem paſſionem, & cum fideli Plebe recogito, introſpicioque innocentiam; in hoc pœnitus funebri tuo, ærumnoſoque itinere ne me deſeras plangentem; dum te Orphanorum aſocio Patrem, cum flebilibus Marijs, ad nefariæ acerbiſſimæq; Mortis tormentum; dū te mi feriarum mearum ſpeculum ſpeculor, lachrimantibus oculis.

Aue moribundus hodie in carne mea Ieſu, vnice, vere, mortalitatis præſidium; ab omnibus hominibus deſtitutus; omnium tamen deſtitutorum ſpes; a Terra perditus, perditorumque in omni terra ſalus; tu militantis huius vitæ in via victor; in Crucis Mortis victoria Mortis, in Mortis turpitudine vita, miſerorumque Gloria.

Tu fidelium itidem exercituum in militanti, triumphātiq; Regno triumphas; tu quem Iudas prodidit, Petrus negauit; damnauit Pontius, ſpreuerunt Amici, Noti diſſimularunt, Diſcipuli deſeruerunt extrudit Patria.

Suſcipe

Suſcipe me tecum pariter, a fallaci Mundo proditum, a Mundo condemnatum, a Mundo deſertum; ne a te vero Iudice maledicar, confidens in homine, tu qui Regalis tuis ornata meritis, & illuſtrata virtutibus, extruxit Patria, denudaris amictu, in contemptionem Regni Mundi & abhominationem diuitiarum eius.

Spoglia me tecum hac, quæ operit, alitque vermes, fouetq; ſerpentes veſte; tu qui veſtitu indueris proprio, impiam electionem humilium, vocatione pauperum; beatæque paupertatis amantem, leua, ne ijs perditis Mammonæ, Satanæq; ſarcinis perdar abſolue a peccatorum retibus; ne irretiat Satan laqueis igneis hic animam meam.

Tu qui peccatorum horridæ inuictæq; machinæ virium pondero tuarum impari ſuccumbis; innumeris Ade verberibus laceraris, obſtricta ceruicę laqueo traheris ad Mortem; onera, quibus in via premor alleua ſuauiter; errata quæ admiſi emenda tu malorum venia; trahe me mandatorum tuorum aurea benedictaq; Fune, ad prouidæ tuę benignisſimęque Voluntatis Arbitrium.

Tu quem præcedit hodie Centurio, & ſequuntur duo latrones pari pœna mulctandi; ratione turpitudinis, ignominiæq; maioris infirmitatibus quibus merito vulneror denuo præcurre virtus infirmorum bona, quæ mea culpa perdidi, pretio Sanguinis tui inſtaura. Templum quod multis maculis pollui; quod terreſtri labe deſtruxi; immaculata Paſsione ſanctifica; & perforandis iam cum manibus conſtrue.

Aue ſpes, ſalusque Mundi, & miſerere mei; dum terribilia quæq; amariſsimi Calicis tui, æmula ſpiritus amaritudine memoror, & indago miſteria, toties pius quem vocaſti, reſpice, quoties piæ mentis ob oculos mihi verſatur, tot reſperſa lachrimis, ac miſerãda de tua tam prę miſerabili Mortis Imago.

Parili dein Materni doloris, anima mea per te, tecum ſauciata, & profligata gladio; pari cum acerbitate videat, & contempletur te Dei Virginisq; filium, inſontem, pro ſontibus punitum, in meæ mortalitatis pauore exanguem, in meo liuo

re liuidum; meis, omniumque peccatorum cruciatibus, toto ſpiritu, & corpore cumulatum; ſub veteris Arboris mortali fructu ſeductũ; ſub meæ redemptionis ſtipite exanimem; ſub terrenorum pŏdere ad inferiora Mortis penetrare crucigerũ.

Hinc volontario pariter Crucis orore Virginem comitetur Matrem; quæ tuæ peregrinationis ad Mortem ſit, & in Materna pietate, & charitate comes; in tuorum amaritudinum obrui tur Mari magno; mutua grauedine labilis; multis colapſa doloribus, in tuo pijſsimo vultu defixa, ſine voce, & propemodum intermortua iacuit.

Sic pedetentim cum ea ad te propius accedẽs, paulatimq; reſumptis vitæ ſpiritibus, ſic illam tibi his cordis vocibus audiam, & lugeam miſerabiliter loquentem.

Te contemplor o mi amantiſsime Pater, dilectiſsimęq; Fili, diuinitate immortalem; Carne vero mea mortali veſtitum; iam, iam, vt hominem moriturum; quæ nunc me conſolatio ſuſtentat? vnde languentis, merentisque Matris requies? quo filiæ perfugium? vnde curarum moleſtiarumque mearum leuamen? niſi a veraciſsimo tuarum pollicetur, ſcripturarum Oraculo.

Tu rerum glorioſo geſtarum exemplo; integritateque vitæ vixiſti Lux Mundi, Patris Honor, Sanctusque Sanctorum, & te nihilominus in ligno Crucis aſpiciã veluti Deo rebellem. Interiectum inter duos contaminatiſsimos, notatiſsimosque peccatores, tui porro nominis gloria tot luminibus illuſtrata, & exagerata gratijs; tot condecorata præconijs; & corroborata miraculis reſonat in cęlo; ſit ſingularis in terra; & collucet in tenebris inferorum: hoc te tam maximi dedecoris notam mitiſsimæ ſubeuntem, trahunt armatę turbæ, velut omnium machinatorem, ad dire Mortis ſupplicium; te benedictionem, dulcedinemq; beatorum; ad maledicentium, damnatorumq; patibulum.

Tu Rex exercituum, ante cuius faciem corruunt inimicorum exercitus; cecidit de Cęlo Draco, & perijt in terris Cæſaris iniqua Poteſtas.

Tu cuius pulchritudinem, Sol, & Luna mirantur, cuius eroica dignitas, & Regis Maieſtas; omnium in te tantum oculos, & ora coniecit; vt tua nunc pallida Mortis, decolorata liuore, & deformata, non agnoſcitur Effigies?

Heu me miſeram in tali ſpectaculo doloreque Matrem, in tali iactura, in tali perdita, derelicta Filia; quum, te cum tanto probro ętatis flore intueor moriturum, quemadmodum e contra, te vidi in cunis Puerum in tanta gloria; te peccatorum more maledictus, vexatumque Aſpicio, vt ante celebratũ ab Angelis; illuſum ab infimis, vt adoratum a Regibus, in terra depreſſum, vt ſemper elatum, & glorificatum in cœlis. Talibus te compellare poterat internis querimoniæ vocibus, omni merorę afflicta, & proſtrata Mater, maternis amoris, & doloris vulnerata Telis.

Aue Ieſu ſub ponderoſa Cruce in omni greſſu languens, in grauibus lentiſque gradibus procumberis, miſerere mei; dum denuo tuis angor anguſtijs; dum ſingulas tuas attente meditor, & experior infirmitates; miſerere mei, vt miſertus itidem es Pater miſericordiæ Filiarum Hieruſalem plorantium, & gementium, & futura mala mihi, vt eiſdem, & filiorum ſuorum poſteris vltimum prædixiſti interitum.

Occurre in calamitoſiſſimis diebus, itineribuſque meis, qualis hac pia obuoluta fuiſti fune violenter erectus: quando multorum calcibus ictus obrutus, canibus, & inimicorum omniũ diuexatus facinoribus, plurimis iactatus contumelijs, & innumeris ſceptus conculcatuſque Turbis, exterminabaris.

Occurre mihi ſic affectus, & decliuis, ita in perſequentes lenis, & placidus; in maleuoloſque benignus, vt te talẽ Iſraelitarum populo præſtitiſti; quando ad occiſionem obmutiſti, in lanios vnquam aperuiſti os tuum.

Aue veterum figura ſcripturarum & miſerere mei; dum tu Moſes alter, e patrijs eductus ſedibus; educis itidem nos erraticos filios Iſrael ex antiqua tyrannide Pharaonis, Demonis, ſcilicet & peccati; tu prouidus ſalutis humanę Cõſul, dum pergis conſtructurus fidelibus Sacramentorum Arcam, in Al

mæ

mæ Crucis Ara, vt hoc ſigno probati, Sacramentorum ingredientes ſalutis Arcam catholicæ ſanctæ Eccleſiæ, ibidem incolemus, & adoremus te Hoſtiam ſummæ penæ excellentem ſuper hoc myſticum Altare Dei.

Tu cœleſtium amator, contemplatorque Iacob. trahæ me ad diuinorum amorem; dum contemplaris perfectæ humilitatis tuæ obedientiæque Scalam, innixa vſque ad Cardines Cęli; vt in vtraque virtute, atque aſcenſu, aſcendamus in Regnum Cœlorum.

Tu ſummus Sacerdos Aaron, dum verum ſacrificium inſtituis in honorem Dei: adeo vt in cruenti capitis, corporisq; Sacrificio, nos mortuos viuificas.

Tu plenus gratia, & fortitudine Dauid, dum pro fratribus tuis Goliam iniquitatis necas; dum, tibi datur (in morte Crucis) æque in Cœlo, ac in Terra Poteſtas, & Regnum, ſuper omnes filios Adam, & ſuper omnes Infernorum furias miſerere mei.

Tu verus pacificusque Salomon mane mecum in Matutinis, & veſpertinis horis, nouũ & admirabile Deo Templum dum ædificas, vt in puriſſimo in rerum pectoræ, veluti pio tuæ paſſionis monimento, Spiritus Sancti Sacrario diuerſeris, in quo merito cubat ſanctiſſima Trinitas.

Tu ſapiens Daniel prouide uiæ tuæ mortisque miſterio, interpretans ſcripturarum ſomnia; vt pręfiguratus figuris, vnica ſcripturarum veritas, omnibus legentibus ſpiritalibusque ſcriptoribus iam, iam, moribundus pręluceas.

Tu querulus Hieremias, noſtras hinc defles, & defledo portos miſerias; & vt ſummus Prophetarum Propheta, excipe Carro de Carne noſtra; vt vulnera noſtra ſanes.

Tu denique pacis, glorięque Mundi, Euãgeliſta ſupremus, dum Euangelizas hodie nobis in tuis acerbiſſimis plagis, ineffabilibusque languoribus ęternæ ſalutis gaudiũ: da ſub triumphali Vexilloque Crucis, ſalutare gaudium animę meæ.

Aue longanimis, benigniſſimeq; Ieſu, huius vitę tot perturbationibus agitatus, meũ vetus, & terrenum, leua pondus; de-

duc

duc me in tuo cœleſti,ſuauiſſimoque pondere, meam ęgritudinem tolle in prȩfata ęgritudine tua, Mundi Saluator, qui hodie me ad amaram grauiſſimi tui doloris memoriam, his Hieremię vocibus aduocaſti, *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis mea abſinthij, & fellis.* Cuius parili ſpiritu fidelique verbo promptus, & ipſe reſpondebo; *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea; miſericordia Domini quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius:* quarum gratia,iucunda ſit mihi Crux,& Crucis recordatio,& ſuauis odor quotidiani Sacrificij tui, quorum ſuauitatibus animus ſępe meus vt vitali ſapore cupiat.

Cuius virtute condimenti mellitas, ſed venenatas Sathanæ dapes,os quotidie meum ſtomachetur; cuius contemplatione, Iugum mandatorum tuorum ſuaue mihi fiat Euangelicæ Doctrinæ ſectatori; & Crucis onus, vt miſerorum comiti, ſit humeris meis leuæ; ita, vt cum luctuoſis adlachrimans, cum pupillis puſillus, cum viduis derelictus, cum deſpectis a Mundo, omni tecum ſpe maledicta orbatus; ijs vere ſapientibus Apoſtoli vocibus glorier; *Compatimur vt conglorificemur in cælis, non ſunt porro condigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis:* Cui omnis Laus, & Benedictio, Honor, & Virtus, in ſęcula ſæculorum. Amen.

Salue Mundi Salus, Mortis Vita; ſumme Sacerdos Ieſu; qui ſponte immolandus Deus, & Homo, Caluariæ Montem aſcendis; ibi te, dum pium, & perfectum offers pro mea,communique ſalute Sacrificium, placa in me Patris iram: Hoſtia Dei, & hominis ſancta, & immaculata: quæ publice ad peccatorum omnium ſpoliaris ignominiam: quę obijceris cupidis inimicorum oculis: quæ laniaris inuidiſsimis maledicorum linguis.

Hinc tu, incomparabili cum dolore, dum exueris,& veſtes tibi tuas certatim hoſtes arripiunt: delicatam, Virgineamque carnem, ipſis affixam dilacerant, dum in te vireſcunt illata vulnera.

Vulnera cor meum, valido amore Crucis, exin, dum corpus

pus ſpeculor tuum, Sancto Spiritu Sanctum, & nunc inſolentorum flagitijs moriturum: illud tam electum diuinitusque formatum, & totum hodie turpiſsimæ Mortis cruore opertũ; dum video tuis adderere tormentis, dolentem, dilectamque Matrem; dum te ſui Capitis velo iungit, & velat; dum tota de tuo pęnitus pio pendet flebilis aſpectu; dum eiuſdem piæ, tremulęque Matris tecum moribundæ exciperis manibus; dum Matri dulciſsime vltimum tibi amare datur, dare pacis oſculum, vt vltimum in Mortis horribilibus, vitæque nouiſsimis ſignificare vale; dum cordis illa gemitibus millibus, & ſingultibus vere Maternis te lamentatur, te ſociat, & perſequitur ad mortem; in tali Materna miſeratione, pia diſſolutioneque veſtra miſerere mei.

Salue noſtræ ſanctificationis, & reconciliationis Arca, Mundi fabricator Saluator Domine; qui ſuper horrendum, fataleque lignum in terra poſitum, in terra furenter proſtratus; dum dire proijceris; dum ad illius extrema dura funæ ita uiolenter extenderis; vt artuum compagines diuelluntur omnes, & dinumerantur omnia oſſa tua; in ijs pœnis, & anxitudinibus miris miſerere mei: dein tu, dum perfoſsis itidem manibus, & pedibus iniquiſsime Cruci ſuffigeris, affige intimis meis candentem amoris clauum; & indiuiduam mihi tuam charitatem communica, ut ijs prouide expanſis in patria benignitate manibus; perforatisque in meis aculeis pedibus: complectere me filium prodigum; & ſuſtineas me famulum peccantem; vt inter pia, ſaluberrimaq; brachia tua; tutiſsime viuã, libentiſsimæq; moriar; ita vt ibi; & ſuper hunc pietatis almæ æterne Dei, & Iuſtitiæ diuinæ Montem, vere pſalam; & decantem. Exaltatus es a terra Domine, ut omnia ad te trahas, & nos potiſsima peccatores ſuſcipias ſalute, in Cruce, miſerorum miſerator. In Cruce perfecta protege me, de plebe tua, & interea miſerere mei, dum tu, cum labore nimio, acerrimoque dolore in Cruce eleuaris a Terra; in Cruce perſiſtis; dum in pręuaricationis Ligno ſancti obſequij filius languens, moribundusque pendens; dum tibi nunc deeſt, vbi ſpinoſum

reclines

reclines caput, quo incidāt oculi; vnde & leuiat acerbitas; vnde refrigeretur Os tuum; dum ferei itidem claui tui delicati Corporis ſuſtinent pondus; dum totus in quam, a pedis planta, vſque ad verticem patibilis, anxifer, & infirmus, miſerabiliterq́ue nudatus, veſtiris amore erga nos vere Paterno.

Hæc tua longa probataq́ue in vita, ac in Morte inuſitata porro patientia, & obedientia; ſit mihi ſemper ob oculos in exemplar, in huius vero in nos Paternę pietatis, & longanimitatis Almæ Pater me immerge Abiſſo, quo leni, & amanti affectu omnes amem, quæque patiar, omnium miſerear, quo mi ſertus pœnitus es omnium, te crudeliſsimę torquentium; in te diutiſsimæ peccantium; illa immenſæ charitatis flamma accende cor, & animam meam germano, & materno ardore, quo in maiori frigore, nuditateque tremens, & algens, in maioribus conſtituta Anguſtijs, arſit Anima tua amore filiorum hominum, concupiuit, & cor tuum, bona noſtra, perditorumq́ue ſalutem.

In hoc vere ſalutis, & impolluto diuini amoris Gymnaſio, æternæq́; ſalutis Studio, erudi, exerce, corrige me Salutis Auctor, ut tuū mihi benignus impertias in terra laborem, & dolorē; quo tecum in Cruce ſtudioſę ſublatus: placidam Crucem in tota ſua amaritudine ſentiam: tranſgreſsio mea, me ad hoc almæ obedientię deducat lignum; vt in illo æque pendulus; ac placidiſsimus, & cupidus moriar. Compungat hæc ſpinis merito me tuis in dies; ſic, vt fereos erratorum meorum deſeramque clauos; & ij horum meritas agnoſcant culpas; horum meritiſsimas ſubeant ſufferantq́ue pœnas: ij, totum me a capite, vſque ad calcem tecum lacerent, plurimum crucient, plurimis me tuis miſceant ægritudinibus, & implicent doloribus, ut perfectæ denique tecum tentatus, & probatus patientia, in plenitudine gratiæ, & amoris, valeam tecum reſurgere a mortuis, tecum tranſire de terræ luctu, de terræ Spinis, ad Paradiſi gaudia, & Cœli gloria.

Aue puſillorum Pater conſolatorque merentium: me peccata flentē, & miſerias conſolare meas: dum ſolum in eminen-

te Cruce cicatrizatum meditor regale tuum, iuſtorumq; Corpus, dum exiccatum deploro pectus Rubens, & Cruentum, agnoſco Latus, arida recogito Viſcera, extincta iam, iam, video Cęli terræq; Lumina, extēſa permanere Brachia, plagoſa pēdere Crura, expiari in te agnoſco ſcelera noſtra, expendi in Arbore Mortis mortis Vita, & omnium luminarium deficere pabulum, deficere lumen, totius Mundi in Cruce tua perſolui pretium, perſolui Mortis Tributum, erigere Vitæ Dominum; dum trafiſſæ tuæ iuſtiſſimæ Manus, & Pedes, profluant rubicundo æternæ miſerationis Oleo; Suauiſſimo diuinę lenitatis aſperſæ liquore exuberent, pauore, liuoreque Mortis, inæſtimabiliſque ſanguinis vndæ.

Hic talis, & tam miſerabilis Ieſu mi, dum inuidorum iam exples animos, & pulſas inimicorum odia; dum ſaturas in ſanguine tuo electi populi perfidiam, ciba me, corpore, & ſanguine tuo in fide viuenti, vt penitus exemplar expletus amem; vt uere internus delectetur odoratus meus illo ſuauiſſimo odore, qui a tuo ſacrato Corpore in Cruce ſpirat, æternæ dulcedinis fragrantiam; adeo vt de Vulneribus tuis odor mihi ſit; æternæ vitæ odoratio, & ſatis odorum virtus, & diuinæ iucunditatis ſuauitas; quibus repleri poſſit os meum, tuæ pijſſimæ Paſſionis pia, vere memoria, glorioſaque laude, qua cantitē tuæ Crucis ſolidam gloriā, ſitque meditatio cordis mei in ſpinoſo conſpectu tuo ſemper, qua benedicat anima mea tibi Domine, & omnia quæ intra me ſunt, dent vbique gloriam ſancto amori tuo, & te vbique in fide predicem, & in veritate glorificem; qua te videam ad libitum, fruar per contemplationem, alloquar per orationem, ſummam in Sacramento, ęmuler in Cruce, tecum coniungar in charitate, te poſsideam in puritate, te introſpiciam in ſpiritu, te cumulatiſsimæ bear, & ſaluer in Patria.

Salue Mundi Paſtor, Præceptorque meus, qui ſedes ſuper Crucis catedram, velut in ſede Sapientiæ, vt me ſuper illam omnibus diebus Paſchas, omnibus diebus erudias ad ſalutem; te nunc, dum pię mentis iterata indagatione contueo, & acer

be

be in Cruce pendentem, & has flebiles ſummiſſaſque voces inflixus miſerabiliter emitentem: *O vos omnes qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus*: In harum Paſsionum dolore miſerere mei: in clamorum aſperitate, in auditu contumeliarum, in guſtatu fellis amaritudine, in lachrimarum effuſione, in viſceribus charitatis ſuſpiria, in capitis ſpinæ, in lateris vulnere, in cordis timore, in animæ dolore, & in toto diſſipato corpore oblatione Deo munda, & pijſſimum ſacrificium.

Has ergo pœnas cunctis ſuper terram viuentibus tamdiu meritas, tam iuſte debitas, nonne ſolus perſolui? nonne hoc corporis tali, tantoque dolore laceror, & excrucior libens? Num hæc eſt animi mei ad peccatorum leuamen? ad iuſtorum gaudium? quid amplius efficere potuit, mea erga vos charitas? Audiatis quæſo.

Nonne obediens in Iſaac fui? colligatus, & captiuus, ductus in Ioſeph a fratribus? in Gedeone deſpectus? conflictatus in Dauid? accuſatus in Abner? deriſus in Eliſæo? denudatus in Hieremia? verberatus in Michea? vere ſalutaris ſerpens exaltatus a vero Moſe? finalis Agnus immolatus in lege? Ieſus crucifixus in carne Rex veſter? Dominus Iſrael condem natus a populo? homo mitis, & innocens immaculatuſque Crudelium nocentiſſimorumq; pœnis? vt Iuſtus in Abel per vos occidar a fratre? fateor patientiſſimæ munificentiſſimęq; Ieſu: & ego plagarum tuarum auctor, proditor Iudas, rebellis Petrus, corruptus Pontius, carnifex Longinus, pertinax Hebręus, perfidus Iſrael; hæc perorreſco meditans, & in tali meditatione aliquando, pallore, & rubore ſuffundor; dum tanto videor vocatus a Patre, tanto redemptus pretio, tam immenſo ſaluatus munere, tam diuo, tam glorioſo ſubleuatus, ornatuſque beneficio; quæ nobis enim maiora cogitare, maiora facere, clariora perficere potuiſti; quæ non feceris? quæ non impleueris? Nonne naturam aſſumpſiſti noſtram mortalem, & miſeram, quo nobis glorioſam & immortalem donares tuam, & omnium bonorum efficeremus participes?

Aue Ieſu, quem ab ęterno nobis conſecrauit æternus, vt æterna tibi copularemur Religione, cōſecraremur in Fide. Veteres ſuper hoc præfigurarunt Altare, vt in miſtico te immolaremus, ſumeremuſque Sacramento miſtica tua ęmularemur, amplexaremurque membra, veraces indicarunt Prophetæ; ut eſſes hinc nobis ſumme veritatis Iudex; totus rutilans, prænunciauit Archangelus; & in tua fœliciſſima Natiuitate perci peremus Arham, & gaudium æternæ Vitæ: & in Vita ſemitas, in Morte Regna: te in Cœlo Verbum, & in terra Carnem: Angeli in teſtimonium futuri luminis ciuitatis Nouæ Hieruſalem; Redemptioniſque Terræ deſiderarunt & Iuſti in ſalutē; prædicarunt Apoſtoli in gratiam, & ſcripturarum veritatem; aſſeuerarunt Confeſſores, vt Eccleſiæ firmamentum; prægustarunt Virgines, vt ſuæ virginitatis ſuauiſſimum, lectiſſimumq; florem, Virginaliſque in meritorum Corona.

Expreſſeruntq; Martires in multiplici ſuo acerbiſſimo martirio, & in candida ſtola gloriæ.

Hoc merito dulce, merito triumphale, merito in omni terra ſalutare, & imprimis glorioſum Nomen tuum Ieſu ſit nobis hodie Mel in ore, in aure Melos, in corde Gaudium, oculi Lux, in carne Spiritus, in anima Salus, in omni plane greſſu noſtro firmitas; domi quies foris Securitas, in patriaq; Canticum laudis, viſioque gloriæ: dum non eſt aliud nobis ſub Cęlo Nomen datum hominibus, vnde fluat Patris miſericordia, quo ſubleuetur plebs tua, quo contineatur Saluſque fideliū; dum ſolus hoc vniuerſali nomine Patris præluxiſti Sapientia; qua Cœlum in vario ornatu creaſti ſuo, & in multiplici virtute, fundaſti fructuque terram; & hodie tanti operis prouidus, æque Fabricator, ac Dominus, vt vetus Cœlum repares, ad infima terræ penetres, pereuntemque Mundnm ſalues, inter perditiſſimos, & impios erectus, eidem ſupplicio deſtinatos, mortem obire meam, tam placidam, tam piam, & uolontariam, toto corde, toto ſpiritu ſitis, & viribus concupiſcis.

Hinc fit, ut in ſummis tuis cruciatibus derelictuſq; tormentis, miſericors, Patrem pro carnificibus execrabilibus ores.

Aue Ieſu, dum merum ex fele,& aceto miſtum primoribus labijs delibas, extremum patri humano efflas ſpiritũ: porrige faucibus meis peccatorum meorum fel, porrige guſtatu acetum pœnitentiæ, quo tecum toto latere rubens, toto corde tranſfixus,guſtem læthalis peccati mei in ſalutari Cruce mortale abſinthium: ibidem dum te vexatio corporis pro quiete miſtici corporis recreati vexat, Vexa corpus proinde meum ad finalem æternamq; requiem; dum te ſpiritu hodierna ſolatur afflictio ad Cruciferorum ſolamen; confige ſpiritu huic Cruci meum, vt illum inde refocilet Cœleſtium gaudiorum ſolatium.

Aue Ieſu, dum grauiſſimo tuo, & immutabili occaſu ineſt mortalibus metus,Mundiq́ue ſapientibus error, & per trium horarum ſpatium offuſa Soli caligo eſt;hinc tolle pauorem de natali mortalitate meum; tolle de Mundi Sapientia ſtultitiã in tuæ Crucis Sapiẽtia; pollicere tenebris meis lumen in futuro lumine;rediuiuæ tuę e terra triumphaliſq́ue vitæ. Amplius dum velum Templi diſcinditur, Terra vehementi motione contremuit,multa ſanctorum cadauera excitantur a mortuis; & multis apparent in ſanctã ciuitatem hominibus, in tui nominis fidem, in teſtimonium, & lumen de te eſtrinſeco Patre luminum: Sinde, & mortale corporis mei velum, ut tecum expedite diſſoluar, & beatę coniungar, tecum ſuſcita me moriente a mortuis, vt tecum a corpore Mortis huius liberetur, & omnibus miracula reddat,quibus claruit ortus,vitęq́ue curſus,obituſq́ue tuus. Amplius dum Cęlicolarum,& Luminaria firmamẽti teguntur Tenebris,& cuncta quæ ſub Sole ſunt, & viuunt in ſummum luctum & ſquallorem incidunt: Aperi mihi Cœlum clauſum, detege nubilum, vt terræ luctus commutetur in Cœli gaudium, ſqualor tranſeat in lucem Chriſti, qui Solis eſt Candor, & Lunæ, & iucundiſſima Angelorum ſerenitas.

Aue Ieſu Spes Patrũ, Inferorum Lux, & Salutare Gentiũ; dum tua nunc diuinitas indiuidua cum corpore iacet, animaq́ue deſcendit ad Inferos, vt homines illinc captiuos eleuet

uet ad Cœlum; dum vberis madida lachrimis, intimo, & ineffabili Amore te oſculatur, te amplexatur Maria, fletu, Paſſioneq́ue perdita; dum in te Mundi demortuo lumine videt, vnicam ſibi terminare lucem, deeſſe perfugium, compleri ſolatium eidem deſolata Mater; dum tuum Ioſeph, Nicodemusq́ue corpus, aromatibus delibutum humare: permitte miſerator in Cruce fili Dei viui, vt ego alter in Cruce Latro, tecum iudicatus, & iudicandus, damnatus, & condemnandus, hinc moribundus, & iterum in æternum (ſine te) moriturus, ita te fidenter appellem, ita te inuocem, Domine memento mei, qui omnibus pie dominaris, & prouides in beatiſſimo Regno tuo; fac me in hac ſeruili meritaq́ue Cruce, de minimis ſeruis, puſillisq́ue tuis; tu cui millia millium miniſtrant in Regno Dei, libera me imaginem, & ſimilitudinem tuam, ab Inferorum carcere, ab ore Leonis, quia tu illinc omnium es liberator fidelium, & trium inimicorum laqueis irretito mihi, ſubueni triplici munere pęnitentiæ, tu Creator, ſed idem Redēptor, tu Dominus, ſed idem Pater, tu iuſtus Iudex, ſed pius quoque Patronus, ego ſpiritus, & caro nequam, tu ſanctitatis Spiritus, & illibata Caro de carne mea, peccaui, & peccati lapſu, ęternaque Morte, Cœlum deperdidi, & peccatorum tenebras comerui; tibi, communis interitus, atque peccati exterminatori datæ ſunt Cœli Claues, & Inferorum, vitę, pariter, ac Necis ſumma Poteſtas; Terrę, Irę́que filius Cœleſti abſte Patre defeci, tu miſericors, tu in omnes mitis, tu omnium miſerator, in Ara Crucis Mortem meam necas, dum ibi moriens, Mortem deſtruis peccatorum.

Vnde exaltare ſuper Cœlos Deus, & ſuper omnem Terrā gloriam tuam; ad cuius Nomen flectitur omne Genu, & Lingua confitetur, quia ſedes in obſequio Crucis, humilitatisq́; meritis ad dexterā Patris in præparato Solio Maieſtatis, diuinitatis, & Miſerationis æternæ; vbi te laudat omnis militia Cęleſtis, timent expoliate virtutes, & poteſtates, & fidelium adorat exercitus. Amen.

Tange Pater, pię, & ſuauiter ferinum cor meum, dum

adeſt contactu tuo clauorum aſpectus; mulceat aures quotidie tuas fidelis meus clamor, ſupplexque gemitus, quas feriunt hodie infidelium contumeliarumque aculei: toleretur tibi mea amarities, dum guſtas fel, & potaris Abſinthio; termina in me Aeue filio lachrimas, qui deprouidis oculis pro mea ſalute lachrimas effundis; inflamma viſcera qui de viſceribus in me tuis flumineos emitis charitatis ſuſpiria; tuere, cuſtodique caput, tu qui illius excipis in tuo ſancto Capite ſpinas; aperiat tibi denuo latus mei uulnus amoris, dum eſt in corde tuo de mea mortalitate Pauor, & in via Dolor.

Te mitiget, te molliat Chriſte in iudicandos, mulctandoſque nos peccatores Oblatio hæc, cor mundum, & pijſſimum hominis Sacrificium, dum tu Mundi pœnas cunctis terræ viuentibus tamdiu meritas, & debitas, omnium amans, vnicus hominis, Deique Filius cupidiſsime perſoluis.

Parce Domine, parce Ieſu, dum tui corporis tali tantoque dolore lucraris, extenuariſque libens, dum hæc tibi adamatur ad peccatorum leuamen, ad Iuſtorum gaudium, ægritudo.

Patere Chriſte pręuaricationes hominum, tu qui nobis obediens in Iſaac fuiſti colligatus a Patre: Educ nos hac de captiuitate Babylonis, qui captiuus ductus es in Ioſeph a fratribus: patere abhominationem conflictumque noſtrum, tu in Gedeone deſpectus: conflictatus in Dauid, excuſa accuſationes, tolle irriſiones in dies nuditate peccatorum: tu accuſatus in Abner, deriſus in Helias, denudatus in Hieremia, quæſo ne proicias me a facie tua, ſed a te vocer, & protegar fratre, ne me refutes, ne me damnes, tam diuino, & glorioſo ſubleuatus beneficio, ne in profundum lacus me deprimas, ne in damnatorum hinc relegar igne, ſed cum Sanctis in Cœlo adſcribar in gloria æterna. Amen.

*Implo-*

*Imploratio Domini noſtri Ieſu. Frequentanda in hominis Vita, & in Morte.*

VENI Domine de Regalibus ſedibus mentium indiuidua cœlicolarum charitas; qua cum iteratæ Redemptionis opere, ſalutisque meæ Miſterio, me viſites: quemadmodum nos prouidens propitiusque Deus amabiliter viſitaſti mitis filiorum hominum Pater, humiliter oriens ex alto.

Veni Domine Mundi Lux, vt me obcęcatum illumines, vt diuinæ Gratiæ uere clariſſimo, vere præſentaneo lumine peccatorum humanorum vitem Tenebras,& dirigam hic(te pacis æternæ præuio)labiles,& obliquos pedes meos in viam pacis.

Veni benigniſſime Ieſu mi, in quam tibi paraſti, & manufeciſti domum; vt ibi placide inſolubilia ſoluas, dura dirumpas vincula mea; vt ab impuro Mundo mundus, & a ſeruili carne ſolutus, diſſoluar ſpiritus; tecum viuam Vitæ Patræ, Beatorumque ſpirituum conſocier Vita beatiſſima: vnde tibi in Angelorum dulci, & canoro melo ſacrificem Hoſtiam pulcherrimæ laudis in æternum.

Veni Domine Cœli Rex, Terræ pluuia, Mundi ſalus, & Infernorum occaſus; vt mihi ſis in terræ calamitatibus Cœli portio, Cœli iucunditas, in credulitate mea fidei merces, in triſti funere læta Mortis Reſurrectio.

Veni Domine miſerationis diuine in obitu teſtimonium, Redemptionis humanæ in culpa pretium, deletæ Mortis in Inferis contritio; vt Mors mea ſit coram te vitalis, peccatorum grauitas ſit delebilis, meus aditus in æterna tabernacula; ſit exitus carceris, initium beatæ Vitæ; ſit exilij finis, mei doloris tolerantia, & pœnarum præparatio; ſit horumq; conſumatio: Mors mea ſit peregrinationis meta; terribilium vltimum ſit omnium malorum terminus; meus de Mundo exitus, ſit omnium periculorum fuga, ſit reditus in Patriam introitus in Gloriam.

Veni

Veni conſilium, & Virtus Deitatis Paterne Ieſu, vt Chriſtianæ Reipublicę Conſul, me,mihique conſulas; Chriſtianę religionis columen, me in meis anguſtijs ſuſtentes: diuine religionis ſpiritus, mihi ſub Iugo leniſſimo tuo pluries deficienti reſpicies.

Veni Bellatorum Caput, Victorum Coronamētum, deuiorumque Ductor Domine Deus noſter Emanuel, vt nos in huius transmigratione Babylonis ducas ad futuri ſæculi Requiē, bonorumque tuorum hæreditatem; quam cumulatiſſime ſeruaſti, & repromiſiſti omnibus in te credentibus, & ſectantibus, & implorantibus Nomen tuum.

Veni Dominator Domine omnium creaturarum Creator, perditorum Saluator, Angele teſtamenti; qui ſolus in prælio potens, in triumphis fortis in nomine portentoſus, viciſti uiuens, diſperſiſti moriens vniuerſę ſtragis Auctorem, ſuſtuliſti reuiuiſcens, a Mortis Imperio, Vniuerſę mortalitatis ſeminatorem, hinc ſolus & ſuper omnes poteſtates omnipotens, qui ſuper omnes pariter terrarum Principatus merito exaltaris, omnibusque in altiſſimis, & humilimis dominaris.

Veni Domine in ſanctorum conſilijs mirabilis, in ſalutis doctrina Conſiliarius Magnus; Veni futuri ſęculi Pater, cum pollicitationibus ęternæ Vitę, complectere me Princeps Pacis, cum ſperatę compēſationis meę, glorięq; pręmijs. Amen.

*Ad eundem, Inuitatio.*

VENI dulcedo, & ſpes animarum, Ieſu germane frater, & ſponſę mi, Rex gentium, deſideratus ab omni Populo, expectatus ab omni Tribu, celebratus ab omni Lingua, inuocatus ab omni Corde: qui me ducas inuictus Dux Domus Iſrael in contemplantium te beatorum Patriam, iungas me tibi pſallentium in ſanctorum puriſſimo, & dilectiſſimo Choro, hac tibi in perenni concentu, & amore cantitante, Halleluiah, & ego dum fidas, & amarulentas orationes ad te meas ex toto corde expromo, & ſuſpi-

rantes preces ex ardenti pectore prænuntio, miſerere plorantis, in dies me conſolare gementem, toties exorantem exaudi, mihique ſanctam Hieruſalem peregrinanti obuiam amanter, miſericorditerque præcede, vt in diuina peregrinatione mea viuentis erga te fidei deferam lumen, & in nuptiali aduentu tuo, occurſationeque, da, vt meritorum meorum lampas in manu mea præ nocturnis horroribus accendatur.

Veni demum verax Oriens, & lucis æternę ſplendor uiſibilis Angelis, hominibusque inuiſibilis; vt uiſibili, & occulto ſydere tuo, effugiam horrida, & profunda Tenebrarum harum, teque procreatore lucis Angelicæ de lucis filio gradiar in diuinorum Lucem.

Veni noctis optata diu, & expectata dies, vt cum Noe mihi ædificem præmeditatæ ſecuritatis Arcam; & Veſpertinis horis ingrediar beatæ tranquillitatis meam manufactam domũ; cum Hebręorumque Patre audire merear de ſeminis mei propagatione ætęrnæ abs te veritatis oraculum; audire commeream de Regni hæreditate tui, tuas porro magnificas, & vere patrias promiſſiones.

Veni terrenæ Noctis alma, & ſerena Dies, vt Charitas, & Hoſpitalitas mea cum hoſpitalibus famulis tuis Abraham, & Loth, dum Occidente Sole terræ ſuſcipit pauperes, Cœlorum Angelos excipiat; dum puſillos de plebe tua amplexatur, & recipit, te pietatis Auctorem foueat, humiliumque gloriam recipiat.

Veni pulchra deſertorum ſpes, iuſtorum fęlix, deceptorum verax, & beatorum ſereniſſima Viſio; vt in placata Corporis, & Animi mei quiete, mihi ſcala Iacob illuceas, eminentiſſima virtutum ſcala refulgeas cum Cardinibus Cęli cohęrens, ſcala nimirũ Cœli, vbi iucundiſſime annoctetur velox Angelorum aſcenſus, & deſcenſus, celerrimus inquam Iuſtorum aſcenſus, & propitius ſanctorum deſcenſus, ſcala humanæ mentis in Deum aſcenſus innumerabilium vtique ſcala graduum meritorum.

Veni natalis exulum patria, & oberrantium tuta quies; quę

me

me cum Iſraelitarum populo in hoc mortali Veſpere educas de perdita,& de profligata Terra Aegypti,ut mane uideam in Terra uiuentium magna, & magnalia tua Domine, virtutum Princeps;gloriam ibi tuam mediter,& concinam mitis Domi nator dominantium.

Veni panis de æterna Vita viuus,de Cœlo cœleſtis, vt mor tis propinquo Veſpere comedam & ego carnem; quæ caro mi rifice ſapit, & ſaturat; & ſemper eſt appetibilis; quæ caro eſt Mundi Vita,vt Angelorum conuiua ſummo tranſmigrationis meæ mane ad beatarum commeſſationum Menſam conſurgam, in perenni epularum ſpectaculo ſaturetur, & cum plebe tua Iſrael non corruptibilibus Terræ, & hominum panibus alar,ſed incorruptibili incorruptionis Angelicæ pane reficiar.

Veni quotidianus in terrarum Deſerto pœnitentis Heliæ victus, vt mihi in voluntaria paupertate indigenti ſubuenias, adeo, vt coruorum miniſterio prouideas; fiat hic vt mei pariter oblatio ſacrificij in Veſpere ętatis meę tibi placeat, vt in mane placuit.

Veni operum miſericordiarum Præceptor,& Iudex,vt cum piiſſimo Tobia in ſanctis pietatis operibus in uetere ita, ut cũ illo excubem, cum illo effundam, cum illo implear, & lachrymabilia collachrymans nudos prę diuina pietate,conueſtiam; peregrinos pro æterna charitate in Domum meam admittam, in illorumq; Patriam reducam, mortuos itidem pro te mortuorum Vita, conſepeliam.

Veni captiuorum libertas,& me myſticum, vt Danielem ex infeſto populo libera; emitte iterum de Hierarcarum lectiſſimis ſpiritibus Gabrielem Archangelum,qui me periclitãtem, & inſcium ſalutis Arcana doceat.

Veni Domine dulcis ardor animæ,dulcis Vitæ ſpiritus,qui me cum duobus diſcipulis Luca, & Cleofa de te pie loquentem audias anxium delenias, mente greſſuque dubium in fide confirmes in via vere viator, & Paſtor amantiſſime comiteris; hominem me diuinæ ſapientiæ rudem de ſalutari calice erudias, alienigene terræ peditem compellas in æmulę charitatis

O 2 hoſpi-

hoſpitium,ibi mecum,tu memorum tuorũ comes, ſeruorumque commenſalis accumbas; mecum parili cum teneritudine, & indiuidua familiaritate diuerſeris.

Veni Domine adeo tempeſtiuitate prouidus, adeo in figura lenis; ita de mea peregrinitate ſolicitus,vt in huius ruentis diei Veſpere qui cum requieuiſti toties; qui cum compotaſti Fons mirę dulcedinis,totidem denuo acquieſcas; iterum epuleris; recumbe mecum ſuauiter Pater egenorum, vt mihi uere mendico,vere filio, vere ſodali frangas panem illum quotidianum; qui panis eſt hominum eſca, & eſus ſuper omnẽ Terram Viuentium, qui panis pluit de rore Cœli, metitur de pinguedine Terræ, reponitur in horreo Magni Patris familias ſupernæ Domus, qui panis ſuſtentat hominem, Angelum oblectat,caducum æternat, mortem viuificat; Vitam alit; qui panis apponetur in tua futura Cęna magna præ ſolemnitate tuarum nuptiarum Agne, in renouatione diuine prolis, in repletione regni Dei, qui tecum viuit, & regnat, & tu cum illo, & in illo Deus, ad omnem beatitudinem ſęculorum. Amen.

Veni Domine,qui aduenis in humana mente Gratiæ ſpiritus,qui venis in hominis Morte remunerator,& in Iudicio ſaluator; veni deuotiſſimæ orationis Thus odoratũ, quo te Deũ, omnium Patrem,omniumque Gubernatorem pro mea,& totius ſtabilitate Mundi deprecer.

Veni Domine lectiſſima lectorum tuorũ Myrrha,vt in quotidiana mortalitate mea, te Deum viuum appellem; in imminentis Mortis Veſpere Dominum meum ſuſtineam; in opportuno receſſu ſpiritus te omnium ſpectatorem inſpectem: te in meo, alienoque Iudicio æque iudicem, ac Patronum inuocem.

Veni mirabilis in viſione & Maieſtate Dominus, & te mihi talem oſtenta,qualem præſtitiſti Moſi in ardente Rubo totum in amore flammeum, in nitore Deum,in calore Patrem, ut te ſolitarius in morte ſpeculer Cacumen Montium æternorum; iuſtus tibi loquar, totus in plenitudine charitatis ardens; te ardenter intuear, poſſideam, admirer ſummum receptaculum bono-

bonorum, gloriæ Speculum, Theſaurum Regni Cœlorum,& ineffabile Gaudium amicorum tuorum.

Veni Domine ſtupor,ſedesq́ue Petri, vt in altitudinem diuitiarum ſcientiæ, viſionisq́ue diuæ, & empireæ cum Petro mentali raptu rapiar; in vaſe vere linteo ſubmiſſo de Cœlo profunde ſcruter, ſapienter interpræter, beate ſpeculer quæ mortalis non capit oculus, quæ lingua non exprimit,quæ ſenſus non percipit, quę mirum immodum paraſti, & reuelaſti Deus, omnibus conquirentibus,diligentibus, & contemplantibus te.

Veni Domine Equitum tuorum merces,& claritas; vt poſt meas domi, forisq; plagas, poſt tentationes plurimas; te in Nube dulciter audiam, te in Cęlo, terraq́ue alloquar, te iucundiſſime perfruar, cum ſanctiſſimo, & probatiſſimo Iob.

Veni Domine Mutorum lingua,& eloquiũ;vt te in toto corde præſentiam; præſagiã Deorum Deum, & ſalutare gentiũ, enodataq; labia terrę populis nuncient cum Balaam illud Altiſſimi Verbum; quo Cœli nituntur cardines; quo terra parit fructus ſuos; quo affluunt fluminibus Maria; quo clarent Angeli Gloria; quo tumulantur Inferi Iuſtitia; quo animantur terræ Animantia, nidificant ſibi volatilia Cœli; quo pauitur omne viuens; quo inchoatur, adminiſtratur,perficitur ad mirum rerum ordinem Vniuerſum.

Veni Domine ad eum quem tuo ſancto toties viſitaſti, & præueniſti ſpiritu; quo in hæc de te digna erumpam Encomia. *Egredimini mecum filiæ Syon ad videndum Regem Salomonem.*

Veni Ieſu mi Chriſticolarum ſpes, opulentia pauperum, claudorum bacule; cœcatorum viſio; vt ubique tua ſperanda ſperem in neceſſitate abundem, claudicatione derigar in natali cœcitate mea coram te aperiam oculos; vnde manuum tuarum opera prædicanda publicem, annotanda monſtrem, commemoranda memorer, attendenda videam.

Veni Domine Pupillorum Pater, Viduarum Tutor, Iuſtorum Tribunal,Militantium Corona;vt pupillus te vnicum Patrem

trem habeam, deſtitutus a Mundo, abs te tantummodo tuter; Iuſtorum totius, in tuis ad te excurram veſtigijs, Veteranus miles digner Victoriæ Corona.

Veni Domine Infantium lingua, Inſipientium ſal, Afflictorum quies, ſceptrumque terræ Regnorum; ut Infans te affari valeam; inſipiens in conſpectu tuo reſipiam; conflictatus adoleſcens, ſenex denique quieſcam ſub te defeſſorum requie, triumphaſi capite Regum, & Dominantium Imperatore Maximo.

Veni Domine eſurientium Panis, ſitientium Lympha, morientium Vita, Infernorum Horror; ut de tuo ſuperſubſtantiali Pane comedam, de tuo patenti Latere inebrier, de tua rediuiua Vita ſurgam; & tecum de terra exurgens, conculcem Infernalia Monſtra.

Veni Domine angularis Petra, famulorum Præmiũ, Mens Prophetarum præſcia, Apoſtolorum Tuba; vt ego Terræ puluis ſortiar ſupernorum ſedes, captiuus corregnem, vaticiner paruulus.

Veni Domine Virginum puritas, ſacerdotum dignitas, ſanctorum ſpecies, Martyrum gloriatio, vt te Virginum æmuler Principem, me tibi ſummo Sacerdoti oſtendam peccator, inambulem impius ſanctorum vias, & pro tuo glorioſiſſimo Nomine glorier occumbere martyr.

Veni Ieſu mi inenarrabilis Patris, incomprehenſibiliſque ſapientia; quæ me fortiter, ſuauiterq; diſponat; veni Radix Ieſſe in futuram Regum propaginem; veni Clauis Dauid in apertione libri ſignati; veni Rex Emanuel Diadema, Lex, Sacerdotium, Cœleſtium, Terreſtriumque Prælatorum; & noſtra in ſeditione Pax, in ſeruitute Libertas, in perditione Salus. Amen.

Congredere mecum Crucifixe Ieſu ſub tribulationum humanarum Iugo, vt Iugum mihi tuum ſuaue fiat, & præceptorum onus leue, & hinc paternæ caſtigationes tuæ ſint vexationes Adæ, in præuaricatione filiorum eius, ſint piæ Verberationes peccati, ad ſalutis humanæ doctrinam, ſint ſalu-

tares

tares ſpiritus mei ſemitæ in Iuſtorum ſemitis. Amen.

Congredere mecum Crucifixe Ieſu ſub placidiſſimo Crucis meæ iugo, quo æmule tibi Crucis gaudeam Victoria, ac vere beatus habear cum iuſtiſſimo famulo tuo Iob, qui viſiter abs te vnico liberatore Mundi, vt perditi Mundi deprehendam fallacias, diuerberer abs te peccati exterminatore, vt peccatis moriar, ſoliciter in hoc peccati carcere, vt a mortis carcere liberer, qui tempore, locoq; corripiar in hoc miſerrimo peccati hoſpitio a iuſtiſſima manu tua, vt inique te lędens Iuſtitiæ Patrem, Redemptoremque meum iuſte identidem libensq; patiar abs te iuſtiſsimo Mundi Iudice.

Eſto mihi in dolorum ſocietate meorum opportunę conſolationis Deus, vt vere beatus habear cum Paulo in malorum ſancta patientia, in conſeruatione Virtutum.

Eſto mihi in Verbo, & opere Pater, & Dominus meus omnipotens, ut beatus videam, cum Cœco nato, beatusque prædicem miraculorum tuorum myſteria, ad tui nominis Gloriã.

Eſto mihi Sapientiæ Lumen, ut tibi gratias agam, quoties me inſipientem arguis, & peccatorem caſtigas, ut in tuo lumine gradiar de luce ad lucem, in tua ſapientia velle, nolleque tuum ſapiam, de gratiæ meritis tranſeam ad Glorię Regnum.

Eſto in lachrimarum valle acerbitatum dulcedo mearum, & Mons ſuper terræ tenebras almæ claritatis, vt ſentiam Vitæ ærumnas, & Aeuæ lachrimas, lachrimans, beatus cum lachrimoſis ennumerer, dum *qui ſeminant in lachrimis in exultatione metent*.

Eſto mihi cum maledicti a Mundo, & inglorijs benedictio finalis, & gloria, ut cum maledixerint homines, & perſecuti me fuerint pro tuo Nomine Ieſu, merces mihi paretur abs te copioſa in retributione Iuſtorum.

Eſto mihi in tormentorum igne Cœleſtis aura, & Canticũ trium puerorum, vt tua Diuina Virtus in humana infirmitate clareat, & tua in Mortis patibulis millibus reſonet laus, & potentia appareat ſempiterna.

Eſto mihi cum Hebręorũ populo natali ſolo profugo quietis

tis,ſecuritatiq; Patria. Eſto captiuitatis redemptio, vt pecca-
ti Indul gentia a ſeruitute Pharaonis liberer.

Viſita me Domine in hoc hęreditario miſeriarum loco, vbi cum Suſanna accuſatus excuſer, innocens de crimine iudicer, te innocentum patrono.

Viſita me Domine in hac tenebroſa captiuitate mea, vt cū Ioſeph conſequar poſt tenebras lucem, ſit mihi & dedecoris carcer Diadema gloriæ.

Viſita me Domine in hoc Mari magno, vt cum Daniele ex leonum lacu reſurgam in plurimorum Virtutem, in plurimæ fidei meritum, in multorum meritorum Coronam.

Viſita me Domine in hoc Mari magno, vt cum Iona ex ven tre Cœti, hoc eſt, a naufragantis huius Mundi pelago emergam, eſto mihi Bellipotens Deus, Thorax, & ſcutum: vt cum Abraham a Caldæorum conſpiratione defendar.

Eſto mihi fœditatum mearum lauacrum, ut cum Iob ab in numeris plagis munder.

Veni Sol Terræ, & Paradiſi Lumen, ut cum Tobia ſpiritus, & corporis aperiam oculos, & mea denique triſtia præ beatæ lucis gaudio, vertatur in gaudium.

Veni corona oppreſſorum, vt vere tecum ſub huius vitæ ſpi nis compatiar, tecumq; ſanctorum Capite corregnem.

Veni Mundi Vita, ut Mundo moriar, & tibi Deo viuam.

Veni totius Mundi Victor, quo Mundi tentationes ſuſferam.

Veni tentatorum columem, vt cum probatus fuero, accipiam abs te Viuentium Patre, gloriæq; Corona, Paternę hæreditatis iura, & Vitę Coronam. Amen.

Conſcribe Domine Decalogi ſcriptor, ſalutis Doctor, & Euangelij Perfector, Sanctum in coinquinato pectore meo Euangelium tuum, vt mihi Angelorum deorſum Alumno, & deſurſum contemplatori Euangelizent, Angeli in Cęli Nubibus te omnis terræ Regem, ad ſpem futuri Regni mei, mihi decantent illa ſuperna oracula Prophetarum in diuinæ glorię concentu, te omnium vocum, & laudum concentum in ſa-

lutis

lutis ſapientia reuelent omnis terræ pacem in ſalutem credulorum demonſtrent ſalutare meum. Amen.

Emitte Sol radians ex ardentibus Empirei facibus Stellam ſtellarum, qua te beatum Paradiſi Lumen in Terrę Tenebris mediter, ſub Stella Balaam cum Orientalibus Regibus ſecter, teque, non Iudæorum tantũ reuerear Regem, ſed Dominum Dominantium in voluntario, & obiecto Adæ prę ſepe reuiſam, in miſerijs vagientẽ Adæ filius deplorem, & adorẽ. Amẽ.

Emitte beatæ ſpeculationis Deus ſuper Terræ fœces almũ Spiritum tuum, quo tecum in virtute adoleſcam, cum Lazaro, e peccati morte reſurgam in diebus iuuentutis meæ, quo ſenex a Terrę laboribus acquieſcam in ſuperna requie operariorum tuorum Ieſu, quo me cum Simeone dimittas ex graui annorum, peccatorumq; pondere ſecundum leue onus, iugumq; tuum, ſecundum Verbum tuum in Pace.

Emitte verax Deus, Veritatiſque Pater Veritatis Verbum ex alto, qui cum alte ſpectet humilis mens mea in operibus manuum tuarum, ac teſtis æque viuam, ac moriar cum Veritatis Lumine, Præcurſoreque tuo de tua Veritate verax, de fideq; tua fidelis. Amen.

Emitte Domine ex Monte Syon Orbis terræ Solem ſuper Terræ faciem, faciemq; tuam, vt in Monte Tabor oſtentet mihi tuus coęternus e Cœlo Pater, te Vnicum dilectionis paternæ Filium, & ſummi Patris delicias, Doctoremque Gentium. Amen.

Emitte Domine ſuper amaras & fluctuantes Aquas has è Throno ſaluberrimo tuo dulcedinis rorem, & ſalutis Imbrem, ut firmitate fidei cum Petro videam, deſpectione Mundi cum Iacob amem, feruore Spiritus cum Ioãne contempler in viuo gratiæ flumine Dei Patris Spiritum ſuper te deſcendẽtem, veluti Columbam, & ſuper te manentem in baptiſmali innocentia mea, ut innocens me tibi penitus deuoueam Sanctorum capiti, tibiq; deuotus, a Mundo penitus deficiam. Amen.

Emitte Domine ſuper ſanctum Templum tuum ſanctorũ Angelorum Coronã, & cœleſte prę ſidio vallata Eccleſia Dei,

Terreſtris corruat ſpelunca latronum; & hinc extant humanæ carnis exitia ad perditionis filiorum tuorum exitum, ad ſalutis initia, ut hic ſubito pereant Dæmones humani ſeminis exterminatores, hæc dicentes, *Tu es Chriſtus filius Dei viui.*

Emitte Domine ex Altiſsimis Cherubin, & Seraphin Angelici amoris ignem, humanę Sapientię fontem, quo te humano, & Angelico obſequio colam Dominum Deum meum, de plenitudine tua recipiam, fontem hauriam, ſalutis ſalem eſuriam, qui ſapidus es Angelorum Panis, in hac fidelium, pia, ſacrataq; Menſa, & in triumphanti Conuiuio Beatorū. Amen.

Domine Ieſu, Lux, Via, Salusque Mundi, iube me venire poſt te, ut abnegem omni terrena cura exſolutus, voluntatem meam; tibi offeram Scrutatori, Paſtoriq; cordium flebilis cordi mei diurnum, nocturnumque Sacrificium; tecum tollam Crucis benefico Chriſto, & præſeruatore Deo, Crucē vbique tuam in quotidianæ pęnitentiæ Deſerto, ut ibi ſacris meditationibus meus in Cœlum dum rapitur, & paſcitur ſpiritus, panem dulcium lachrimarum edat, de Calice bibat, pijs orationibus ſtudeat, & in Pietatis operibus ingraueſcens, redeat ad eum, qui miſit illum.

Virtus tua Domine ſit mihi æternę dulcedinis Virtus, qua conculcem in terram Vitam meam, qua cum Magdalena te plurimum amem, & optima ipſe mihi partem deligam ad beate viuendi prēmium, ad æternæ Vitæ promeritum.

Iube me Domine Mundi exemplar venire poſt te, ut cum hilari largitate Tobię largiar, & pupillis tuis frugum mearum primitias; cum pęnitenti Hieremia in ſacramento pœnitentiæ defleam; cum humili Rege Propheta ſolitarius ſæpe ſedeā, & taceam cum corona Regum, atque Sapientum, e concilio Vanitatis egrediar, ne cum iniqua gerentibus me miſceam.

Iube me Domine cū ſectatorum tuorū Ductor, & Prēcurſor venire poſt te, ut ſint mihi ſub Alarum tuarum Vmbra cum Moyſe terrę voragines ſanctæ pęnitentiæ receſſus, fiant deſertorum antra beata Angelorum colloquia, ſint corporis laſſitudines mei quietis diuerſoria meæ; ut tibi tantum in ſanctæ contem-

contemplationis ſpiritu totus addicar Deo, in te ſummo bono figam omnium bonorum præmium, in te Regnum Diademate reponam rerum geſtarum Coronam.

Eſto mihi Ieſu mi Paſtorum Paſtor cum Moyſe ſuper gregem vigilanti meum ęternæ Charitatis flamma, qua mihi in ſummo amore iucundus, in multiplici munere gratiæ gratioſus, in ſuauiſſima apparitione propitius Deus appareas.

Iube me Domine æmula Sancti Patris memoria non Decalogum tantum, ſed legem quoque Gratiæ fideli deferre Populo, vt omnibus Terræ populis Veritatis verba promulgem, & ſacras ſcriptiones mentis æternæ in fideli mente conſeruem, quæ omnia pro mea, & totius mundi regula addiſcam, tuiq; nominis pro celebritate cuſtodiam.

Iube me Domine exẽplo Abrahæ de natali terra recedere, de cognationeq; mea conſurgere, ut eminentiſſimũ beatorum Viſionis audeam aſcendere Montem, & ibidem finalis promiſſionis meæ valeam ante mortem prælustrare, & incolere ſolum; adeo, vt cum Regali Propheta per ſingulas noctes ſtratum quoque meũm feruentiſſimis ſtudeam lachrimis irrigare, & cum viuente Apoſtolo videam altitudinem Gloriæ Dei, plenitudinemq; diuitiarum, & ſuauitatum ęternarũ delibem.

Iube me Domine cum Maria Aegyptiaca de perdita Terra ſurgere, hominum perditiſſimorum vitare turbas; ut in deſertis terrarum inhabitem; adeo, vt a prædatoris Mundi periculis periclitantis animam meam pręſeruem, ſic ut tecum denique Chriſte in ſolitudine pœnitens Rore Cœli nutriar, miniſterio Angelorum deditus, Angelicam Vitam ęmuler, iuſtus mente, iuſte viuam, pius affectus, pie ſentiam, & operer, ſanctorum conſors, ſancte conſeneſcam, tibi Deo copulatus, in orationibus, in gemitibus, in taciturnitate Deo loquar, tuæ beatitudinis indagator, beatiſſime moriar. Amen.

Vide Domine e ſinu Patris æterni quam paterna teneritate reſpicis, & ſummo Cœli Corona diuinitatis æternæ Solio guberna vnicam ſororem, amicam, ſponſamque tuam, tu qui Caput Eccleſiæ Chriſtus, vbique locorum ades, tu qui in om-

ni terra bonos, & malos contemplaris, omnibus in fide Aduocatus, Viuorum, & Mortuorum Iudex.

Vide Domine veteris peccati miſerias, alienam, nuditatemque meam, tu cuius cuncta cernentibus oculis, omnia nuda, & aperta ſunt in omni tempore, & loco. Tu cuius prouiuida Mente, & Imperio Cęlum eminet, Terra uiret, iraſcitur Mare, & viuunt omnes in te omnium ſummo procreatore, Motore, & Educatore Animantes.

Vide Domine cordis fletus, afflictionemque meam, qui in Cayphæ Palatio ter te negantem humana fragilitate Petrum, diuinæ pietatis oculo vidiſti, vnde exijt foras Simon, & fleuit, Amare.

Vide Domine tribulationum Mare mearum, & ſuccurre mihi ad te fideliter oranti pro Mundi, Dæmonisq; Victoria, ut olim ſuccurriſti Iudith iuxta cubile Oloferni in eius decollatione Tyranni.

Reſpice Domine ſuper hominum filios illuminandos, a natalibusque cœcos, qui ad hoc veniſti iudex in Mundum, *vt qui non vident, videant, & qui vident, Cæci fiant.*

Vide Domine humilitatem, laboremque meum, & dimitte indulgentiſſimus Pater meus mihi vniuerſa debita mea, qui ad oblationem pariter Abelis, & pia munera illius munificentiſſime Pater, & Deus reſpexiſti ſemper.

Aperi Domine intimos oculos meos, vt mundo corde pacificus, manſuetudine Agnus, ſimplicitate paruulus, cœleſti candore lucidus, ſupercęleſti puritate Angelus, germana charitate ſanctus; te horum Dominum Deumque videam, & tibi Domino meo fidelis cum Abraham, diem aduentus, iudicijq; tui præuideam, & illi, ac ſanctorum Eccleſiæ gaudeam, & congratuler in æternum.

Aperi Domine internos oculos meos, vt mundi Regna deſolata, pęnitus & damnata, in tuo Cœleſti, ac Terreſtri lumine videam, & cuncta quæ fiunt ſub Sole mihi in tuę claritatis æternę ſpeculo pateant, *Vanitas Vanitatum, & Afflictio ſpiritus.* Amen.

Conuerte

Conuerte me Domine ad te, in ſpiritu, in greſſu, in diſpoſitione ſapientiæ, ſicuti conuertiſti in piſcatu Petrum, in cœcatione Paulum, Ioannem in Nuptijs, in vocatione Matthęum, in compotatione Zachęum, Magdalenam in Verbo, in veritate Samaritanam, Cornelium in fide, in confeſſione Publicanum, Longinum in luce, ac Diſmam in Cruce.

Conuerte me Domine ad te in ſanctimonia, & iuſtitia, ne me a beatrice facie, Regnoque tuo proicias, vt eieciſti decem propter peccata tribus a Terra promiſſionis.

Conuerte me Domine ad te in puritate carnis, dealbatoq; ſpiritu, ne cum ſodomorum, gomorræ horumque fęditate cō demner, in illorumque flammis comburar, ſed Angeli tui ſancti me ducant præcipitem, & educant innoxium, incorruptum conſeruent, præcludant intactum: ſic vt uiam ſanctam, & immaculatam electorum, mandatorumque tuorum decurram.

Conuerte me Domine ad te in promptitudine, proceſſuq; fidei, ne tuo ſancto ſpiritui diu, peccator, & pertinax peccati infidelitate reſiſtam, vt obſtinatus, & perfidus Hebręorum populus obſtitit.

Conuerte me Domine ad te ſub pedeſtri, & equeſtri, maritimoque Rectore, ne me in hoc procelloſo Mare cum Aegyptijs mergas, ſed impera tentationum mearum Ventis, vt ceſſent, culparum mearum fluctus, ne Naufragorū Vndis emergam; ita ut in ſecuritatis portu, habeam tibi æternas Auctore gratiarum gratias; & ad te uere conuerſus, Manaſſis veniam, pęnitentiæ amaritudine quæram; Magdalenæ gratias fletu, & oratione promerear Publicani reuelationes, & humilitate con feſſionis inueniam; Dauidica priuilegia dulcedine pſalmodię decantem.

Conuerte me domine ad te in auditu, intellectu, guſtatuque, ſpiritus illius, qui impleuit iam Terrarum Orbem, & qui Scientiam habet vocis, quia ſtas tu ſæpe cum illo, ac ſæpius ad Oſtiū obſeſſi cordis mei, & ibi uigilantiſſime pulſas, vt ibidem quod efflagitas tibi præbeā, id, quo paſceris, apponam, adeo, ut in amore erga me tuo, doloreq; pateat in dies tibi cor meū.

Doce

Doce me beatorum beatitas beata, ſanctorum Princeps, vere ſanctas, Regni Cœlorum Ianitor, vere Regias, Viatorũ Dux, vere rectas vias tuas; tu qui ærumnoſos beas, peccatores ſanctificas, claudos dirigis, coronas ſeruulos, in tui Patriſque Regni Regia.

Voca me ſic amabiliter Domine, ſic longanimiter increpa; vt olim ad te amanter Adam, dolenter Cain, & Abel, ſitienter Samaritanam, amice proditor Iudas poſt patrata coram te ſcelera, vocati, & increpati ſunt.

Amplius laua me Domine ab iniquitate mea tu, qui lauiſti in piiſſima Crucis Ara hominum ſordes puriſsimo Sanguine tuo, miſerere mei Agnus Dei, qui tollis Mundi peccata, vt a peccato meo, me mundes, ſuſtine me peccantem, tu qui tuliſti iniquitates noſtras, ſumme ſanctus, ſumme pius, præter omnes innocens, ſuper horridæ Mortis, maledictioniſq; lignum, in ſacratiſſimo Corpore tuo.

Aggrega me perditam Ouiculam tuam alme Paſtor in Ouile tuum, tu qui poſuiſti Animam tuam perditorum Saluator pro perditis, & perdendis Ouibus Gregis.

Ignoſce mihi Ieſu, Ieſu mundi miſerator, tu qui es propitiatio pro peccatis noſtris ante Tribunal Patris.

Iube me adire fidelem, cum fiducia ad Throuum Gratiæ, miſericordieque Cœleſtis, vt inde Vitæ gratiam, mortalis, peccati indulgētiam, peccatrix, fidei, meritum fidelis inueniat Anima mea. Sonet illi vox mea cum Cœco, & cum Cananea, inquiens, *Miſerere mei fili Dauid*, reſonet meus cum Manaſſe clamor, hæc ſæpius iterans; *Peccaui Domine ſuper arenam Maris, & non ſum dignus videre altitudinem Cœli, præ multitudine iniquitatis meæ.*

Hac de Vita expecta Domine fructus dignos meæ pœnitētiæ, qua lætificem Angelos in Cœlis; para mihi medicinam infirmo, peregrinatori domum, famelico victum, qui cum feſtinem ad te ſanandus, accurram leuandus, accedam plene beandus, & ſaturandus. Amen.

## *Pro Pace, & Iuſtitia. Ad Ieſum Chriſtum Meditatio.*

DOMINE vniuerſæ pacis ſeminator, & Meſſor, ſi nō eſt Pax impijs ſine te, dum ira, indignatioque tua, tua tribulatio, & anguſtia in peccatorum corda, & ſpiritus irruunt; manda pacifice Deus pacis miniſtris, vt fiat in tota Eccleſia pax, qua præ tuo ſemper pacifero Nomine, floreat in omni terra Charitas, & Salus. Amen.

Domine ſi non eſt in Carne mea ſanitas, a facie ire tuę, neque oſsibus mei Pax a peccatorum meorum facie, deleant nūc erratorum meorum reatus paſsionis tuę infinita promerita, & ſacratiſsimi fontes eluant meas, alienaſque maculas humilis mei contritique cordis multarum amaritudines aquarum; vt flebilis coram te oculus, gemebundus ſpiritus, cōculcataq; caro mea, me in priſtinam tuæ æternæ Vitę gratiam reducat, reconciliet, & reſtituat. Amen.

Domine ſi mens iuſti eſt vere Templum tuum, illudque peccati culpa contaminatum, varioque ſcelere prophanatum diſperdis Deus: perfice Mens beatarum mentium æterna, vt mens perpetuo mea meditetur tuam, Iuſtorumque ſapientiam, & lingua mihi tua penitus uerax, penitus meliflua, penitus ſalutifera loquatur ſapiens vbique tuū, iuſtiſsimumque Iudicium. Amen.

Domine ſi uetus in Cœlum conſcendit Serpens, & prodidit primos in Paradiſo Patres, ſi adortus eſt Prophetas, appetiuit Apoſtolos, ſi tāquam Leo rugiens totam circuit Terram, quęrens indefeſſus, inſomnis quem deuoret; ſuſcita me Terræ puluerem tu cœleſtis Adam, eſto mihi propugnator tu Leo Victor de tribu Iuda; ſeminis humani Redemptor, redime me ab ore Leonis, omniumq; miſerator miſerere mei. Excita virtutum Dominus me cum puella in Domo mea contritū, abſol ue ſumme ſacerdos me confitentē cum Iuuene in porta; Viuifica Vitę Genitor, me pęnitentem cū Lazaro in Monumento.

Domine

Domine ſi Mundi, ſi Carnis, ſi Satanæ quotidianis oppugnor prælijs, Iræq; filius cupiditatis humanæ ſtimulis prouocor; ſi horum ſentit aculeos cor meũ, & ijſce ut ſemper ardentibus, in hac Vitæ militia, inflammatur facibus; propugna oppugnante me, te duce expugnet pęnitens Anima mea intimas Dęmonum pugnas, & externas Infernorum impetus externo ſapientum tuorum lumine, caueat. Amen.

Domine ſi Dauidica ſanctitas, & Salomonis ſapientia, ſi iuſtiſſimi Iob probata Patientia violentos horum inimicorum impetus perſenſere, retine me nunc ſub potentiſſimo Imperio tuo, vt impœnitentem ſuperbiæ Principem, horum imitator conſuperem; ne cum Pharaone educetur, cum Aegyptijs excęchetur cor meum; ne cum impijs traducer in paſſiones ignominiæ, & cum inueteratis peccatoribus abijciar in reprobum ſenſum. Amen.

Reſpice igitur Mundi oculus vitam hanc, quæ eſt Vapor in nebula, in Aethere fumus, Vmbra fugax, in Mari Bulla, & perennis ſuper terram Ploratus, & Tentatio. Amen.

Reſpice Vitæ Pater Vitam hanc quæ paciſcitur in dubio, hoſtilique Agone cum Poteſtatum Principe perpetuum, & læthale Certamen. Amen.

Reſpice Vitæ lux Vitam hanc, multorum pondere peccatorum in miſeriarum Abiſſo detruſam, in terræ Ventre demerſam, & illam deprimat, & erigat humilis contritio ſua ſub belligerante manu tua; qua viriliter certet, & abs te Imperatore Cœleſti expectet moriens immarceſſibilem Vitæ, Gloriæq; Coronam. Amen.

Reſpice omnium Conditor Vnicam meam, vt eidem quotidie in quotidiana pœnitentia adſit humilitas, qua coram te omnipotente potens, coram inuicto Domino famula Victrix, coram tremendo Iudice miſeranda, coram ſeueriſſimo Patre venialis vtique filia appareat. Amen.

Reſpice Mortis Vita Vnicam hanc, quæ ſit ſemper tecum gratię munere victura, non cum Lazaro Veteris peccati lege iterum moritura. Amen.

Reſpice

Reſpice Mundi Rector Vnicam hanc, vt cadentem erigas, ſtantem ad Templum tuum teneas, gradientem ducas, dormitantem cuſtodias.

Reſpice Maxime Pontifex vnicam hanc, quę te corde, ore, & opere læſit Creatorem, & ſalutare ſuum; adeo ut peccati culpam contrito porro corde defleat, ſuſpirantibus Verbis accuſet, pęnalitatis operibus puniat. Amen.

Reſpice Cęli Sol Vnicam hanc, quæ pęnitens exhilaret Angelos, amiſſa bona recuperet, ſecundæ Mortis pœnas effugiat, & Vitam in conſpectu tuo inueniat, Viuat, & ſpeculetur æternam. Amen.

Reſpice omnium Viſio Vnicam hanc, quæ Calicem ſalutis bibat, in nomine tuo Ieſu, omnia ſperet, tecum omnia terrena ſpernat, & tuum hic tantummodo Nomen inuocet. Amen.

Reſpice Vitæ pabulum, Vitæ ſpes vnicam hanc, vt vox eius in peccati lachrimis te molliat, in tua diuina confeſſione exultet, in gratiarum actione dulceat, Aduocatos coram te Domine Ieſu mi in Cęlis multiplicet, Sacerdotes pro ſua ſalute in terra ſupplices mereatur. Amen.

Reſpice Victoriarum Virtus Vnicam hanc, quæ dextera tua de profundo lacu exiliat, Mortis vincula, rupto peccati fędere, infringat; tibi Creatori iungatur, dum a Diabolo deficit, in uia dirigatur ſalutis, dum recto tramite in Sancta Sanctorum pergit. Amen.

Reſpice Cęlicolarum Lænitas, Vnitas, & Gloria Vnicam hanc, quæ abs te Propitio Miſericorde, & conſolatore Deo finalem miſericordiam petit, ut impetret, dum illi in ſacramento Pœnitentiæ, ſeptem ſacramentorum Eccleſiæ vberrimos fontes latus, & Vulnera prætioſiſsimos Cœli, ac Terræ Theſauros, & Portam Paradiſi gemmatam aperis. Amen.

*Dei Saluatoris ad Hominis ſalutem, Inuitatio.*

VENI fidelis fidelibus Deus, omnis optimi muneris Inuentor, Largitor, Perfector; Veni, vt quem feciſti perficias, quem redemiſti inuenias, a natali ſeruitute ſeruum; a paterna mendicitate egenum; Veni vt largiaris mihi cœleſtium rudi, & æternorum pęnitus inſcio Gratuitæ Sapientiæ ſpiritum, quo diuinorum delibato ſpiritu, quæ Mundus concupiſcit abhominer, eius irrideam Theſauros, eiuſdem deteſter honores, & mihi vileſcant, ſordeſcant, decipiant terrena quæque.

Veni Hierarcarum ſublimis Imperator, & Dominator Humani, & Angelici intellectus Solare, Lunare, Stellatum, & nitidiſſimum Speculum; Veni vt ſub tuo omnipotenti Imperio mea polleat Infirmitas, & conualeat impotentia, tuoque cœleſti Dominatu terrena mea terminetur ſeruitus, & in te rerum omnium eſſentia, oculorum Intuitu, occultorum Veritate humanæ Vitæ conſiſtat, effulgeat, & figuretur aſpectus; da deſuper de beatis ſpiritus dulcedine dulcitudo beatorum, vt homo Angelica præſentia g audeat; da de puriorum, nobiliorumque ſpirituum Afflatu, quo Archangelorum hauriam, reuellemque myſteria, illinc mihi ſubtilis intelligentię infunde claritatem, qua te ſummum in omni opere bono Bonum intelligam, ſummam in ſummo amore Charitatem amem; pleniſsima dilectione colam, vnico cultu adorem, vna latria confitear, vna confeſsione contempler, vnica, & æterna contemplatione perfruar in Somno, in Vigilia, in Matutinis, in Noctibus, in Via, in Tranſmigratione, & in Patria.

Veni admirabilis viſibilium, & Inuiſibilium Ornatus, omniumque adminiſtrator, qui ſuſpiceris in Cœlo, Cœli Maeſtas, qui adoraris in Terra, Terræ Salus, qui crederis Mundi Creator, & Reparator, omniumque Regiminum Moderator, ac Iudex, talis, tantusq; mihi plane inſipienti, plane paruulo Butyrum, & Mel ſuppedita, hoc eſt, ſpectatiſsimi Conſilij Spiritum,

ritum, quo tecum ſciam, & ſapiam eligere Bonum, & reprobare Malum. Amen.

Veni ſalus in prælio fortis, Satanæ fulgur, horribilium Terror, ac Stragis exercituum, qui me præcingas imbellem almę Fortitudinis Spiritu, vt ardua ſalutis moliar, agam, patiarque fortia, & tecum fortis concurram pedes, Eques, Inermis, Armatus, & Victor in Bello. Amen.

Veni Germane Doctor, & Amator hominum Ieſu, qui mihi in dies Peccanti quotidie ſuggeras germanæ ſcientiæ ſpiritum, ut in hodierna vocatione mea fidelis ſeruus, & prudens opportune ſæcularia aggrediar, & deſeram; hoc diuo, ſanctoq; ſydere in honore deprimar, dehoneſtatus euehar; hoc Cęlum mihi ſit Patria, & Terra ſepulchrum; hoc libentiſſime eſuriā, Ieiunus explear; hoc ſtudioſiſſime exuberem, affluentiſſimus egeam; hoc luctuoſam humilium elugeam, afflictamque ſortem ſortiar; hoc pauperum tuorum Opes, & inopiam Diues, & Egens accuratiſsime affectem. Amen.

Veni Clemens miſericordiarum Rex, & ineffabilis Pietatis, Miſerationis, Retributionisq; Pater, & dum optatiſſimo tuo lætor ipſe, & glorior aduentu, impertire interim mihi tuæ amabiliſſimæ Legis charitatisque cultori parilem Pietatis, largitatisq; ſpiritum, quo afflictorum afflictationes innumeras Animi, & corporis intimo dolore ſentiam, quo plorantium ſuæ Vitæ miſerias, fraterna affectione miſerear, quo toties pupillis, miſerabilibusq; tuis pias adiutricesq; manus porrigam, quoties expedit, ut fraternæ Charitatis viſcera fratribus neceſsitate meis mendicis aperiam. Amen.

Veni metuende in omnium ſublimitate Regnorum vniuerſorum Speculator, Remunerator, & Punitor Deus, qui mihi Prophano tribuas Sancti Timoris Spiritum, qui cum in amara, & repetita millies in dies tui futuri Iudicij memoria, tremens quotidie tuum perpendam, timeamq; Tribunal, me tibi in omni gradu vitaque dedam, dum Mammonæ Infans, & Iuuenis, Annoſusque renuntio, per te ſęculum abnegem, ut pie, iuſteque viuam, ſic ut in pio amantiſsimæ matris Eccle-

ſiæ gremio educar paruulus, adoleſcens erudiar, ſenexq; confideam. Amen.

Veni cumulatiſsima ſanctorum Sapientia, beatorum beandorumq; Iucunditas, & emitte Cœlitus ſuper peccatricis terræ Nebulas ſupernæ Sapientię Spiritum, quo miſer ego, & præuaricator homo vias ingrediar Cęlo patulas, Angelorum æmuler ſemitas, coronandorum perſequar Caſtra, inter Iuſtorum conſtituar limites, vt illinc viatrix, ibi milles, ibi impolluta, ibi laborioſa ad te rediens Anima mea, ibi in Patria ſedeat quieſcat, ibi poſt tot terrarum pugnas, Coronetur, ibi epuletur, ibi ſatietur, in apparitione, & viſione Gloriæ Dei, ibi in te Fonte vitę viuat, Virtute Cœlorum vigeat, Aſtrorum lumine luceat, firmamenti decore condecoretur; ſicut in Sole Matutinę lucis almæ puritatis refulget Aurora, ſicut Sol in Orientis Solis conſpectu, ſicut Empirei Sol, in ſole, in luce Solis æterni. Amen.

## *Ad Dominum Ieſum Chriſtum, Contemplatio.*

QVAERAM te in Lectulo meo per noctem, noctis diem, diei Solem, Solis ſplendorem, & calorem, incorruptæ iuſtitiæ Sol, Ieſu fili Dei viui; quem pie, ſanctéq; colit tota Sanctorum Pietas; quem mirifice diligit omne Cor, omnis Amor, omnis Spiritus; quem ſuauiſſime cupit omnis gregalis Ouis, omnis Paſtor de illuminando, de redimendo Iſrael; quem diligentiſſime quęritat, quem ſitit, quem ſperat, quem inuocat in ſuis, alieniſque anguſtijs Anima mea; ut extollat manus itidem ſuas in ſancta, voluntario Dauidice ſanctitatis cum munere, præuijsq; Sanctorum meritis, & præcibus. Amen.

Quæram te Iuſtorum lucidum, regaleq; Caput, Chriſte Ieſu, Patris Verbum, Mundi Vita, Virginis Partus, Centeſima, Virginum, Sanctorumq; Merces; ut cor meum, conſcientia ſcelerum, de ſceleribus quotidie meis coram te conteratur, & tota amaritudine mea cum Pręcurſore ſoliuagus, cum Paulo

opero-

operoſus, cum Bartolomeo vigil, cum Hieronymo macer, cum Benedicto regularis,cum Arſenio lachrimans,cum Aegy ptiaca nudatus, cum Regalis Prophetæ Cinere, & Cilicio te cauſarum cauſam veſtigem, vnguentorum odorem odorer, gaudiorum præſentiam inueniam, omnium bonorum Specu lum ſpeculer. Amen.

Quæram te amicorum tuorum Robur; & Paradiſum; ut quæſiuit in ſeptem pietatis operibus Nicolaus, in tot aduerſis Ambroſius, in reuelatione ſanctorum Syrus,in agnitione Veritatis Thomas, ſub gladio Innocentes, in deſtructione Idolorum Fęlix, in Dæmonum victoria Macarius, in eodem conflictu Maurus, in amputatione capitis Fabianus,in duplo martyrio Sebaſtianus, in Mundi, Mortiſque victoria Vincen tius. Amen.

Quæram te ſummum dilectorum tuorum amorem, & præmium; vt quæſiuit in ignea columna Baſilius, in elemoſinis Patriarcha Ioannes, in Monte Carmello Cyrillus, ſub Atila Geminianus, ſub voracitate Leonum Ignatius, in ſancto Pon tificatu Gregorius, in affectato martyrio Longinus,in reuelatione Purgatorij Patricius, in fideli certamine Georgius, in ſcriptione veritatis æternæ Marcus. Amen.

Quæram te Domine, quem omnes conquirunt, vt quęſiuit ardenter in triplici exilio Athanaſius, prędicauit diuinitus in Prophetico ſpiritu Dominicus, repræſentauit inexplibiliter in oſtentatione ſtigmatum Franciſcus, inuocauit fidenter eui ſceratus Eraſmus, ſuſtinuit conſtanter in ſeptennaria combu ſtione Laurentius,nobis legauit amanter in exemplari Charitate, Humilitate, & Patientia Bernardus, te potitus eſt dulciter in crudeliſſimo martirio Bartolomeus, te obſeruauit ſapienter in Epiſcopali integritate Auguſtinus, ad te appropinquauit velociter in aſperrima pęnitentia Aegydius, ad te cucurrit ouanter in plurimo Martyrio Adrianus, ad te aſpirarunt viriliter Aſſarij Gorgonius; & Dorothæus, in tuis ad te veſtigijs demigrarunt ſuauiter, tuæ paſſionis aſſectatores Coſmus,& Damianus. Amen.

Quæram

Quæram te vitæ Theſaurum Theſaurorum Aerarium, Domine Ieſu mi, ſicut quæſiuit olim in calumnijs Aaron, in decollatione Ioannes, in carcere Hieremias, ſub lapidibus Stephanus, in fide, fletuq; Petrus, ſub optatiſſima Cruce Andreas, in puriſſimo Sacrificio Abel, in Oblatione Melchiſedech, in Iride Noe, in Rubo Moſes, in Manna Gedeon, in Pſalmis Dauid, in Tumulo Ionas, in contemplatione Ezechiel, in Martyrij Palma Virgines, in ſacræ Doctrinæ Aureola Doctores, & in ſanctiſſimi tui Nominis confeſſione eiusq; Laurea Confeſſores. Amen.

Quæram te Cœli Cœlorũ Mirabilis Habitator, & Artifex, Gratiarum Hoſpitalis Pater, & Deus, qui diuinitus ſuper Tronos Virtutes, & Poteſtates emines, qui ſedes in ſede Gloriæ, & inacceſſæ claritatis, a Dextris Virtutis Dei in excelſis, ut cęleſtis porro figura tua mihi mortali figuret futuræ immortalitatis Imaginem, me peccatorem ſancta ſanctificet, hominem diuina Deificet miſerum Beatrix beet; ita vt in priſtina ſanctitate ſanctus, & in Baptiſmali innocentia paruulus, me tibi parem vere membrum, Angelorum in præfata puritate fratrem, & Spiritus Sancti puriſſimum Domicilium. Amen.

Quæram te ſtellarum ſerenitas, & Luminum Pater, ut præferas menti meæ illam ſtellarum Stellam, quæ duxit, reduxitque Tarſis, & Arabum Principes; illud fidei porrigas Lumen, quod aperuit Prophetę Lumina, & Labia, in Viſionem, & canticum Gloriæ Dei, & Hominis; illis me igniculis diuini ſpiritus exuras, quibus in magnitudine charitatis videam, & ſentiam omne Datum optimum, & omne Donũ perfectum abs te profundiſſimo Diuinorum, Diuitiarumque Fonte ad nos cumulate & diuinitus eſſe delatum; illo Patrum Lumine luſtres, quo cum Abrahæ fide, cum Dauid miſericordia, cum Virginum Pudicitia, cum Apoſtolorum vnitate, cum Abellis innocentia, cum Noe Præſcientia, ſic te noſcam, & recognoſcam, abs te ſolo bona quæque procedere; vnde lux quotidie ſolis, ac ſyderum virtus, vnde terræ fruges, & fructuum varietas, vnde Animantium vita procedit, vnde cata-

ractes

ractes Cœli oculuntur, chriſtallini Fontes defluunt, & totius Mundi Cardines ſuſtentantur. Amen.

Quæram ego prodigus alter te clementiſſimum Cœli, Terræque Parentem, ut Cœli obtutu, e Terra reſoluar, Cœli ſpe rata ſede; in Cęli fidam, cupidiſſimamq; contemplationem eleuer; Cęleſtium mihi in omnibus indagata, & propoſita Gloria, ac Terreſtrium collecta, & cogitata Gratia; tuum ple num Gratiæ; & indulgentiæ Iuditium non horream; tuum de nique viſæ, & ſperatæ, & recognitatæ Miſericordiæ non timeā ſubire conſpectum; cui omnis Plauſus, & Maeſtas, Iubilatio, & Claritas in ſæcula ſęcula. Amen.

## *Ad eundem, Contemplatio.*

SVCCVRRE Domine omnibus fidenter, & perſeue ranter orantibus ante Thronum, Altareque tuum; quia ſolus fidelium Auditor, in fide orantes, & perſeuerantes fidenter, & amanter exaudis.

Succurre Domine, & auxiliare cunctis in neceſſitate implo rantibus a tua Diuina Maeſtate, & Benignitate ſubſidium, quia omnium Auxiliarius, & Prouiſor, omnium Generator, & Saluator, ſedes ad dexteram Patris.

Vide Domine Cęli Terræq; ſpeculum, ſpectrum, ſimilitudinemq; tuam, tui quondā ſimilem, hodie tā mirabiliter diſsi mīlē, quæ in fallaci luce defigitur, defixa cœcatur, & lux eius dum apparet, ſubito perit, & dies eius dum oritur, ſubito adueſperaſcit, dum ortu, meridieque claret, ruente cum occidente, moritur, & diutinis, denſiſſimisq; tenebris implicatur.

Vide Domine dies, & annos fugaciſſimę vitę meę, quæ veluti matutina, in olenti viridario Roſa, in florenti prato Floſcu lus, totus olet, & floret, & cum Occaſu Solis occidit, & fœni flos, cum fęno languet, cum putri fœno putridus putreſcit, cum eius ſtercore, ſtercoroſus fœtet, & iam cum eiuſdem ſor de ſordeſcit.

Vide Domine qualis eſt hodierna Vita mea, quæ dum inter

ter viuos uiuit, emoritur, dum euigilat, obdormit, dum ſapit ſomniat, dum perſiſtit, delabitur, dum ſtare connititur; Vanitas vanitatum videtur eſſe, & ſomnio ſimillimæ, quæ ad finem curſitat, velox, & fugax vt Vmbra.

Vide Domine qualis eſt in conſpectu tuo hæc militans, & Peregrina, mortaliſq; vita mea, quæ dum mortaliū viſui uidetur Vita, Mors eſt, dum diu me captat, illico decipit, dum du cit, ſeducit, dum in ſuum me amorem allicit, in fraudem illicit, dum mihi alludit, illudit, dum tota ſe ſe mihi credit, me irretit, dum increſcit, euaneſcit, dum exaltatur, exicatur, dum ſuis blanditijs hominibus dulcet, dulcis videtur ſtultis, & ama ra Sapientibus.

Vide Domine fictile manuum tuarum Vas, vas olim decoris, & hodie dedecoris, vas quondam honoris, nunc contume liæ, opus vere magnum, vere Diuinum, vnius hominis lapſu collapſum, vnius crimine vtrinque crimino ſum, vnius peccati macula a priſtina ſpetie immutatum.

Vide Domine prouidus, & pius pium, & elaboratum nimis Opificium tuum a concupiſcentia carnis ardens, a concu piſcentia oculorū pellectū, a ſuperbia vitæ penitus diminutū.

Noſcant hic ſancte Pater tuæ paternæ lucis Radia, palpent intactæ manus tuę Tunicam veram, veri Filij tui Ioſeph, quam peccati pedetentim comedit Tinea, quam veteres, & recentes deturparunt turpitudines.

Agnoſce ſummę Virtutis Faber priſtinum tuum de Virgine terra fętum, quem vafer prudens in Paradiſi delitijs fefellit Serpens, quem vorax in Terra tua deuorauit Leo, quem Mun dus vtique fallax, Morte fallaciſſime prodidit, & edax peccatorum Antiquitas in peccati Morte conſumpſit.

Reuiſe in dies hic beneuolentiſſime Pater, vnicam porro meam, filiamque vere tuam, quę mole peccatorum lento, varioque timore ſuſpenſo, graditur recto virtutis gradu, de Morte ad Vitam, & tranſuerſo vitiorum tramite tranſcurrit de vita ad Mortem, Abyſſusque Abyſſum ſuſtinet, & inuocat ſub vmbra Alarum tuarum.

Comple-

Complectere, & ſerena æternę ſerenitatis flatu Ieſu in hac Petri Naui, germanam, ſponſamq; tuam, vt temporarijs anguſtijs miſerabiliter aſtrictam, miſericorditer relaxes, multorum ſuſpitione malorum conſoleris ſolicitam, multorum ſeditionibus agitatam; in beata, beatorum Pace confirmes.

Agnoſce Magne Faber de Terra, & puluere facturam tuã, tam cõcinne, & eleganter formatam, vt talis tamen breui temporis curſu diſſoluatur, & reuertatur in terram ſuam.

Agnoſce huius Vitæ Vitale Lumen, Vitam hanc ſub imperio ſane tuo Vmbræ æque fugacem, ac ita permanentem, ut tranſitum Pedis Veſtigium; tam ſpectabilem, quam ſubitæ viſionis Nebulam miſeriarum turbinibus euolutam, a radijs ſolis fugatam; eiuſdem memorare Gloriam, tamquam Terræ puluerem, & Fœni florem, a Mortis falce reſecandam, ab aduerſariorum Ventis percuſſam, tentationum Ventis exagitatam, breui proſperitatis flamine erectam, cito Mortis pede diſperſam; repentino æternæ Mortis fulgure tollendam.

Tolle pœnalitatis, & mortalitatis eius anxitudinem, tu ſolus immortalitis æternæ Pater, & totius beatitudinis Deus.

Tolle natalis conditionis reminiſcentiam, tu beata dilectorum tuorum Sors; & dulcis paſſionum humanarum Memoria.

Tolle humanæ Vitæ laborem, & luctum, tu Iuſtorum requies, & gaudium; Tolle pauorem mortalis exitus, eiuſq; miſerias, tu dubiorum Securitas, & Gloria miſerorum.

Pateat tibi ſumme Imperator in Terreſtri certamine, illius vitæ Mortiſq; curſus, & affectatæ in dies Gloriæ ſuæ recogitetur difficultas.

Occurrat tibi Domine Dominantiũ Ancilla tua de immundo concepta ſemine, vt quando munda de Mundo liberabitur Columba tua, Mundus tibi ſuccurrat totus Peccatum, & Vanitas, & perpetua ſuper Terram Afflictio, omnis homo viuens.

Pateat tibi Peccatorum, Sanctitas, Domine Ieſu mi peccatorum grauedine grauis, peccati mortalitate mortalis, Aeuæ filia, & famula tua, vt quando exibit de carcere, & euolabit moriens de corpore Mortis huius, peccata tollas cum Miſeri

cordiꝗ Vexillo, & ipſam vere filiolam,& exulem, & peregrinā in finali ſanctitatis immortalitatisq́; Patria recipias.

Pateat tibi Ductus, Duellum, Victoria, Pax, & Corona, Virorum Ieſu, oppugnatorum ſuorum toties tentata,& probata pugnis Bellatrix tua, ut nobilius illi decernatur per te Diadema, faciliorq́; pateat introitus in æternæ Pacis Domicilium.

Sine Domine vt in paucis vexetur Vnica mea,vt multorū illi ſit præparata Requies Bonorum in plenitudine Gaudiorū.

Sine Domine,vt diu tecum deferat ſancte tribulationis paſſionisq́; Lignum, vt illi diu pariter aſſideas,illam e peccati manu eripias,& in ſereniſſima Equitum tuorum Curia glorifices.

Sine Domine laborare illam in Gemitu ſuo, quo vere pœniteat, ad te confeſſionis vocem pro iuſtitiæ munere effundat.

Sine Domine, ut abs te ſpiritus eius famelicus poſcat Panem vere Cœleſtem, vere quotidianum, cordis quidem gemitibus ineffabilibus, vt ſæpe in fidei meritis petat, orationis pro meritis impetret, futuræ patriæ cupida, intra ſe gemmat, ut labores interim manuum ſuarum colligens, Manipulum tibi ſuum deportet, & offerat; & in oblatione metat, æternarum diuitiarum Meſſem; in Regno tuo, Regno quidem Cœlorum, Regno Iuſtorum, in ſęcula ſęculorum. Amen.

## *Ad Eundem, Meditatio.*

DOMINE qui es vnus Deus, & vnus Mediator Dei, & hominum Homo, Chriſtus Ieſus, qui omnibus vere diſcipulis tuis, te in credulitate orantibus, dixiſti Verax; *Petite,& dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis*; ego peto (nunc fide adoptiuus, & ſpontanea pauperie condiſcipulus tuus)erratorum meorum impunitatem, abs te Patris æterni Filio, omniumq́; Patre Cœleſte; te quero ſecuritatis Viam, omnium veritatē, & Vitam; te frequenti oratione mea pulto, auream Paradiſi Portam; qua te vnum Deprecatorem ſalutis in Cęlo, & te vnicum in Terra pernicialis Vitæ meæ perfugium habeam. Amē.

Domine

Domine qui deſiderium pauperis (Nutritius, Hoſpitaliſq; Pauperum, ) exaudis Deus, & intimis egentium ſtudijs arrides, fiſq; miſerandorum votis, & efflagitatis obuiam; qui Annę pariter Samuellis piæ, & ſanctiſſimæ matris intimas, & tacitas ſpectaſti, audiſti, & recenſuiſti Preces, quæ cordis accepta ſonoraque voce, & internis viſcerum lachrimis dicitur te Dominum oraſſe; pari dolore nunc mutuoque piæ Mentis aſſenſu, & ijſdem diuinæ meditationis cum gradibus, dirigatur mei taciti, taciturni, & pauperis, humillima, fidiſſima, & attentiſſima Oratio, ſicut incenſum in Auditorio tuo, ſic vt tribulationem meam coram te cordis mei Scrutatore, & Miſeratore pronunciem. Amen.

Domine qui in charitatis monitis, & ſalutis præceptis, pręcepiſti nobis, te Viuorum, & Mortuorum Iudicem pie, & ſancte æque pro Viuis, ac Mortuis frequenter orare, tibiq; in omni rerum euentu Matutinas, & Veſpertinas acceptas, & debitas referre gratias; ſint in Aurora, & Occaſu Solis, te mandante, & auſcultante Ieſu, piæ obſecrationes coram tuo pijſſimo foro meæ; ſint iuſtiſsimarum gratiarum pro Viuis poſtulationes ante tuum Iudiciale Thronum; ſint pro omnibus hominibus efficaciſſimæ preces ante curiã, ſubſelliamq; tuam; ſint in omnibus gratiarum actiones ante tuorum Cantorum Choros; ſit ſpecioſa mea de te laus ante Angelorum tubas; ſit in ſanctorum pietate dulcis erga te meus Hymnus, & Cantus, ante dulcia, & beata Cantica tuorum Canticorum. Amen.

Domine qui pijs fidelibus, te fidenter orantibus huiuſmodi ſcriptum reliquiſti, euãgelicę Veritatis Teſtator, & Doctor: *Omnia, & quæcunque petieritis in oratione, credentes accipietis:* cuius nimirum fidei, & orationis robore, fortitudine, & merito, Moyſe, & Samuele te indubitanter orantibus, vicerunt Amalechitas, & Philiſtęos Hebræi: da Domine tu in Bello Fortis, & in Terra Potens, dum triplici Bello conflictor, & agitor ipſe, & in ſummum ibi Vitę diſcrimen adducor, te fideliter inuocem, & orem, in tuarum gratiarum patrium, amantiſſimumq; ſinum anxia, & affecta oratione mea confugiam,

effundam ſuper te Dominum verum, cordiſq; Paſtorem; cor meum Iactem ſuper te ſummæ prouidentiæ Patrem curam meam; ut mea,& totius Eccleſię Fides, in te æquanimiter cre dens, Spes, & Charitas, orans, tres inimicorum exercitus fideli orationis gladio diſſipet, diſsipando conterat, conterendo deleat. Amen.

Domine qui cordi contribulato, & conſtanter oranti, ijs Regalis Prophetæ vocibus ades inquiens, *Me inuocans in die tribulationis, eruam libentiſſime te, & tu honorificabis me*; Erue me tandem Patrum meorum Lux, & Libertas veluti Hieremię gregalem, ex hoc non Vitę, ſed Mortis ſqualido carcere; vere Daniellis Aſſeclam, ex abrupto voraciſsimorum Leonum Lacu prouidenter emerge; meq; trium puerorum in flammea, repentinaq; Morte aſſeſſorem, a flamma Mortis aſſerua; vt vere cum lactentibus ſapiens, & cum iunioribus, & ſenibus in fide conſpicuus, tua manu a vinculis, a feris, ab impiorum manibus ereptus,te cum Prophetis glorię diuinem paientem, te unicum Deum cum Babylonis Adoleſcentulis confitear,adorem te ſalutare Gentiū,& vero religionis ſpiritu exorem;te Virtutū Dominum in rerum Veritate contempler.

Domine qui impollutam, criminatamq; Suſannam ad te in iuſta oratione clamantem a calumniantium liberaſti crimi ne; Stephanoq; lapidibus obruto in eiuſdem Mortis articulo aperuiſti Cœlos; in Cruceq; perorante, & expirante Latroni, immenſa Paradiſi patefeciſti Clauſtra: libera identidem me cum Virgine, probris, & maledictis vexatum, a labijs iniquis, & a lingua doloſa; & cum Stephano a lapidatorum lapidibus cooperto, & in te Domino meo dormienti, æternę Vitæ largitor ad dexteram patris appare, & cum Latrone crucifixo, in ſalutari Cruce, confeſsioneq; mea, oſtende te mihi ſalutare meum. Amen.

Domine cui Iuſtorum Humilitas,& Oratio adeo probatur, & perficitur, ut coram te humilium Oratio nubes penetret,& aurea ſit Cœli Clauis, quæ recta in Cœlum via illuc aſcendit, ubi auditur in dies Iuſti deprecatio, & deſcendit affluentiſſima

ma

ma Patris Dei Miſeratio; da munificentiſſime Deus, vt ieiunus, & anguſtus animus meus, Cœleſtium mira contemplatione depreſſus, tuorum meritorum latitudinem in fide, & humilitate capiat; humilitatis alis eo altitudinis euolet; vbi ſine Pane paſcitur homo, ſine Diuitijs diteſcit egens, ſine Aquarum Fonte immortalis aperitur diffunditurque Fons, & Torrens voluptatis; vbi cum malorum abſentia, adeſt Summi Boni intuitus, bonorumque præſentia; vbi ſine Morte con ſtitit Vitæ poſſeſſio; vbi Viget vna ſine vllo odio Charitas, auditur vna ſine murmure Vox, attenditur vnus ſine vlla diſſenſione Aſſenſus; inſaturabiliter paratur vnum ſine fame, & ſaturitate, & cum fame, & ſatietate Conuiuium, vbi exprimitur vna in te Deo Viuo vnica Viuentium Vita, omniumque bonorum Fonte, omnium mirabilium tuorum Viſio, Admiratio, Gloriatio, Laudatio, & Contemplatio. Amen.

### *Ad eundem gratiarum actio.*

QVID retribuam tibi Domine fortitudo mea? Pro omnibus quæ tribuiſti mihi? Si tua conceptio fuit mea prælectio? Tuæ Natiuitatis humilitas, meæ vitæ ſublimitas? Egeſtas hubertas? Nuditas puritas? Præſepium obſequium? Peregrinatio tranſmigratio? Labor amor? Deſpicientia honorificentia? Abominatio adoptatio? Perpeſſio protectio? & Mors Vita?

Quid retribuam tibi Domine liberator meus pro omnibus quæ gratuita, liberaliſſimaque manu tribuiſti mihi? Qui me creaſti, quando non eram? ſaluaſti quando interieram, quando pręcipitaram eleuaſti, indulſiſti quando deliqueram, ſuſtinuiſti quando cecideram?

Quid retribuam tibi Adiutor, & ſuſceptor meus? qui me reduxiſti profugum? Stabiliuiſti erronem? Suſcepiſti orbatum? Operuiſti nudum? Locupletaſti egenum? Vertiſti me de viliſſimo mancipio in clariſſimum Regem? de hominis nato in Dei filium? De Inferni reo, in Paradiſi ſucceſſorem?

De

De Limo in Cœlum? De Stercore in Gloriam? De Homine in Deum? Ac de Terrenæ, mortaliſq; Vitę ſemine, in diuini, & immortalis Aeue prolem?

Quid retribuam tibi Domine Ieſu mi, cornu ſalutis meæ? ſi Viarum mearum vnica peregrinatori ad te mihi dirigeris ſemita? Infirmitatum concluderis ſanitas? Viuis ægritudinum medicus? Fis dolorum lenitas? Vnicum humanarum tribulationum imploraris perfugium? Nunciet hinc affabiliter mihi meus a te cuſtos Angelus, vbi in amore paſceris, vbi cupidus, amanſq; langues, vbi quietus, voluptariuſq; cubes; vt inibi tecum in pari eceſſu, ardore, exuſtioneque langueat quæ informat Vitam meam, doceat me tecum totum in amore Mundi circuire gyrum, ſimul diuitem, & pauperem Inferos egredi, ingredique ſuperos; & Hymnis cœleſtibus in Terræ miſerijs inter amatorum oblectari Choros; dum tu paſſim Pater, Comes, Requies, Deuſq; meus ad ſupernam Hieruſalem viatori mihi occurſas currus Iſrael, & occurris Auriga.

Quid retribuā tibi Domine meæ Vitæ in indigentia Alimētum? In acredine Dulcedo? In cœcitate Lumen? in omni malo, terraque Bonum? Si vis in magnitudine amoris a dilectis filiolis adamari? Ecce qui abs te valde amatur, & totus amat? Ecce quem ornaſti; qui te diuinis laudibus exornat; quem honeſtate, qui te fidiſſimus adorat; quis ſum ego coram te glorię Domino Deo, Dominatoreq; ſæculorum? Qui tantopere cupias a me viliſſimo Fœno, Pluma, Bulla, Stercore, Nauſea, Culpa, & Aerumna diligi? Si tu illimis? Ego Limus? Tu Summum in omni Terra Bonum? Ego vbique malum? Tu omne omnis pulchritudinis Pulchrum? Ego omnis deformitatis æuitas, & fœtida imago? Tu Patris honos, ego Parentis mei, turpificata ſoboles? Tu omnis voluptas, & Grauitas, ego omnium mœſtitia, & triſtitia? Tu omnis ſplendoris Lux, Odoris Suauitas; Amoris Charitas, & Charitatis præmium, præmiorum Paradiſus Paradiſi magnificentia? Ego cum Adæ in lymbo tenebricus, cum Lazaro in Morte fœtens, cum Proditore in cupiditate liuidus, cum Iſrael in de-

ſerto quærulus, cum Publicano in plateis ſordidatus, cum Magdalena in agnitione incultus, cum Inferni reo, Inferni dolor, & angor, Aeuę filius, Aeuæ planctus, Adæ hæreditas, Adæ nuditas, peccatorum corpus, & membrum, peccati dolor, & mœror?

Quid retribuam tibi Domine pro omnibus, quę cumulatiſſime tribuiſti mihi? Si totus coram te deformis appareo? Abominandus incedo? Explodendus accedo? Reſpiciendus aſpicior? Negligendus acceptor? Refutandus admittor? Obticendus auſcultor? Repellendus appellor? Repudiandus recipior? Plane dimittendus benigniſſime audior, & exaudior?

Quid retribuam tibi Domine Saluator meus pro omnibus, quæ amantiſſime tribuiſti mihi? Si peccauit in te Caro mea, & tu in illa pateris Deus? Si viuo ego mortis reus, & tu in reatu moreris meo? Si ſuperbiui in te Deum Creatoremq; meũ, & tu ad creaturę Patibulum inclinaris humilimus? Si vetitum comedi Pomum, & tu Patris vſque ad Mortem obedientiſsimus, & obſequentiſsimus filius? Si in Delitiarum Horto complacuit mihi prohibiti abs te fructus amœnitas, & guſtus? & tu in illo patienter affligeris amaro, acerrimo, & horrido Ligno? Si modicum ingurgitaui dulcoris, & tu in tot tantiſque tormentis inglutis amaritudinis plurimum? Si debitor ego, & tu debita tibi mea affatim aſſummis, & aſſummendo ſanguinis, & animæ prodigus, prodige; profuſeque dimittis? Si ego damnandus, & tu culparis? Ego noxius, tu innocens? Indecenterque condemnaris Iudex, & iniquiſſime puniris Deus?

Quid retribuam tibi Domine Ieſu ſpes mea; ſi conſtas meę captiuitatis vnica Redemptio? ſeruitutis flores Libertas? Exilij præſtrueris Patria? Vitæ viuis mortalibus Suſtentaculum? Mortis crederis Reſurrectio? Sugat hodie ſitienter, è tuo mellito Latere Mel amarulenta Anima mea; tibi demat è tua puriſſima carne famelica Alimonium; delibet, è tuo profuſiſſimo ſanguine ſiticuloſa Merum, promat in Vitæ Victum, in ſalubritatis Viaticum, in Dei, & hominis Gaudium; vt tam præcel-

lens

lens filij amor, gradatim redundet in patrio; paſtæque, & rediuis creaturæ in Creatoris,refectorisq; Charitate,æque fluat, ac refluat, termineturque Charitas; quis tibi iccirco valet gra tes perſoluere dignas Ieſu mi? Si tu pleniſſimi amoris Fons, humana affluenter fœcundas in affluentiſſimo amore corda? Humanæ Vitæ viuis regnasque Deus? Humani corporis luces; & æternaris Anima? Excellis animæ dignitas? Superemi nes animæ celſitas? Clareſcis animæ claritas? Eiuſdem æternitate propagaris in Dei Gloria Beatitas? Qui tam frigeſcit, Qui tuo tali tantoque amore non ardeat? Quis tam obduratus, Qui in tua teneritate magna non teneriſcat? Quis tam inhumanus, Qui tua molliſſima humanitate mollitus nō molleſcat? Non mitificetur? Non manſueſcat?

Quid retribuam tibi Domine Protector, & Redemptor meus? Dum tuis indies me magis, atque magis alligas, trahisque amoris catenis,ad illum, qui coram te ſemper ardet, ir radiat,& augeſcit ignem? Ibi fac vt indiuiduo amoris edar,& abſumar incendio; da ibidem quod creaſti repares, quod redemiſti ſerues,quod ſacramentis præſeruas, in amore conſerues. Oſculare me interim pijſſimo oſculo tuo dilecte mi,quo nihil niſi tuum in caſtitate baſcium ſuauier, nil niſi tua in illo amabilia millia, totidemque ſuauia amare contendam,nil extra tuos dulciſſimos concupiſcam amplexus, ſine te, nihil exquiram,te vnum pudicisſimi amoris præſtoler amantem, ama tum, amorem, & ſponſum; te vnum ſpectabile ſpectem, Dei contuear ſpectrum, Cœli ſpectaculum inſpectem,tibi ſoli toto ſpiritu deuouear in omni Vita conſacrer, & dum tibi conſtanter offero vtrinque in amore captiuum, varioque vulnere cruentatum cor meum; captiuam duc tanti dilecti, cruenteq; Victimæ captiuitatem,quo duxiſti patres ab Inferis meos.

Quid retribuam tibi Domine pro omnibus, quæ amantiſſimè tribuiſti mihi? Si me quotidie vocationibus millibus vocitas ad omnigenum tui amoris aceruum, gratiæque ſinum? Permitte Domine vt dum illum ego ſollicite quæro,late,& in tempore inueniam, dum meam ad tuas fores attrahis dextrā,

ac

ac illas pultem, dum pulſo, adeo propitius aperi Ieſu, vt in patenti aditu tuis elemoſinis ſubleuer inops, recreer afflictus; ne me vllo vſquam tempore eſclude Cœli Ianitor ab æternæ Vitæ toties indagata, & pulſata Ianua; vnde tota mea pendet hodierna, futuraque Vita, cui porriges Magne Pater hunc amoris, ſaporiſque Panem; ſi mendicanti denegas? egenti minime diſtribuis? Qui pro gratuita mercede Mercenarius in ſua villicatione tuus ſummet, & manducabit illum? Si qui quẽ eſurit, & veſtigat, ſine te quærit, & laborat incaſſum? Cui imperties amantiſſime Ieſu mi tuas de Vitæ Theſauro ſubſtantias? Si inſtantiſſime pulſanti claudis? Et petenti ſubtrahis? Quæ dabis alme Pater te non orantibus, nec diligentibus? Si qui in filiali amore te rogant, & obſecrant non audiuntur? Ad te igitur dum clamat, & pulſat fames, amor, oratioque mea: Audi, aperi, introduc Domine in Domum tuam, me vagum, & egenum, eſurienti frange panem, concede ſupplicationes ſupplici, Orantis ſuſcipe vota, & carnem ibi tuam ne deſpexeris; tu orantis Auditor, pulſantis Hoſtium, eſurientis Satietas, egẽtis Opes, deſertorum Hoſpitium, & Honos deſpectorũ. Amen.

## *Ad eundem, Exoratio.*

APERI qui portas aperuiſti Cœli, ferreã, lapideamque cordis mei Ianuam, tu magnæ Domus Dei Ianitor, vt in interioribus meis tuorum vulnerum diffundatur amor, profundaturque dolor; & ita diffuſus, ita profuſus de tuo erga me loquatur amore, illum in varia voce ſignificet, illum in vario patibulo, ſignoque demonſtret, illum in varijs linguis, & miſterijs interpretetur in dies; ſic, vt tuæ pijſſimæ Crucis auditor ego, geſtator, & cognitor, tui dulciſſimi ſanguinis potor, diadematis auctor, Mortis effector, in te totus æmula caritate reſoluar, mutua paſſione experiar, & ſentiam, quam omnis, præ tuo frigeſcit amor, nec ſimilis inuenitur tuo Dolori Dolor.

Aperi qui a natiuitate Cœci aperuiſti lumina; lucifuga, &

elucificata animæ meæ lumina, tu Inferni beata olim Dies, & perenne nunc Paradiſi Lumen; quo te videam fidei Solem, te ſanctorum accendar Igne, amoris Luce perfundar, amatorum perfricar Amante, amorum excurar Flamma, ſuper omne diligam Dilectum, præter omnem Amorem amem; tuorum mihi amicorum omnifariam illuceas Amor, vere Miraculum, vere Stupor, vere Gaudium.

Aperi mihi de Morte Sepulchrum, qui ſine tactu humatorum aperuiſti tumula, tu mortuorum vita, tumulatorumque reſurrectio; vt per te caro mea in incorruptionem ſurgat, cum Patribus, tecum immortalitatem induat, tuis cum mēbris ſperata impaſſibilitate polleat, præuiſa claritate fulgeat, ad tuæ Mortis memoriam, cum ſanctis, rediuiuisque tuis in ſancta ciuitate appareat, te vnum in Cruce Saluatorem emortuum, credentibus annuntier, Mortis atteſtetur Victorem, Infernorum diuulget Triumphatorem; cum gloriaque redeuntem in Dei Patris Regnum aſſeueret.

Aperi mihi tuos, qui Mari aperuiſti Fontes, & Flumina, tu Maris dilatator, Fluuiorumque puritas; vt ibi Vita tota in lachrymarum flumen vertatur mea, molitudinis fons fiat mea duritia, fluat, & tranſeat meæ conuerſionis fluxio, puritatis aqueductus; ſic ut tuo recondatur alueo, & reſorbeatur aquis, ibi dum Mundo abſconditur, Deo pateat; dum a Mūdo ſeiungitur, Deo ſocietur; dum Mundo moritur Deo degat; in Deoque tanquam omnium gratiarum Mari magno plane abſorta, hominibus deliteat; in Dei ſtabilita ſinu, veluti ſuorum Theſaurorum quieta profundo, quietisq; ſuæ finali Centro obruta, demerſa, collocata quieſcat.

Aperi mihi Mundi Creator, Mundi Saluator, tuarum miſerationum Gremium ſane Paternum, ſane Diuinum; qui ſuper diræ Mortis ſtipitæ tuis aperuiſti perditoribus imum ſalutis latus, dilataſti miſericordiæ brachia; adeo vt te vnicum ad hoc indulgentiarum profluuium cum Samaritana Adultera Samaritanum fatear, cum dilectiſſima tibi ſorore Marthæ, te vnum Amantem, & Ieſum ſuſpitiam ad Crucem, cum Virgi-

ne Matre mutuæ Mortis plorem, & contempler Imaginem, cum Ioanne viuente ſuper pectus tuum in Cœna recumbam, cum apoſtolico cœtu in fida, in ſancta, in ſaluberrima communione diſcumbam; ſic, ut tuæ ſolemnis Paſſionis dilectiſſima Cœna ſit mihi quotidianus tuæ flebilis commemorationis apparatus, Fletus, Potus, Panis, Doloris eſus, mea diſciplina, Crux, meum Vexillum, patibulum; tuæ me ad Crucem recolligant, in cruce perforatæ manus; tuus in cruce deficiens ſpiritus, meum in illa recreet; perſoluant mea, tua verbera debita; perditum vulnera ſaluent; vinctum vincula ſoluent; immundum tui ſudores lauent; orbatum ligata ditent; arridum ſanguis potet; ieiunium caro cibet; meam mihi gloriam tua Paſſio commereat; tua conſumatio compleat; mea natiuitate defunctum, tua Mors regeneret; tuus de cruce amor, me de cruce inebriet; ſatis pro me Patri faciat, penitus placeat, & omnino complaceat. Amen.

## *Ad Eundem, Contemplatio.*

TRAHE me Domine poſt Crucem tuam, vtique ſanctam, vere ſanctum, plane ſalutiferam, vere ſaluandum; qui pro mea ſalute toties ſaliſti in Montibus, & tranſilijſti Colles; ad Vnguentorum tuorum doce me accurrere odorem, dum dilatas cor meum, quo Mandatorum tuorum diſcam, & currere viam; in ſterile Terram Vineam cole meam, quæ felle, botroque careat; impingua Vitem, quæ producat vuas, & non labruſcas; fęcunda vineam, quæ non areſcat; irriga quæ non ardeat, & fideli mihi agricolæ loca, qualem maioribus locaſti meis; ne auferatur, & dirimatur ſepes, ac diruatur, & conculcetur maceries eius, & dum ad illam deſcendis, fac, ne ſuper eam aſcendant Vepres, & Spinæ. Amen.

Verrat Domine meæ conſcientiæ mucidum, impurumque thalamum Sancti Spiritus ſcopa, vt fiat æque Dęi ſedes, ac Paracleti Requies: non tam hominis cubiculum, quam Dei, &

hominis cubile; da vt frumentationis eius ventilet Aream ſanctæ pœnitentiæ ventilabrum, quo ſibi in horreo magno, magnos accruet aceruos; expurgent lippitudinem meam tuorum Sacramentorum collyria, qua puro, & illuminato corde te fatear de Deo Deum, noſcam de Lumine Lumen, videamque Gloriæ viuentem plenum Gratiæ, & Veritatis. Probet tui amoris ignis probandum meæ erga te charitatis aurum: vnde ſanctam Hieruſalem totam Sapientia, Virtute, & Charitate auream, totus Sapientia Lucidus, Virtute præditus, & ſanctiſſimo amore aureus, ingrediar. Permitte prouide Paſtor, & Medice, vt mea lauent delicta plurimæ lachrymarum aquę, vt plurimæ exultationis meſſi fruar ego, utar, & gaudeam in Paterna Domo opulenta: erudera ſalutis Auctor me totum ferreum tuarum tribulationū lima, tolle peccati nebulas Sancti Spiritus vento: ſic, vt in te Domino meo meis criminibus dominer, Vitæ genitore ingenerer, fidei lumine videam, amātiſſimarum Vinearum plantatione planter, beatæ puritatis ſpiritu renouer, fœneratorum centuplo vitam fœnerer immortalitate affluentem, tuæ Dexteræ amplexu diuina complectar, tua dilectione Mundi fugiam dilecta, qua vere Capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Betel aſſimiler. Amen.

Reuela te mihi Domine, qualis reuelaris in Mundo iuſtis, in Cœlo ſanctis; vt ego membrum in omni Terra tuum, te Caput meum videam aurum in puritate mundum; tuos in virginali Venuſtate flauos agnoſcam crines; in Solis lumine ſolares contuear oculos; canoram, & liquidam in murmure Aquarum audiam, obſeruemque vocem; fabriles in maioris minorisque Mundi fabricatione recogitem manus; ſacratos ſuper Mari, omnique Terra deoſculer pedes; ſanctæ ſpirationis odorer inter ſanctos, peccatoresque nares, nimię ſuauitatis in miſeros, in beatosque gloriæ inſpiciam Vultum; quo tali oblectatione viſus, offeram tibi Corpus in tota Myrha meum, in Thuris ſacrificio Spiritum, in Angelica contemplatione Mentem, in panegyricis Linguam, in fide Cor, in agone Pectus, in renouatione Animam, in dulcedine Labia, in fideli ſpeculo

Lumina,

Lumina, in tuæ fragrantiæ odoratu Nares, in tua memorabili memoria Caput, in tuarum vocum auditu Aures, in tuis attendendis ſenſibus Senſus, in benedictionum ſeminibus Manus, & in obſequio Pedes. Amen.

Aſſide mihi Domine, vt Teclæ in flammis, veluti Petro in fluctibus, tamquam Ioſeph in carcere, vt puta Danieli in lacu, vt tribus Babylonicis Pueris in camino fornacis cum Cęleſti rore aſſidiſti; ut tua vere beatrici, veri fœlici, ſola mirabili, & vbique glorioſa præſentia, dum viget deficiat, dum ſitit expleatur, dum eſurit exuberet, dum ieiunat ſaturetur, dum impletur eſuriat Anima mea; caput contendat tota totum adorare tuum (triplicis Eccleſiæ caput) (idemque ſummam, diuam, mirabilemq; Patris meditetur eſſentiam) ſpeculetur oculos, (Cœli Lunam, Cœlorumq; Solem) auribus quotidie ſtudeat hęrere tuis, (vniuerſalibus Angelorum, ſanctorumq; intelligentijs) inuiſibilia concupiſcat videre viſus (incircunſcripta diuinæ Maieſtatis radia) linguæ (ut Sancti Spiritus) audiat eloquio; Vlnis (vt almæ Virtutis ſuſtentetur amplexibus) ardeat attrectare digitos (Sanctas Sanctorum dictiones Prophetarum,) virtutum Manus, Amoris Alas, humanitatis Pedes, diuini Numinis Capillos, Iudicij occulti Pupillas, gratiarum Nares, vtriuſque legis Labra, & totum denique Iuſtitiæ, Gratię, Gloriæq; Corpus ſentiat, apprehendat, glorificet Hoſtia, Viator, Comprehenſor in Igne, in Mari, in Portu ad Magnalium tuorum Gloriam. Amen.

## *Ad eundem, Meditatio.*

QVID es beatiſſimus Cœli, Stellarumq; Rex, cur ego miſer tuam Beatitudinem negligam præ mea miſeria? Tuam Fragrantiam non odorem præ meis fœtoribus? Non præponam mihi tuam in hodierna mortalitate Vitam, in fragilitate Manum, in errore Sapientiam, in ſurditate Vocem, in ęrumna Fœlicitatem, in paſsione Dulcedinem, in vexatione Crucem, in Cruce Virtutem,

in

in Virtute Conſtantiam, in perſeuerantia Charitatem, in Charitate Patriam?

Quid eſt Dominator, & Deus: cur ego ducor Creatura potius, quam te Creatore? Seruitute quam Libertate? Vanitate, quam Aeternitate? Culpa quam Gratia? Ignominia, quam Gloria? Hic me magis commoueant motus, ſenſusq; mei, quam tui; magis me meæ, & peccatorum delectent ſordes, quam Sanctorum delitiæ? Satius Mundi ſitiam amara, quam Paradiſi dulcia? Malim carnis prunas, quam Angelici Spiritus pruinas? Terræque Spinas, quam Cęli flores, & Paracleti fructus?

Quid coram te tantum commerui ampliſſimus amicorum tuorum Amator, & Remunerator? Vt amor erga me tuus nullo circumſcribatur Limite? Nullo conſumatur Tempore? Nullo terminetur Amore? Si te non beneuole ſequor, ſed maleuole proſequor? Et tu mihi inſectatori faues, & ades? Si tuam millibus meis conuitijs conſputaui Faciem? Et tuum ori meo totidem dediſti in amore, ac prę honore ſuauium? Si te blaſphema pupugi lingua? Et tu mihi tuas Paternæ benedictionis aperuiſti Fauces? Si te omni compleui dolore, dum me omni repleres Iucunditate? Si ego tibi necem, tu mihi dè morte retribuiſti vitam?

Quid te in omni Virtute pręſtantius, in Merito dignius, in Amore amabilius, Mundi Saluator; qui hominum vitia permutas in Virtutes? Peccatorum reatum in Gratiam? Iuſtorum Charitatem in Diuinitatem? Captiuorum exilium in Regnum? Num ſolus Vitæ Pater, & Mundi Iudex vis e vaſto Iudicij delere libro horrida, & immenſa peccata mea? Dum tibi exaduerſum obijciuntur in meis, alieniſq; plagis infinitæ in hominem peccatorem pietatis plagoſa Viſcera? Liuores enudantur Vulnerum, a Vulneribus meis? Potionis renouatur Abſynthium ab humana amaritie? Coronæ ſentiuntur ſenties a meis ſenſibus? Clauorum renouantur foramina a ſceleratorum aculeis? Feneſtra panditur lateris a maleuolorum perfidia? Laceratio recrudeſcit corporis de obtrectatorum morſi-

morſibus? Totus animæ increſcit Angor a totius Mundi triſtitia? Apparatus recolitur funeris a noſtro patrato funere? Latronum ſpectatur ſocietas a plurimorum latrocinijs, Conſanguineorum ploretur diſiunctio a ſeiunctione fidelium? Amicorum præuidetur in mea defectione rebellio? Inimicorum tolleratur in mea feritate crudelitas? In meo tui patibuli acerbitas? In mea tua Patris orbitas? In mea delictorũ malignitas, Patriæ vtique ingratitudo? Saluandorum Perditio? Viuorum occaſus? Mortuorum horror? Regni filiorum interitus? Et horum omnium confuſio, & cruciatus æternitas?

Qui te in omni Charitate carior, in qualibet virtute acceptior, in Amicos fidelior, in Inimicos amicior, in Homines propenſior, Chriſte Cęlorum, ſęculorum Rex? Dum qui te iniurijs, tu illum honoribus afficis? Qui te irritat, allectas, qui pariter imprecatur, pro illo itidem dęprecaris? Qui ſe tuis ne ſcit ſaturare contumelijs, tu eundem de amantiſſimo latere ſatias? Qui de te impie ſentit, & loquitur, tu de illo pie diiudicas? Qui te ore liuido mordet, tu pacis oſculo colligis? Qui te infeſtat, pateris? Qui te plectit, ſuſtines? Qui te in odio ſauciat, in amore feris? Qui te in maleuolentia neſcit, in beneuolentia inſtruis? Qui te onerat, alleuas? Qui te implicat, explicas? Qui te reſpuit, excipis? Qui te necat, creas, recreas, & enutris?

Domine ijs amoris inſignibus omnium Imperator Illuſtris, ſi tantopere me hominem amas, quantopere monſtras, dum me complecteris, quare complexatum tibi non copulas? Dum occurro, cur non occurſas? Dum labor, & relabor, cur viatoris lapſus non eleuas? Dum defatigor, non reſtauras? Dum deuio, non præis? Dum deficio non reficis? Dum decro non firmas? Dum præcipitor effręnus; cur ſancti timoris fræno, me veluti iumentum in frænas? Amoris habenis non arctas? Sapientiæ regimine non regis? In puritate cordis non pacas?

Domine ſi in plena penitus vides, & ſapis ſapientia, quod ego neſcio, ego nequeo, ego nolo plane ingratus, obnoxius, obliquus, oblitus, obliuioſus hærere, ſeruire, obedire tibi, &

vt

vt meum munus eſſet toto adhærere corde, imo nec minimã amoris mei offerre, donare particulam. Euh ſi cor meum cupis, & illud inſtanter flagitas, illoque famelice pabularis, in illo ad ſolatium conuiuaris, illo iugiter oblectaris, ibi cupidiſſime dormis, ibidem ſedulo vigilas, ibidem in Cœlo, & in Terra libens, lenis, & placatus acquieſcis, quæ concupiſcis, quare deſpicis? Quæ appellas, ad quid depellis? Quæ moliris, cur demoliris? Si tuum firmiſſimum velle, eſt omnigenum hominis eſſe? Tuum pabulum, hominis dilectio? Tuum conuiuium hominis paſtio? Tua oblectatio remanet cum hominũ filijs? Tua quies eſt in hominis requie? Tua vigilia extat de hominis ſalute? Tuum Cęlum eminet hominis patria? Terraque iacet hominum Parens, Nutrix, Stratum, & Sepulchrũ.

Domine ſi abs te eliminatus, velut alienigena expellor? vt puta incognitus ſpernor? Et omniuagus euagor, e Patria, e tectis, matriſque ſinu proiectus, cur abs te amantiſſimo dirimor Patre? A te Genitore diripior genitus? A te Saluatore diruor redemptus? Abs te miſericordiarum Parente abſum ego Paternæ ſubſtantiæ prodigus, & relegor filius? Ecce qui ſe ſe tandem flebilis, flexibiliſque noſcit, & ad te humiliter, & reuerenter flectitur, eiulat, effugit. Ecce qui ſemihomo ab omnium auditore adiumentum, ſemiuiuus a Vitæ Inſtauratore Vitam, ſemilacer a communi miſeratore, miſericordiam, ſemiſepultus a Cadauerum ſpiritu ſpiritum, A mortuorum vita vigorem, a Cœcorum luce iteratam lucis vſuram efflagitat. Ecce qui funditus inops ſuam tibi flebiliter oſtentat ſqualidus, & miſerandus inopiam, vt locupletetur egens a locupletiſsimo Patre filius, ęgrimoniam reuelat, vt ſanetur a Medico ſalutis ęger, ægritudinem plorat, vt omnium Conſolator conſoletur eam, peccata fatetur ille, qui peccatoribus ſemper indulget, miſeriam, miſer coram miſerorum miſericorde collachrimat, ab exilij Patria exul, & ab hoſpitali Deo inquirit homo hoſpitium; ſuam repræſentat Patri orbitatem orbus, Dominoque ſeruitutem ſeruus, ad natales audet remigrare deſertas ædes, ſui ingredi erroris confinia erraticus, vſitatam

non

non erubeſcit pulſare Ianuam extorris filius,& ſub Patria non refutat ſe ſternere Menſa, qui ſtruxit olim multis cõuiuia multa; exquiſitas ſibi non tentat depoſcere dapes, ſed quas ſummunt de manu Domini catelli micas; ſic ut pietatis vultu, teneritatis oſculo, diuinæ reconciliationis amplexu;& conuiuij, & gaudij opportunitate magna illum tu Creator, Sator, & Redemptor Deus excipias, recipias,& complectaris. Amen.

*Ad expoſcendum Spiritum Sanctum, Ad Filium, Poſtulatio.*

PORRIGE mihi Ieſu, Patris ſplendor, Pax immutabilis, Veritas perfecta, ancipitem tui Spiritus Gladium; quo Cœli firmati ſunt, vt ſub illo triplex cõfirmetur Eccleſia; quo Pax in Cœlo regnat, ut mecum corregnet, & in terra manet, ut ſemper nobiſcum remaneat; quo tui Nominis hoſtes, pacis ego concionator, & hoſpes pacis cum munere pacem; & militanti huius expugnatores Eccleſiæ momentaneæ vitæ miles, tantæq; Matris filius, in Vitæ, Mortisq; bello debellem. Amen.

Porrige mihi Domine impiorum vltio, ſuperborum humilitas, humilium ſummitas, in omni Bello potens, in Paceque ſalutare Brachium tuum, quo humilis fortia confundam, quo præpotens viſu, & opere, & in ſermone viſitem pius impios cum virga ferrea, qua reſtet una in Terris Fides, vna Religio,& vna ſub vno Paſtore Paſtio. Amen.

Emitte Domine iuſtorum tutor, fidelium ſeruator, tribulatorumq; Conſolator Lucem, veritatemq; tuam; quæ ſit pedibus meis Lucerna, quæ mihi clandeſtinum clarificet Verbum tuum, & Viatori, Curſoriq; ad Palmam loquatur de iuſtificationum tuarum Via. Amen.

Porrige mihi Domine Vita fructifera, Bonitas infinita, Patris obedientia, ſaluberrimam aquam ſapientię; quæ tamquã paruulo ſit mihi lac Puritatis, ſapor Sanctitatis, Liquor dulcedinis, vere dulcifluus, dulciloquus, dulciſonus, ſit Ablutio

immaculata, ſit Vitæ alimentum, ſit Regenerationis lauachrum, ſit Cœli Ros in Arrham Cęleſtium bonorum, ſit intimi Guſtatus mei ſuauitas in præſentis meę, futurę́q; conſolationis Gaudium. Amen.

Edoce me Domine Lingua Prophetarum, veritas Doctorum, Doctor ſapientum, Verbum illud tuum; in quo relucet tota Mundi Salus, tota Cœli Innocentia; quo dignoſcitur Adę Redemptio, Mortis Reſurrectio; ita vt eius ſagittis acutis perditionis humanæ nodos enodem, & hęreditariæ captiuitatis catenas abſoluam. Amen.

Mitte Domine Motor Vniuerſi, debilium Fortitudo, potens Liberator, mitis Saluator, Verbum tuum; id quod vnico nutu, & intuitu ſanet langorem meum, quo te frequentem mentis ſanctuarium, piorum perluſtrem, perlibem, pernoſcamque Templum; quo ibi dulcia ſint faucibus meis ſenſa, ſilentia, & eloquia tua; quo ibi quod tuum eſt, ferueat, elucidet ſermonem tuum, quod meum, & peculiare penitus eſt (mortale ſcilicet, & caducum) incorruptionem inducat, Mortem ne ſciat, & non guſtet in ęternum. Amen.

Mitte Domine Magnus Imperator, Magnorum Gubernator, Pater leniſſime, præconem tuũ; qui mihi ſit tui iuſſi Nuntius, tui Inſtituti Interpres, tuæ Legis Præceptor, iuſtitiæ Cuſtos, ſalutis Comes, ſapientiæ Spiritus, Deſpectio Mundi, veritatis Agnitio Ignominiæ Honos, & Regni Portio. Amen.

Fiat vbique Domine Verbum tuum tribulationibus meis ſuauiſſimus Paradiſus, quo te Angelorum pulchritudine pulcherrime oblecter, virginitatis ſponſo deſpondear, Virginis partum, Virgo, integerque ſuſcipiam, Virginum Florem, in flore caſtitatis odorem, vita dulcedinem, in omni dulcore concupiſcam, in te mentali Iubilo iubilem, peccatorum Iuſtitia iuſtificer, hominum ſpecie concinnar, militantium Scuto laurear, Eſſentia incomprenſibili comprehendar, immenſa Charitate nimio Amore langueam, Dei, & hominum Coniugatore, & Conciliatore, per te mihi homini pateat ad Deum patrem aditus, in aperto Paterni amoris

latere,

latere, in multipliciq́ue tuo de meis plagis Vulnere. Amen.

Fiat mihi Domine Verbum tuum Sãcti Spiritus Ignis, quo renes meos in ardore carnis, comburã, inſipientiam meam ſan ctorum ſale condiam; ita ut tumori meo dominetur Humilitas, liuori Charitas, auaritiæ Munificentia, torpori Aſſiduitas, iracundiæ Perpeſſio, peccato Virtus, impietati Iuſtitia, qua transmigrem de Mundi pœnis, & culpis ad conuiuium tuorum miram nimiamq́ue Gratiam, & Gloriam. Amen.

Euoca me Domine Dei, & Angeli vox, tubarum Clangor, ſanctaq́; ſanctorum Vocatio, de reſecati floris fœno, Terræq́; limo, ad florens pulcherrimorum, illibatorumq́; tuorum Pomarium; vbi ad libitum carpit beata Poma clara illa, & intacta generatio, e millibus delecta; duc, & introduc me iterantium via, ad illorum Viridarium, qui detineris illic mirabiliter lepore plenus, excurris omni gratia ſuauis, reſipis diua ſuauitate ſapidus, adamaris Natali, Gloria Glorioſus, mecum gradere peditum Greſſus, vbi eſt æterna Gratiarum Actio, & exultatio; dum ibidem, ad omne dilectorum tuorum ſpatiaris oblectamentum; meum ſolare mœrorem, dum tibi ſingulari cum gaudio gaudet tota Caterua beatorum, & ſpectata cum venuſtate, caraq́; cum viciſſitudine iocatur, iucundatur totus Virginum Chorus, & Chorea; labores alleua meos, dum in omni laxitate relaxatur, in Paciſq́; pulchritudi ne cubat omnis tecum Manſio, omnis ordo, omne tabernaculum; mihi Terreno, & affecto ſpiritalia præſtitue delectamen ta; dum indiffinita paſcitur amœnitate, immenſa perfunditur lætitia, delectaturq́; lautitia; Cohors illa, quæ degit, quæ fragrat, quæ commemoratur, quæ expolitur inter Lilia. Amen.

Vota mea adimple Domine, dum tota tecum ridet, & amat, iubilat, & triumphat, magnificentiſſima Cœlorum Curia, triumphans in ſolemnitate locorum, in omnium Apparatu ferculorum, in Excelſitate Meritorum, in omnium volupta te Delitiarum. Amen.

Euoca me Domine Virtutis ſonitus, Harmonię ſonus, Gaudijq́; vox, de mendicitate patris, matriſque meæ, in Domum

Patris tui Magnam, quę incorruptibilibus ſcatet vndique diuitijs, quę nimia dieſcit, ſplendeſcitque Gloria, & nimio cohoneſtatur, & coronatur honore; quia illuc me ab æterno deſtinans, condidiſti, & pepigiſti Deus; vt hic humana veſte mortalis, immortalis tibi fide deſeruiam, in hunc me aſciuiſti Gregem, vt vnica unius effectoris, educatorisq; fide, tibi ſoli credulus, in te tantummodo credam, in te Viuentium ſpiritu ſpirem, Aurarum flatu reſpirem, Mortuorum vita viuam, & in hoc, & in futurum Sęculum hæream. Amen.

Euoca me Domine ſaluandorum vox, concentus Angelicus, & ſummus ſummæ feſtiuitatis, ac tripudij Cantus, de famelicis immenſæ gurgitis faucibus, quibus ſine te pedetentim exorbetur ſpiritus, uoraturque caro mea; voca me effuſi ſanguinis Voce, quæ pro Mundo clamat ad Patrem; redime rubente Paſſionis Calice, quem pro mea iterata Vita, & ſalute toleranter, & amanter bibiſti in Cruce, vt fias mihi diſcipulo tuo æque pars Calicis, ac Hæreditatis meæ. Amen.

Euoca me Domine ſuſcitandorum Tuba, ſanctæ ſpei Vox, Vocitatioque Dormientium in Terræ ſinu, in Mortis Vmbra, de Natali infirmitate, mortalique ſemine meo; quia indidem me vagientem, me lactentem reuocaſti Trinus, & Vnus Deus regenerationis Sacramẽto, moribundam traxiſti toties ſacramentorum Renaſcentia, benigniſſime me tranſtuliſti totidem de iniquitatis ſpiritu, ſeruituteque Satanæ, in adoptionis ſpiritum, & cohæreditatem filiorum Dei; hinc para mihi natiuitate fratri, adoptione cohæredi vocatione Conuiuæ, Paternæ hæreditatis in Regno locum; orna, & appara deſuper Regalis Cœnæ Menſam, quia tu ſolus Angelici conuiuij Conditor, Diſtributor, & Inſtructor videris, haberis, pararis, & imploraris Ieſu Mortis humanæ Victor, Terræ Redemptor, Cœli Inſtaurator, Dei Pacificator, Antiqui dierum Filius; ſolus namque occiſus, & triumphalis Agnus in pulcherrimo Dei Hominisque ſympoſio; prouide ſitis, eſuris, impleris, prouide famelicos inuitas, ſitientibus propinas, merito triumphas, meritiſſimo conuiuaris. Amen.

Euoca

Euoca me Domine ſperandarum rerum Vox, Vitæ, Miſericordięq́ue Spiritus, memoranda Lazari ſuſcitatio, de fętentis, de tumulati, demortui quatriduano plane funere, & ſepultura; quia coram te Carnis, & oculorum concupiſcentia peccaui, coram te deliberatione deliqui, coram te ſuperbia Vitæ perij, & longa trium delictorum conſuetudine in fętore honoreq́ue Abyſſi fętet iam, & horret anima mea; & ſub eius grauiſſimo, triplicią; tumulo dolenter humatur; inibi miſerere mei in horas ſingulas coram te peccatoris, quia peccatoribus Legem tuliſti Gratiæ, & pro impijs pijſſimum profudiſti ſanguinem in remiſſionem peccatorum; miſerere mei eſcæ Vermiũ, Mortis paſtus, Terræ fętus; tu qui indeſinenter effundis inexhauſtos ſuper peccata terræ Theſauros; miſerere mei Plangoris, & Doloris Hoſpitis, vt miſertus olim, & flebilis, dolentisq́ue Magdalenæ cum eius euiſceratiſsimis lachrimis efflagitata condonaſti, iterandæque fratris mortalitati, renouandęą; miſerię perindulgens Pater, & Hoſpes illachrimatus es: hinc ſuſtine me ut plurimũ labentem, qui ſuſtinuiſti quondã in læſa Maieſtate tua Iuſtitiæ Gladium, ſuper Adæ, Petrią; lapſum, & hodie illum ſuſtines tanta cum tolerantia ſuper culpas ſceleratorum; educ me hoc de Terreſtri carcere Ieſu Ductor, Cõuictor, Liberatorq́ue mi, vt exulans aliquando meus hoc ſeruili corpore ſpiritus, in puriſsimo, & candidiſsimo cœtu ſtellarum ſtellifer, Cantitatorum Cantor, Candidatorum fulgidus, in tua æterna Luce maneat; vbi æterna ſit illi Cęcigeno Claritas, & tuæ claritatis Viſio, Aeterna dierũ Dies, perennis in tuo canore cantus, Beatus in tuo candore Candor. Amen.

## *Ad eundem, Contemplatio.*

QVis maior, quis te Potentior Altiſsimi fili? Cuius Magnitudinis non erit finis, cuius Poteſtas eſt æque in Cœlo, & in Terra?

Quis coram te Rex, coram te Dominus, Altiſsimi fili? Cuius Regnum in lucis, & Beatitudinis æternitate quie-

ſcit, cuius Dominatus erit in oĩ generatione, & generationem.

Quis te clementior, quis amabilior Altiſſimi fili? Cuius Miſericordiæ non eſt numerus, cuius bonitatis infinitus eſt Theſaurus?

Quis Maior, quis te Potentior Altiſſimi fili? Quem pannis inuolutum, & in præſepio repoſitum annuntiant Angeli de Cœlis Cœlorum, creduli adorant Paſtores, Portentoſa reuelant ſydera, quęritant Magi ſummo cum honore Reges, timendus timet Herodes, ſapiens amplectitur Simeon, fidelis vaticinatur Anna, & Dominum Deum Redemptoremq́ue ſuum totus iam confitetur Mundus, & ſperat vniuerſus Iſrael.

Quis Maior, quis te Potentior Altiſſimi fili? Qui puer in templo ſapientes erudis, non edoctus edoces, confundisq́ue Doctores; qui vocatus ad Nuptias, aquam in Vinum vertis; qui periclitantem Mundum ſalutari Doctrina præſeruas, & exemplo gubernas; qui in monte Tabor glorificaris, in Diuina Claritate appares Patris in Voce Mundi Lux, Spiritus ſancti viſio; qui in Caluarię pariter monte a Terra iuxta Prophetas exaltatus, omnia repente trahis ad te ipſum, dum moriens excitas mortuos, deſcendens ad Inferos, Mortem occidis, aperis terræ tenebras, beatiſſimum lumen Cœlorum ſuſcitas, a mortuisq; reſurgens, de Morte triumphas, & in Cœlum aſcendens, captiuam conducis illuc Infernorum captiuitatem.

Quis Maior, quis te Potentior Altiſſimi fili? Qui dum aperis manum tuam, omne Animal imples benedictione, omnia bonitate perficis, & Virtute reples, Cœlum erigis, & Terram Gloria in gloriam glorificas.

Quis te ſerenior, Radix Dauid, Altiſſimi fili? qui ſplendor es in toto Empyreo Paternæ Gloriæ; qui Mundi lux illuminas condenſa Tenebrarum.

Quis te Maior, quis te Potentior Altiſſimi fili? Qui Mundum creaſti, ruentem reparaſti, fundaſti Terram, extuliſti Cęlum, Solem illuminas, terminas Aquas, a cuius omnipotenti plane conſpectu fugiunt Inferorum armata Caſtra, ceſſant langores, ſanantur infirmi, reſpirant Montes, corruunt armati,

conte-

conteruntur Potentes, exaltantur Humiles, franguntur Adamantes, pœnitent Peccatores, iuſtificantur Impij, & beantur Iuſti in ſæcula ſæculorum.

Quis te Maior, quis te Potentior Altiſſimi fili? Ad cuius triumphale Nomen flectitur omne genu; qui ſedes ſuper Cherubin, & Seraphin in ſede Maieſtatis; quem Deum omnes credunt, omnia ſentiunt; quem omnium Saluatorem adorant omnes Terræ Populi, quem vnicum Dominum confitentur omnes Tribus terræ; quem concinunt in Throno Cœli, Cœli Regem, in Cœleſte Curia Regum Regem, in Stola gloriæ omnium Redemptorem, Angelici ſpiritus, Beatorumque voces, hæc dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena eſt omnis terra Maieſtate tua*, Tu ſolus in pulchritudine Solis, & Lunę, & claritate ſtellarum Pulcher vnigenitus Dei, Dilectus, & Decorus.

Tu ſolus corde ſapiens, roboreq; fortis, tu ſolus Cœlum, & Terram imples, Tibi Cęlum ſedes eſt, Terra autem ſcabellũ pedum tuorum, tu ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper Montes excelſus, & ſuper Cœlos Gloria tua.

Tu pie timentibus Nomen tuum oriris Sol Iuſtitiæ, in te qui credit, ſicut ſcriptum atteſtatur, *Flumina de Ventre eius fluent Aquæ viuæ*.

In te viuimus, mouemur, & ſumus, vt ſis nobis Sapientia, & Iuſtitia, & Sanctificatio, & Redemptio.

Protege igitur nos Domine Ieſu ſub Vmbra Nominis tui, a facie Impiorũ, qui nos afflixerũt, & eſto Nobis Corona Gloriæ in Manu tua, & Diadema Regni in manu Dei Patris. Amẽ.

## *Pro Charitate ad Chriſtum, Deprecatio.*

DOMINE qui perfecta Charitas es, & quicunque in charitate manet, in te amanter remanet, & tu Deus amantiſſimus in eo; da pius, & leniſsimus omnium Amator, & Pater, ut euangelicam legem Charitatis plenitudine adimpleam, dum plenitudo legis, eſt Charitas;

tas; da ut te Creatorem toto corde inquiram, anima mediter, & viribus meis diligam honorificemque, & proximos meos æque, ac me ipſum, præcipuo quodam amore complectar, dum in tua, & proximi dilectione vniuerſa vtique Lex pendet, & Prophetæ.

Domine, qui in Paterni Amoris abundantia erga nos tua creaſti Adam ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, rationis compotem, nobilitati creaturarum Dominum, & Cœlorum hæredem; da vt amoris præſtantia diuinam ipſe imaginem in ſua pulchritudine ſeruem, optima ratione fraternitatis vnitatem amem, & creaturarum amore vero bonitatis ſpiritu ferueam, & indiuiduæ Charitatis Dulcedinem, omnium amantiſſimus homo ſentiam.

Domine qui tantum Charitate tribuis, vt olim dilectus, & beneuolens Abel e Cęlo mirifice traxerit diuini Amoris flammas in Sacrificio; & in diebus ſuis Noe odoris ſuauitatem nimiam efflauerit tuo ſanè fragrantiſſimo Tribunali, (ſanctorū vtique floribus, & ſuauitatibus millibus conſperſo) manda mihi pariter immolante tibi matutinum ſpecioſæ laudis Sacrificium, mutuas in Charitate flammas, e naribus meis ſpira ſanctorum fragantia diuinæ, & humanæ Charitatis Aromata ſuauiſſima; ut in diebus meis tibi ſoli in amore ſeruiam, in te ſola ęterna Charitate viuam, & iſtis Patris æmulationibus, opera Tenebrarum abijciam, & arma Lucis induar.

Domine qui dilectionis meritis Moyſem, & eius diſparem, imbellemq; Populum ab impijs Pharaonis ſuſtuliſti caſtris; Ioſueq; ſimiliter potentiſſimis charitatis viribus externorum bellorum, & Hoſtium victorem ſuſtinuiſti clariſſimum; concede, vicisſim mihi, tu in omnibus plena, perfectaque Charitas Deus, vt pietatis inſignibus de impijs, & de homicidis triumphem de barbaris, & de Inimicis tuis, intaminata fides, amorq; meus per te Victoriarum Parentem, & Datorem, plurimam Victoriam reportem.

Domine ſi Dauid iuxta cor tuum inter probatos, ſapienteſq; Reges ſurrexit ita, vt hoc ſupernæ Charitatis feruore, hoc furore

furore diuino incitatus, futura præſenſerit, & Arcana ipſa Dei Patris certa ſancti Spiritus notione prædixerit, ſit erga te mea non ficta, ſed vera, germana,& Dauidica Charitas, regalis virtutis æmula, ſit rerum futurarum de mea ſalute prędictio, ſit ſalutis porro meæ in æterna veritate pręſenſio.

Domine ſi dedit Eliæ quadraginta diebus, ſi exporrexit, ut mater vberrima cibaria Charitas in deſerto, vt igneo poſtmodum Curru in Cęlum fuerit glorioſiſsime reportatus, ſit mihi iuxta Prophetam, hæc ſola vitalis, venalis, & ſalutaris eſca, hoc Angelorum cibo ſecum ſolitarius vtar, & complear iſtis celeritatum feruidis, flammeiſque rotis Maria, Monteſq; percurram, & in Cœlos euehar. Amen.

Domine ſi iuſtus ille Simeon Charitatis lumine plenus, & in celeberrima charitate, tuo conſpectu digniſsimus, amantiſſimo porro ſinu, complexuque ſuo meruit, te continere, qui omnia contines; ſi præcurſor Ioannes huius amoris priuilegio fuit prius ſanctificatus, quam natus, prius diuinus ortus eſt Vates, quam terrenus homo, ita vt a Prophetis meritiſsimo appellaretur Cęli Tuba, Sāctitatis Vox, Prophetarum Sonus, & Parad ſi Angelus; da vt ortodoxæ Fidei lumine, & charitate Catholica, te ſanctorum Luminare Magnum, amoriſque Fontem, parili ſinu fidelis, cordis mei, complexuq; meo recipiam, ardeat vſque adeo cor meum ſanctiſsimi amoris incendio, ardeat ſtudio tui, & amore tuo inebrietur, quo cœleſtia vbique mediter, ſalutis Verbum cum ſanctis audiam amoris Legem, vbique Terrarum prædicem, vt te Verbo Domini ter rarum homines eruditi, Euangelica doctrinæ fiant mecum æqualiter Angeli Paradiſi.

Domine ſi pauperes olim piſcatores vnico in te tantum amore ducti, relictis Retibus, contempta Patria, & Parentibus multiplicis tecum Crucis ſubiere iugum, & te tam in Vitæ laboribus, quam volontariæ Mortis aculeis conſtantiſsime con ſociarunt; ſi pretioſo eiuſdem amoris Theſauro Triumphantis, & Militantis Eccleſiæ, humiliſsimi, & infimi coemere prin cipatum; abſit mihi aliunde pati, & amare, aliunde inueſti-

gare Regnum cœlorum, quam tecum pati, tecum illud quærere Ieſu crucifixe, quā inquam te ſolum Eccleſiæ caput, Crucemq; tuam in Vita, & in Morte diligere, cuius Tribulatio ſi Requie recreatur æterna, cuius Seruitus ſi eſt Regnum Dei, cuius Palma, ſi eſt ſuper omnes nobilis, & glorioſa, abſit mihi niſi in hac vna vere a te Domino nobilitata, & glorificata meo gloriari.

Domine ſi aduerſarius Eccleſiæ Paulus hoc amore Cęleſti in Vas electionis eſt commutatus; ſi eiuſdem magnitudine Stephanus lapidatorum ſaxa ſuſtinuit, & pro percuſſoribus amanter orauit; ſi amoris iterum meritis, ad dexteram tuam Latro pendulus, Cruciq; confixus tuam commeruit videre Eſſentiam, vbi eſt beata Dei viſio, & affluit Paradiſi gloria; præſta in horum ęmula, & commemorata charitate Ieſu, ut mea fiat cum Paulo ſalutifera conuerſio, cum Stephano probata patientia, & cum Latrone in mutua Cruce morienti æqua Vitæ Corona.

Domine ſi ſine Charitatis adminiculo, & vinculo, homo eſt Vmbra ſine corpore, ſine Paſtore pecus, & ſine Vite palmes, & ſine lege Populus; hac omnis ordinis homines ſine exceptione diligam, quia horum effector, & protector es Deus, hac deleatur cum Iacob terrenus amor, dilatetur cum Ioanne diuinus; huius lumine, cum illuminata Samaritana Terrenæ voluptatis deſeram Hydriam, & peccatorum funes conteram; huius prę ſuauitate magna ſint mihi ſuauiſſimi Torrentis lapides cum Stephano, Adamata Crux cum Andrea, dulcis carbonum aura cum Vincentio, voluptaria pœnarum refrigeratio cum Laurentio, iucundiſſima Mundi contemptio cum Magdalena, conſtans pecuniæ neglectus cum Mattheo; ijs aureis, & potentiſſimi diuini amoris funibus trahatur: meus animus vbi eſt Vitę Theſaurus, illic Theſaurizet, ibi pariat, ibidem effundat, inibi ædificet, in eademq; manſione excubet, epuletur, & alatur, vt vere deficiat æque in Cęlo, ac in Terra in amore æterno ſpiritus meus. Amen.

*Pro*

## *Pro Pace fidelium, ad Dominum Ieſum Chriſtum, Concluſio.*

DOMINE ſancte Pater ſæculorum, Amplificator humilium, & innocentium Protector, in cuius Natiuitate Pacis nuncia, Paciſq; præuia claruit inuſitato lumine Cœlum, ſtetit vere pacifica in nocturna quiete terra, Terreſtres cubarunt in ſecuro ſopore Animantes, Cœleſtiq; cum gloria Angelici Chori prænunciarunt bonæ voluntatis hominibus Pacem: da mihi quoque tui Natalis diei memori, & nuntio in hodierna celebritate, meaque bona voluntate pacem. Amen.

Domine qui in ſocietate humilium, & in conuenticulis ſuperborum pacis tu Rex, & Magiſter pacificus, amabilima tradidiſti præcepta; ſeda nunc tu humanarum mentium tranquillitas, inimicorum meorum diſcordias; illumina ſubdolos, delline bellicoſos, foue infimorum ſenſus, tu Dei Veritas, ſanctorumq; Pax, quæ exſuperas omnem ſenſum. Amen.

Domine qui pacis Deprecator, ſummiq; Patris Legatus in Terras deſcendiſti, vt prędicares vbique gẽtium, & vbique terrarum Pacem, ad cor reuertere meum, o cordium ſcrutator Deus, & aduerſariorum meorum ferrea, hoſtiliaq; pectora placa tu pacis largitor, & tuta quietis meę Requies, Dominus meus, & Deus meus. Amen.

Domine qui Præceptor amantiſſimus, vniuerſorumq; Pater, & pacis preco, Diſcipulis mandato pacis ad Mundum dediſti, his vocibus; *In quancunque Domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui:* quia, *Pacem meam do vobis, Pacem relinquo vobis;* Viſita tu quoque Domine Domum iſtam, & tectum meum, duorum diſſimilitudine domeſticorum a ſe ipſo diſſidentem, ſecumq; diſcordantem concors, & pacificator ingredere, vt hinc omnis ſeditionis ſublato fomite, diſcordiæq; depulſo capite exhumanis cupiditatibus odia, diſſidia, interna, externaq; diſcordiæ bella, Debellator inuictus remoueas. Amẽ.

Domine qui in Crucis patibulo tota Mūdi piacula ſumens extentis Paternæ reconciliationis Brachijs; diuinæ Miſericordiæ viſceribus pro perſequentibus orans, exinanito ſummi Regni Vertice, & ſummo ſummæ Poteſtatis inclinato Capite, aperto intimæ miſerationis, charitatisq; Latere, omni beneuolentiſſime Patris munere functus, moriens emiſiſti in Cruce æternæ Pacis Spiritum, quo in cordibus conſcriberetur noſtris Miſericordia, & Pax ad Sacri Conuiuij Menſam Diuini Amoris Calamo; da inſuper tu perditorum Salus, & mortalium Securitas, & ſpirituum Tranquillitas, vt huius Mundi non vera, ſed ficta Pax, & temporariæ ſeruitutis pactio, molliſsimo tuæ Crucis ſubacta iugo, placidiſsima tandem quiete Pacis præfate, & ocij perfruatur. Amen.

Domine qui in reſurrectione pacifica, Mariæ Matri optatiſſimæ, Magdalenæ amiciſſimę, & tribus apparuiſti Marijs, ut illas tuæ Mortis merito mœrore fractas, & debito dolore afflictas fœliciſsime præſentarius, mirabiliterque glorioſus erigeres; da pariter Mariæ Matri, & Magdalenæ, amariſsima ſcilicet animæ meæ pœnitenti; da tribus quoque Marijs, incipientibus, proficientibus, & perfectis, veram, perfectamque Pacem. Amen.

Domine qui in aſperrima ſolitudine, & lachrymis iacenti Petro opportuna miſericordia ſerenus exſiccaſti lachrimas, reſpice me myſticum Petrum in meis, alienisq; malis plurimas amariſsimasq; Pœnitentiæ lachrimas effundentem, & a conflictionis, conflictantisq; Vitæ huius luctu ad præuiam plorantium Pacem, Concordiamq; conuerte. Amen.

Domine qui cum Iacobo Minore per triduum tuæ Mortis acerbitatibus Ieiuno, amantiſsime accubuiſti, & ſuauiſsimo eundem prandio, imo beatæ Pacis ſaturitate recreaſti; da quoque mihi Virtutum Dominus æmulam Apoſtolicæ continentiæ, fortitudinisque virtutem, vt in hac lachrimarum valle Ieiunus tuæ Crucis patibula plorans, hominis veteris caſtigata carne, plenus per te ſecundum Adam, contentusque viuam, tuaq; dormiam in pace. Amen.

Domine

Domine qui duobus diſcipulis peregrinantibus, & diuinos viciſsim de te ſermones habẽtibus incognitus affuiſti Comes, & commenſalis Magiſter, horumq; corda tu bonis omnibus exuberantiſsimus beaſti Deus; adeo vt in fractione, & benedictione panis, eoſdem in ſubita iucunditate Pacis reliqueris; adeſto pariter corpori, ſpirituique meo, vere peregrinis ad Pacem, & de diuinis diſceptantibus, tu Deus in itinere Comes, in Patriſq; Regno Conuiuator meus; hic cor meum reple diuini amoris dulcedine, vt fiat in præparata Pace locus itidem meus; da mutuam ſpiritus, & ſermonis de Regno Dei ſapientiam; frange Pater, & benedic, omnium gentium Benedictio, Panem noſtrum quotidianum, vt fidelis vnuſquiſque ſuo rerum ſtatu contentus, hunc tecum in Pace Mundum deſerat, & ad Cœnam tuarum Nuptiarum Agne vocatus, tecum recumbet in Regno Cœlorum, epuleturq; in Pace Sanctorum. Amen.

Domine qui Ianuis clauſis gratuito ſpiritu, cœleſtiq; Pacis cum munere, apparuiſti diſcipulis in Cœnaculo congregatis, adeſto nobis a ſæculo ſegregatis, in mutuaq; charitate coniunctis, tu Dei, & hominis ſancta Societas, & ſumma Charitas Deus, vt ſit ibidem Dei, ac hominis velle, idemq; nolle, eadem Creatoris, & creature voluntas, vnus in omni ſanctitate ſpiritus, vna Terrę, Cœliq; Pax in tui Nominis Gloriã. Amen.

Domine qui in Aſcenſione ad Cœlos in communi Cœna Diſcipulis apparaſti Pacem, Paternæq; Pacis oſculo, pius Pacis Auctor, Mundum in aſcenſu Corporis præteriens, plena diuinæ benedictionis manu eiſdem reliquiſti Pacem; præſta æquanimiter mihi, Pacificorum Rex, Paciſque Deus, vt huius belli terreſtris in Pace confecto curſu, ita in te Pacis Vnico Domino, obiectuq; meæ viuam, vt denique moriens vere dormiam, certanſque tecum aſcendam, & requieſcam in Pace. Amen.

# PIÆ MEDITATIONES, AC CONTEMPLATIONES D. Ludouici Zibramontis Mantuani, PARS SECVNDA.

*Super Salutationem Angelicam ad Virginem Salutatio.*

AVE *Gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in Mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui Ieſus.*

Hinc toties me humi iacentem ſubleuet, amarulentumq́ue dulceat, tuum dulce, & ſubſidiarum Nomen, o Maria; quoties mecum Aeuæ ruina dirutum, pia memoraris, & reſpicis, vt erigas; dum tui honoris, gratięque plenitudine ſic te Deiparam, cum Dei Nuntio reuereor, inquiens, *Aue Gratia plena, Dominus tecum.*

Hinc toties me in mea Patriaq́ue deformitate deformem, dolet tua diua, & angelica ſpeties, & inquinatum lauent tuorum meritorum puriſsimi fontes, totidemq́ue mętentem hilarent tua exhuberantiſsima gaudia, quoties tibi occurrit ſalutationis Angelicæ puritas, & ſingulare gaudium.

Hinc

Hinc toties peccati mei tenebras, Sol tuus, Claritatis æternæ fulgor illuminet, quoties tibi ſuccurrit, & verſatur ob oculos, Gratiæ tuum, & Angeli Lumen.

Hinc toties tuorum me meritorum participem efficiant alma tua, Materna, & præclariſsima merita, quoties te diuinæ Gratiæ repleta meritis, meritiſsimę nomino, ſpeculor, & adoro; & tuarum Gratiarum Acuæ poſteris annuntio, & prædico magnitudinem.

Hinc toties me impotentem, & deſtitutum protegat, tua præpotens, & benigna protectio; benedicatque mihi maledictæ Matris filio tua manus, & buca Cœli, Terræque benedictio, quoties tuorum gaudiorum plurimis nominibus, ijs te appello, & viſito præconijs, *Aue Gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.*

Hinc toties me famelicum expleat, mortuumque viuificet Fructus Ventris tui benedictus, quoties in Angelica ſalutatione Angelum meditor, & æmulor, & in tuarum Virtutum gradibus progrediens, ſic peroro, tibi gaudēs, & ſic orationi meæ impono finem. Benedicta tu præter omnes fœminas, o Maria, Dei Mater, Maris Stella, & Altiſsimi ſponſa, *& benedictus fructus ventris tui Ieſus*, Chriſtus, Dominus, in Cœlo, & in Terra noſter. Amen.

## *Ad Glorioſam Virginem Mariam ſuper hæc ſalutationis Angelicæ verba:* Aue Gratia plena. *Salutationes Quatuordecim.*

AVE Fons fontis, Sol ſolis, Virgo mente, Virgo voto, Virgo carne, Virgo in ſancta ſanctorum, triennis conſecrata Deo, Virgo ab æterno præuiſa, præpulita, præſeruataque prouidentia, ad quam tanto cum honore deuenit de Cœli gloria ad terræ euangelizādam Pacem, de Cœleſti ad terreſtrem Nazaret, notatiſsimus ſanctæ ciuitatis æques, fortitudo Altiſsimi Gabriel, dum a ſuper-

no tibi delegatur Reginæ almæ Rege miſeratus in hominem, quem miſericordiarum Pater hodie meres concipere, ora pro me Deum; his dum ſolemniter itidem tibi gaudet, ſolemniterque triumphat; tolle ſuauiter amarulentos oculos meos a lachrimis, pedes ſubleua a lapſu, eripe delapſam Animam meam ad interiora Mortis, tu Vitæ ab Angelo hodie annuntiata ſanctiſsima Parens; idem quoque tuam, dum tam reuerenter ingreditur, tam exquiſitè colit, tam mirabiliter ſerenatque Sacellum, denuo cœlitus in humilima tua, impollutaque caſa, quæ intaminata reſurgit, illa Domini Domus, hic itidem rutilis diuinæ viſitatus cũ radijs, te dulciſsime flamat; vre me ſancti Spiritus ignæ, & mihi ſępe numero gaude, dum pudicos, & cupidos inſignis oculos in pulchritudinem illius Archangeli diuinæ mentis interpretis Hierarcharum fortiſsimi, Angelorum nobiliſsimi, qui te Dauidicam Turim, Dominique niueam Columbam, tanto cum decore, cũ valore, cum ſplendore, prę munit, & prę cingit, piorum exaudi preces, dum ſuper cœleſte attendis oraculum, qui Angelorum primarius tuorum fit meritorum honor; pia nos reſpice miſeros, dum te ſapienter ſpeculatur Gabriel, ſecumque tota Angelica Puritas, Chriſtianis præloquere ſuum ſalutis exordium, dum tibi indefinita definit, abditiſsima pandit, magnalia prænuntiat; Vox diua, Tubaque cœleſtis de Dei conceptu, de incarnatione Verbi, de Virginis partu, hominem doce Altiſsimi velle o Domina, dum te per Angelum inſtruit os Domini, terræque tenebras illumina, dum te potiſsimum illuminat hoc ſereniſſimi Firmamenti Lumen; flentes exhilara, conſolareque meſtos, dum Alma Virgo commentaris eloquentem Nuntium, qui ſalutis æterne ſapientia ſcatet, qui immortali luce radiat, dum Diuinam eius ſpecularis Imaginem, quæ empireum clarificat, & beatitudine quaſi beat hominem, Verte noſtros in tot tua commemorata gaudia merores, dum tibi æternorum Arcana, Magnaliaque tuorum reuelat Dei Spectator, & Auditor æternus, ſpondetque tibi ſanctiſsimæ Trinitatis ſponſæ, ęternum Paradiſi Regnum; in charitatis auro, paupertatis, hu militauce

militatiſque theſauro gloria in fidei præmium,in demum inta
cte charitatis corona;& hęc omnia enudat,enucleat,enunciat,
de placito, de iuſſu,de Numine increatę,incarnandę Sapiĕtię.
Vnde merito hinc hodie viſitaris,& honoraris ab Angelo,*Aue Gratia plena*.

II. Aue gemmata Cœli miſtica Luna, ſublimis Angelorum Domina, Altiſsimi Genitrix humilima, quę ſola de Cœlo audis, & ſuper omnem terram meres iſtud *Aue*; hęc prius noſtrę redemptionis initium,vt tuę amplitudinis elogium, dũ diſiungis vnica omnem vę culpę ab Aeua, pręnominata cœlitus *Gratia plena*, diſgregas a peccanti famulo omnem væ penę, gratia Domini ab Angelo ſalutata Mater, ab homine ſeparas humanę omne væ Naturę, Virgo quę de Sãcto Spiritu pro gignis hominem Deum,paras de Morte Vitam,paris peccatori Gratiam; hinc es illa multis ante Prophetarum prædamata Oraculis, per multa ſecula priſcis deſiderata Patribus, immenſo Dei munere exhibita hominibus;quę puriſsimum primę reſeruaris reddere fœminę honorem, & primam homini vales reſtituere patriam, & præſtituere innocentiam; iſtud porro tuum aperi mihi tãtarum gratiarum Gremium, ſacrę Vitę theſaurum, plane ſalutiferum, atque diuinum, dum ibidem ſola contines Mundi pretium, mereris Paradiſi Principem recolligis miſericordię Deum; tu ſola meres iſtud *Aue*,Mundi exemplar,crimini hominis neſcia,Mater plena Gratia, Sancti Spiritus ſanctuarium,in cuius ima,& intima clauſtra,tota iam,iam, ſanctorum dimittitur Celſitas, a cuius humilitate rara,triumphalis reſurget Palma, e glorificata fide germinabit fidelium Vita, e magnifica gratia, redundabit peccati Sanctitas, e mirabilis de Cœli rore replendis, lactabitur Angelorum Puritas; dum in tuum ſummus iterum hodie deuenit Abiſſus;hinc prouide ſic honoraris ab Angelo, *Aue Gratia plena*.

III. Aue ſine peccati felle Columba,prę pietate Oliua pulchrior, præ innocentia Libano purior, prę Ventris opulentia Mare ditior; tu dum merito,& gratia męres iſtud *Aue*, ita meritiſſimum tuę dignitatis,nobilitatiſque Nuntium, & tui præ-

cogitati gaudij Prǫconium,te præconizat,quot ſola ſolis futurum aureum Tabernaculum efficies, & æque in Ventre, ac in Mente,qui Mundum pugillo comprimit, qui omnia ſuſtinet, qui omnia generat,introcludes in anguſtiſsimum Virginitatis Sacrarium,qui Cœlos erexit,qui depreſsit Inferos, ornauit ſidera, introiuit in ſacras ſanctarum affectionum ædes tuas, qui pacificabit cum Terra Cœlum in Cœli gaudió, Terrǫque pace, introduces campi florem, in veras tui Terreſtris Paradiſi delitias, vt ſit ille ſponſus Angelorum veritas, Cœlorum magnificentia,virtutum fǫcunditas,Beatorum mirabilitas, in tuà introgredietur penetralia, qui humano abſconditur Oraculo, & qui fideli reuellatur Spiritui, qui iam venit, & non videtur, recipies ſuauiſsime in Vtero Paruulum, ſedebitǫue Immenſus ſuper Solium Iudiciale Dei, vt in principio Verbum, & Verbum apud Deum veniet ſubditus,pios ſubditos coronare Reges, captiuus captiuos regere liberos, maximus attollere minimos,optimus ſanctificare peſsimos,Deus humana veſtiri carne vt propitietur homini ſub homine Deus, Homo puriſsimus, puriſsimis Virgineis tuis generari ſanguinibus, vt per illum ſortiatur homo Regnum Dei, ità vt ſuper omnem dominetur Terram, intactus de tua Sanctique Spiritus integritate partus Mundique ſalus; adeo vt ſic honorifice nomineris ab Angelo *Aue Gratia plena*.

IIII. Aue cum Virginibus Virgo, cum Coniugatis Fœcunda, cum Viduis Caſta, Spetioſa ſuper Orientis Lumina, rutilans ſuper Firmamēti Sydera; quippeq; ſola Dei, & hominis es ſpiritualis ioconditas, temporaria ſocietas, quotidiana congratulatio, æternalis comeſſatio, amantiſsima connexio, coæterna voluptas; quæ vere ſola meres iſtud *Aue*; tuǫ ſingulari pietati, incomparabiliq; probitati debetur prǫter omnes ab Angelo iſtud *Aue*; tu Vas ornatum omni lapide pretioſo, humilitate profundum, patientia immobile, caſtitate integrum, puritate mundum, dominatione aureum, in contactu Dei diuum, æternæ Vitæ repoſitarium; dum e tuo ſuper omnem Matrem miro, & ineffabili, incomprenſibiliq; conce-

ptu,

ptu, Mors deuorabitur ipſa, & de partu eius Mors morietur, & Vita reſurgit æterna, a Limbo liberabitur gehenne reus, primi eleuabitur parentis depreſsio de Inferno ad Cœlum; Mundi Principis Tirannicum deplantabitur Imperium;& ſuper his Dei, ſub ſeruili forma, virtus Domini, & domitoris Auerni, Terra, Mari, Cœloque prẹpotens ſub vna exagerabitur potentia, elucidabitur ætate,& ſapientia, ſub vnico propagabitur ſeculo Virtus; ita vt vtriuſque Hieruſalem Muri, qui propter perditoris, & præuaricatoris corruere malitiam, hodie per obſequium Ieſu, & Mariæ, & per amborum ſaluberrimum redificentur amorem; tu iſtis plurimisq; nominibus ſola meres iſtud *Aue*; conſiliat Dei cum homine pignus, priſtinum diuini in amoris fœdus, finale de Cœlo, Terraque pacis Oraculum, & fatale Teſtimonium; dum hodierna tua im menſa, & ſuper humana gratia Aeuæ fletus exſiccabitur, Adæ condenſæ clarificabuntur Tenebræ,ſpinoſam locupletabit collere Terram, gratiaq; cantabitur ab Angelis in nouum Apparatum, affectabitur a iuſtis pro diadema in Regni Cœlorum Aſſenſu, ſentietur a pœnitentibus Leuamen, certabitur a militantibus in Brauium, & triumphantibus in Gloriam, in triplici reſonabit Eccleſia in Pſalterio decacordo inter Angelorum Choros, & dulciſſimum Organum. Interim, tua nobis in peccatis flentibus impertiri gaudia,quæ meritiſſime ſic ſalutaris ab Angelo *Aue Gratia plena*.

V. Aue lucifera Stella in medio nebulæ, Flos roſarum in diebus vernis, inter gloriæ Nebulas Sol refulgens, dominice Charitatis Ignis, quaſi Tus ardens in prunis, Dauidica Terra, ẹterni fructus, & ſalutaris; tu omnino ſola meres iſtud *Aue*; terreni, & cœleſtis Adæ Paradiſus, Dei, & hominis coniugatio, Creatoris, & Creaturẹ indiſſolubilis compago; ſola vocaris *Gratia plena*, vnde argenteus Fons gratiæ, chriſtallini Cœli profluens,de medio Ventris tui exilient in terrarum arida, in damnatorum dumeta,in peccatorumq; deſerta,tu penitus ſola meres iſtud *Aue*; dum tua coronabitur hæreditas ad æternũ ſæculorum finem præ hæreditas Chriſti generatione,

quæ erit nimirum claritas, ſanctitas, & hę de perenni, Cœleſti, Terreſtriq; Monarchia Benedictio: quo circa hinc memorare lęta quam nouus, admirabilis, & glorioſus annũciat Dei in homine Verbum, huius æterni Verbi contemplator, & in cœleſti eius gloria habitator Archangelus Gabriel, quantopere vero, cautus & quam compoſitus, quam amabiliter decliuis coram te Cœli Regina, omniumq; procreatoris futura Mater ſe acclinat, Lilium pręfert caſtitatis, ſilentium attendit humilitatis, præfatur encomium maieſtatis, quam mirabiliter ſerius te audit, reſpondit, & adorat; & hæc patrat ſummi Doctoris, Imperatoriſq; legatus. En ecce quam tempeſtiuo aduentu aduenit opportuna taciturnitate prudens, debita mora comoratur amabilis, quam inaudita doctrina, a delectatione notabilis, diſcretis reſponſis mirabilis, ſic diſertiſſimus Angelorum, & eloquentiſſima lingua Beatorum mentium Gabriel; vt in tante rei pateat dignitas oratoris, cui minime deeſt in tam præſtabili legatione eloquentia, de tam interminato itinere doctus, de ſupernorum ſapientia intellectus, in apparitione maieſtas, in deſſenſu velocitas, in annunciatione gracilitas, in oratione venuſtas, in docilitate veritas, in perſuaſione fidelitas, in peroratione iocondìtas; tua nunc cogitata iacta in ſalutari tuo, dum a melifluis Angeli locutionibus auditur, vt a Deo cooptatur humanitas, de Cœlis Vitæ Ianuæ apertio; & quod de Vltore progrediatur Miſericordia, de Ecelſis Humilitas, de Humilitate Altitudo, & de tot Arcanis, reconditiſq; Dei, Veritas; ſcrutare deinde Domina, diuinum ſenſum per Angelum allatum, quippe, qui cuncta iam ſapiat, & hauriat a perenni, in perſcrutabiliq; Fonte ſapientiæ. Amplius, dum te vocat plenam gratia, quum qualis Cœli, Terręque gratia ſit recogita, & ſuccurret tibi gratia hæc tam pulchra, tam plena, quam largitur manu theſaurorum Largitor, quam apparat ſyderum Faber, quantam præſtare ſolet lucis effector, quam complet Cœli Conditor, & Perfector, & eam tibi totæ pulchræ libentiſſime donat perfecta Charitas, pleno prænuntiat ore per Angelum Pater, profundit cumulatiſſime

latiſſime Filius, ſpirat mirum immodum Spiritus Sanctus; Vn de iuſſu Dei ſic te appellat Archangelus *Aue Gratia plena*.

VI. Aue quæ mutas Aeuę famulatum in Regnū, Adæ infer num in Cęlū tu ſola Dei *Gratia plena*; qua Naturę humanæ pri ma ſuſcitabitur Fęlicitas, vetus renouabitur Innocentia, Tellu ris interminabitur Vbertas, e Cęlo dabitur Iocondítas, prior reuiſcet in homine Nobilitas, dum diuinæ Sapientiæ in te in- geritur in homine Alma Radix, inoleſcitq; Palma, vt ibidē Vi tę conferatur Aeternitas; meres iſtud *Aue tu Gratia plena*, qua, quę pie, ſanctéq; cogitas, eſt pręuia Domini Voluntas, quę ada mas Diuina Charitas, quæ meditaris Diuina Mens, quem con cipis, Domini Conceptio, quem virgo paries, erit ſuper om- nem Terram in carne ſalus, in carne Deitas, in carne Virgi- nitas, in ſterilitate Fœconditas, ſub famulo Dominus, in ob- ſequio Rex, in hoc militanti ſęculo Pax, & in vltimo Iuſtitia, & Miſericordia ſimul; meres iſtud *Aue Gratia plena*, cui ſola Virtutum Domina dabitur ſubito formare ſine Viro Virum, coagulare Aeterno Terrenum, & dum temporale reddes Ar- changelo Verbū, te audire, & inglutireq; perpetuum, prænun tiatur recondere humanum, de Paracleto diuumq; fœconda, eidemq; credula, de Virginali floſculo Terræ Florem conci- pere, & de fideli generare conſenſu Deum. proinde te ſic reue renter alloquitur Archangelus Gabriel *Aue Gratia plena*.

VII. Aue gratia plena, qua emergit Abelis puritas, & Noe refloret iuſtitia, Patriarcharum continet celebritas, in qua viget Samuelis pietas, & ſplendet Eliſabeth ſanctitudo, qua relucet Moyſis religio, & veri Salomonis vnici vbique Gentiū, locorumq; Regis iam pręmoſtrati a Patribus, diuinati a Prophetis, repræſentati ab Hominibus, & hodierna in pleni tudine temporū riuelati ab Angelis, finalis nunc, nunc demō ſtratur ſapientia adeo magna, vt ſola copulet humanitati Ver bum, tam miſtica, vt incomprenſibili iungat locali, res ante hoc aureum inaudita ſæculum, vt conſociet cum Terra Cœ- lum, ideo ſola meres iſtud *Aue tu Gratia plena*, quę potiſſi- ma reduces in Cœlos terreum, magnificentiſſima demittes in

terras

terras Cœleſtem, ſanctiſsima dabit criminibus ſanctitatem, potiſsima retribuet Virtutibus Cœli præmium, impolluta deſtinas Virginibus aureolam, decoris affluentiſſima Coniugibus prolem honoris, caſtiſſima Viduis coronam caſtitatis; hinc fit, vt deſponſeris indelibata Deo, & in Terris alta de terrenarum dumis carpat Domini manus, ut ſuauiter oleas in plenitudine ſanctorum Flagrantia, in puritatis Roſa, in Dei, Diuinorumq; Roſarium, Virginitatis Lilium in Angelicum plauſum, humilitatis Viola humilium in odoratu, de Terræq; noctibus mices pulchrioris Sole, Lunaq; ſponſa; vnde hoc dellato de ore Domini, hoc pariter exprompto de ſecretiori vena Fontis æterni noſtræ ſalutis Angelico viſitaris Axiomate, & Panagirico honorificaris ſermone, *Aue Gratia plena.*

VIII. Aue homini nupta, Viri vero neſcia, ſine ſemine grauida, & Diuina Prole fœcunda; quæ ſine ardore carnis, rubore tactus, apertione Ventris, grauedine conceptus, dolore partus, diminutione Virginitatis, ita concepiſti Virgo; vt Virgo paries. *Gratia plena*; tu dum inuiſibile vides, apprendis, & incomprenſum, luminibus orire meis aurea Ezechielis Ianua, Mundo clauſa, vero Orienti patula; denuo mihi obuerſare ante oculos in pulchritudine vera Rebeca, quam in amoris plenitudine parauit hodie clementiſſimus Dominus Domino meo filio. *Gratia plena*; tu dum adequas ſummum infimo, & tempori ſubicis æternum, coniunge, & cum Altiſſimo limū, & per hoc coniugale Dei, & hominis Sacramentum, ita fiat homo Dei filius, vt Deus ingreditur hominem. *Gratia plena*; tu dum metiris immenſum, & terminas infinitum; præſta, vt inuicem ęmula Veritate capiam, quē Cęli, & Terra non capiunt. *Gratia plena*; tu dum emines miſtica veteris Tabernaculi porta, vbi placauit ira ſua Deus, ſuſcipe me pęnitentem in atria placati Iudicis, ſalutarisq; mei, vt ibi reliquum vitæ meæ ærumnoſæ manibus innocens, mundoq; corde viuam ego, & dormiam in pace. *Gratia plena*; tu dum es illa florida tellus, & inuia, qua nititur Angelorum ſuauitas, & alitur hominum ſalubritas, iſtis Cœlorum, & Stellarum impinguata gra

tijs,

tijs, puriſsimo lacte,ſuauiſsimoq; mele proflues in æternum. *Gratia plena*; tu dum Adæ Miſeratorem concipis,condonasq; Deum,& nobis peccatoribus iuſtum generas Dei Filium,perficisq; Hominem, mihi peccatori pia propitiare Mater, quæ ab Angelo ita ſalutaris, *Aue gratia plena*.

IX. Aue imperialis Dei ſedes, Angelicis vallata Caſtris, Sedis tota virtutibus aurea,charitate purpurea, ſerenitate ſyderea, quam geſtijt, quam parat,quam concupiſcit hodie Dominantium Dominus occupare, qui tecum dominetur mitis, & clemens, amplius, & Sanctorum adamat Charitas,qua ſemper hominem diligat Deus, ſyderum intendit ornare claritas; vt ipſæ peccati tenebrę clareant præ ſole Iuſtorum. Beata, nobilitataq; ſedes, tota ſupercęleſtis raritate Gemma,& admirabiliter præcioſa, ab ipſius Fabricátoris Empyrei ędificata manu, cęleſti honeſtata decore, colluſtrata ſplendore, inſignita honore; ſuper cuius intacta, decoraq; ſolia, ſedebit lucis Genitor, quando tuis Alma,Reginaq; Stellarum pendebit a mamillis lactens Rex Angelorum, tuo materno complicabitur amplexu, qui ſolus omnia repente procreat, & repente complectitur, in Virginali gremio apparebit, peccatorum ad veniam propitiator ipſe Deus,homini ab infernali captiuitate redempto, Dei & hominis Mediator, hominis contra Dæmonem Defenſor, ante Patris Tribunal Aduocatus,humanæ carnis ſub germana carne Iudex, ad excuſanda Terræ ſcelera teſtimonium ſalutare in doctrinaque Præceptor,ad cohęreditatem Regni frater, hominis ad gloriam in via Saluator,in bello Propugnator, & in Regno tandem Remunerator; tu merito ſuper Iacob eleuaris Tabernacula,glorioſa Dei ſedes,dum appararis Principi Pacis,vt in te cōſedeat Emanuel, reueleturq; miſericordiæ Deus. Te merito munit dextera excelſi;dum ad te tā ſalutaris Terræ ſalus venit Ieſus, ſolenni cū Canore cingit Hierarcharum Curia, tam munificus appropinquat Vitę Theſaurus; qui vult ditare pauperem, & Fons viuus ſuſcitare mortuum,Miſerator ſaluare perditū,inermis debellare armatum, Paruulus exinanire potentes, Vitæ Pater, mori, & reſur

gere

gere pro mortuo, Virtutum Dominus, Deus, & Homo deſcen dere ad Inferos; vt vnde gratiæ plenus deuenit, Tribus quoque coronatus tropheis Mundi, Mortis, Infernicq; Victor, reuertatur Imperator exercituum, ex in hoc vere Angelico exaltaris accentu, *Aue Gratia plena.*

X. Aue Regale Sancti Spiritus Palatium, matutinum Regis Diuerſorium, pulcherrimum Paradiſi Viridarium, totum odoriferum, penitus delectabile, vere floreum; quod mirificũ repleris vnicũ ab illo qui paſcitur inter Lilia, Nardi, vtique & Thuris, Mirhę, florentiſq; Vitis, Campi porro pleni, & Balſami ſuauiter in æternum olentibus odoribus: hinc dum tua nobis redolet in Nardo glorifica humilitas, odora in Thure oratio, & in Mirha paſsio memorabilis; puſillos orantes audi, vere procumbentes exaudi, tua itidem dum eſt ſemper eadem in flore Vineæ lætitia, ſemperque vbera in campo pleno plenitudine meriti, ſemper triumphans in Monte Libano Caſtitas, ſemper fragrans de Balſamo ſanctitas; Sanctis pollicere Dei Regnum, præ incarnatione Sancti Sanctorum, ad cuius tam ſalutiferum conceptum ad te nunc deſcẽdit de Cęlo Gabriel Deo proximior omnibus Angelis; hic in munere nobilior, ventis velocior, Terræ ſapientibus maior; qui tibi ſacrę apparet, deuota veſte procedit, inſedit ſpectabilis, aſsiſtit amabilis, primo demonſtratur intuitu terribilis, fatur tamen affabilis, annunciat obſeruabilis, orat acceptabilis, exorat deſiderabilis, præorat admirabilis, hic dum tibi defert vere, vere nouum con ceptus, in hodierna noua ſalutatione, beatæ Viſitatione Angelicæ tẽpus, quo *Rorent Cœli deſuper, & Nubes pluant iuſtum, diuinitus aperire terram, cum Ieſum germines Saluatorem.* Glo riare Ancilla Domini; ad quam ſuperna demittitur Maieſtas, vt corregnes tanta cum Domino omnis terræ Domina. Lętare humilima Virginũ, in qua diuina cõſtituit occultari potentia, vt Sola reportes cũ Ieſu, cui omne flectitur genu, lingua loqui tur, vere ſacrũ, & pium immortaleq; Nomen. æterna ſit Domini laus in ore tuo, inter fœminas benedicta; dum cœleſtis non renuit accurere, & inclinari gloria, vt adoreris vbique in bea-

ta

ta humilitate Domus miſtica Regis Regum, beatæ Viſitationis internoſſe tempus, quo in amantiſsimo hoſpitio qui te exornauit de Cęlo Deus, de ſummo hominem concipis, occurriſq; Domino concors; & cũ Domino peregrina diuinę ſuſceptionis, fatale ſpeculare tempus, quo tuum, & Agni conuiuium cęlebras ſolemnia nuptiarum; dum in conuiuali Cœna, qui te vocauit Mater, & Virgo, vere ex millibus elligeris Virgo, Mater, & ſponſa in glorioſa nata Prole, in qua epulatur Cœli Manna, ut manducetur, & recumbet Requies Sanctorum in Panis Angelorũ; vnde merito Archangelus de nuptiali Chriſti Ieſu humanitate nuntius, te tali modo affatur, reuerentiq; verbo inquiens, *Aue Gratia plena*.

XI. Aue Pacificatoris Dei, & hominis Aula, Vrbs fortitudinis noſtræ Syon, quæ ſola fluminis lætificas impetus, dum te Altiſsimi obumbrat Virtus, glorię conſtruit, nobilitatque Rex; exules nos excipe celſa denique Ciuitas, ſanctitate munda, diuina armata Potentia, innumeris opulenta meritis, ſtabili, quieta pace; coęterna Orbis terrę Domina, noſtri quoque miſerere Miſericordiæ Regina; dum aduentanti hoſpiti Deo præfers pacifere Oliuæ Palmam; quia miſericors Emanuel, ſuperni Diadema Regni Chriſtus, huic Angelorum melo de caſtitate nouum, de puritate canorum, integritate plenum Hymnum, Cantuq; laudis in Cimbalis vere iubilat gloriam; quia Chriſtus, quem fide comperis Humilitate attrahis, Amore percipis Mente, & Vtero retines, exaltabitur ſuper æthera tellus, & tecum viſitata terrę Domini gloria coronabit hominem. Sterne ad vicos, plateaſq; tuas ſerta florea; aurea, & ſerica, extende tapetia, currus errige triumphales conſcia penitus, ut Dei ad hominem ſemitæ parantur vtique ſanctæ, porro cuſtoditę ab Angelis immaculatę. Proſpice interim Lumen de Oriente tuum, Orientalis diurna, matutinaq; Stella; dum te de radice Dauid, tribuq; Iuda, vult prodire Ieſus ſæculorũ æuum, meritorum proęmium, ſalutare gentium. Reſpice nos, dum Vrna pariter efficeris in terris aurea, vt ſerues homini Charitatis aurum, diſpone egenti Theſaurorum ęrarium, ſpi

noſæq; terræ reddas, & Manna Cęli, aperi Fores de lapidibus pręcioſis, pande gremium de bonorum plenitudine tuum; tu Cella aromathum, Fons Hortorum, Gedeonis itidem Vellus diuo rore madidus,& cœleſtis ſuauitatis mira gratiæ magnitudine perfuſus. Vige oculis tempore, locoq; fidis noſtris Aron nobiliſsima Virga, quæ inſipientibus ſpires ſapientiæ odores, gentibus producas terræ æternæ flores. Faue Dei famulos peccato ſubditos, tu Sancta, Imperatoriaq; Ciuitas, quę ſola ſuperni Imperatoris Regia ſecerneris ab hominibus, & exaltanda ſuper Angelorum Choros, ſceligeris a terrenis, ut collucens, & reſidens, & eminens ſuper Aſtra Cœli, ſegregans ab iniquitate Populum, ut ſuper omnem inuoceris denique Terram, Dei pietas, æterno dicaris Patri in ſanctum Numen, filii mitiſsimam Arcem, Sancto Spiritui in ſuaue Flumen; adeo vt innocentiſsimo ambitu emereas continere Deum, & hominem, dum te ſic reuerenter aduencratur Angelus, *Aue Gratia plena*.

XII. Aue prę Dominico conceptu Stella Cęli, quæ ſtellifera beatorum Atria de plenitudine gratiæ mirabiliter decoras; tu lucidiſsima ſupernorum Stella, quæ annunciaris vnica lucis Mater, proſpectaris ſtellarum Lux, Aurora Solis nuncuparis, Regni ſtellati, & æterni Diademate digna, Regni porro Gratiæ, & Gloriæ in ſæcula triumphantis ab æterno cohęres. Hæc dum tibi, maioraq; nunciat diſertiſsima Angelorũ lingua Archangelus Gabriel, illum merito audis attenta, huius iubilas parere voci Virgo prudens, hunc de diuino Incarnationis interrogas opere Virgo Sancti Spiritus Templum, huius nunciatione fideli, inuiſibilem cõſentis concipere Deũ. *Gratia plena* eiuſdem auditu concupiſcis Dei occurrere filio; hinc dum a tanto Dei, & Angeli Oraculo internoq; torrenti, ineffabili exhauris Paradiſi gaudium, concede libens tu Scala Cœli, & Tronus Dei; vt tibi præ tuo præfatoq; meo ſalutari in fide adhęream, collecter in via conglorier in Patria. Hæc etenim lętitiæ dies, iſtud miſericordiæque tempus, quo tibi dabitur parturire qui te fecit, lactare qui te pauit, ſine grauamine

mine portare Vteri fœtum, cibare de cœlo Manna, Cœli Rorem, æternam prodere Gloriam ſalutis·partum; hic utique fœlicisſimus Dei aduentus in homine prouida tranſmigratio in terram, dum concipis humano ſemine neſcia, conceptusq; tuus ſic eſt Deitatis ut Humanitatis, ut cunctis patebit terræ populis partus. Hæc ſane beata translatio Saluatoris in perditum, Infimi portentoſa ellatio in Eccelſum, dum a te naſcetur Emanuel, ſalubritatis, mortalitatisq; coniugium, vt in Empirea locetur Luce, & temporis æterni cōpago; hac porro mirifica telluris coniunctio in cœlū, ineſtimabilis Altiſſimi humilitas in inuium; dum ſedet Patris æterni in Cœlo Verbum, ut in te terraq; caro fiat, & erit tibi ſubditus, hæc Dei potiſsima Virtus, ſolus admirabilis, lausq; Domini; qui ab æterno in Cœlis magnus, in Terra tamen paruulus venit, & eſt vno eodemque tempore in Cœlo Dominus, & in Terra ſeruulus. Hæc eſt pręſtabilis gratia, hoc eſt Altiſsimi munus, dum accurrit ad hominem Deus magnus; ille perfecta Charitas, tu tota ſuauitas; hic Panis hominum viuus, tu Vitæ Parens; ille vult aureum Adæ aperire Cœlum, tu Ventris accingeris Clauſtro, Aeuæ natis claudere Infernum; ille nunc deſcendit Immenſus ad minimos, tu aſcendis humilis in Deum; his graditur Propheta ſalutis ad Gentiles, tu gratiæ pęnitus plena ad peccatores; ille finalis ad deceptos veritas, tu ad periclitantes ſecuritas; ille ſancta Cœli ſemita ad deuios, tu ſancti obſequij gradibus ſcala, aſcenſus tandem ad Paradiſum; ideo ſic excellenter nominaris ab Angelo *Aue Gratia plena*.

XIII. Aue pia ſolari Germana ſtella Mundi, quæ huius ſerenas ſęculi Nebulas ad perennes iuſtorumq; dies; tu enimuero ſola quodlibet peccato vacua, omni uero Dei *Gratia plena*; quæ Cœleſtem terreſtribus protuliſti nobis medicum Ieſum; qui tantopere cautus venit medere, & non ferire, ſtudet ſaluare, & non perdere; perditos inquam Terræque filios miſerandos, miſerator cupit ſemper miſereri, & parcere; totius conſolationis Deus vult omnium aſſummere culpas in gratiā, tormenta in alleuiamentum, ignominia in gloriam, mortali-

tatem in vitam. Ex infęcunda ſpe, votaque prima conſurrexiſti Virgo, ęqua magnopere ſancta, ſancti Teſtamenti prodibit Arca,& dominabit ad Homines beatę pacis arcus;tantopere pia viſibilis,ſenſibiliſque naſcetur Chriſtus natura Deus, in creatorum Patrem coęternum,temporalis, & ſine commertio humano,ſic Cœli, Terræque Dominator, Cœlorum excurret Cœlos vt Aquila præ dominatu; vere ſapiens præfiguratus exaltabitur a terra ſerpens ad ſalutem; Eccleſiæ Paſtor, vt armata ſulcabit Nauis Maris vndas ad ſecuritatem; ſolus,& potens de te progredietur caſtiſſima Virgine Vir,ad omnes virtutes;beata propago, decoraque Virgo, ad cuius Virginale tegmen deuenit in huius fine ſęculi paruulus Emanuel,&uno ibidem tempore plane perfectus permanet homo, cum de caſtis concipitur viſceribus tuis infans, antiquus vero dierum,ſolus Angelicos modulatur concentus ad dexteram Patris in plenitudine gloriæ. Fortunata Parens, quæ illûm purum paries uerum in obedientia filium, in natiuitate hominem, Cœlorum tamen uſitatum non ſinet incolere Regnum vt Deus, ſic non mutabitur,vt Dei Vnigenitus Deus,eius autem apparebit per ſona hominum oculis ſuper terram, peregrina beata Mater miſtica olenti in Libano Cedrus, purpurea in Hierico matutina Roſa, in Syon monte odorata Cipreſſus; cuius Venter fit Dei Sacrarium, ſanguis Palium, Charitas Vinculum, ſpeties Gratia, Fides Eccleſia, Cor Cõuiuium, Virginitas Viridarium, Anima Paradiſus, Humilitas Solium, Seruitus Dominium, Obſequium Regnum; cuius puriſſima, diuaque Mente, qui eſt purus vbique locorum Spiritus vere Deus inhęreat ex aduerſo, & unicum Virginitatis occupet Vterum verus Homo, de teque maternas, & humanas aſſummit carnes velut homo. Fœminarum lætiſſima, quæ intacta vales Verbo ſolo parere, quit parit omnia; neſciens virum Domino credula procreare qui cuncta gubernat; de Virgineis tuis emanare ſanguinibus, quo viuit omne viuens;dum in mundiſsimum porro tuum deſcendet Aluus uerus Oriens, ſicuti Imber ſuper Gramen,eritque natalibus Puer, in Cunis vagiens, in Præſepe abſconſum,

eiusque

eiuſque interim diuina neſcit generatio ortum, & tollit Occaſum æternitas. Pia Terrarum Domina, Iſraelque lætitia, per quam Ieſus ad perditum operatur ſalutẽ cum Manna ſapiẽs; properat ad uere Crucis cum torculari Vitæ Genitor, ad cadu cum feſtinat æternus; inuit ad Satanæ exitium Dei fortitudo & filius occultus; triumphabit in curſura via fortis Gigas in te ſtamento lętus; illibata Mater illius, cuius Subſtantia eſt Vnitas, perſona Trinitas, Magnitudo immenſitas, Natura bonitas, Voluntas ęquitas, Lex vera Sanctitas, Vita fęlicitas ętas perpetuitas; ad cuius Regale Nomen ſolaria indies iubilant Lumina matutina, pulcherrima ſcintillant Sydera, perpetuo virentes apricantur Coles, mirabiliter luminoſi conſurgunt Montes, culti vberant Campi, florentes vbique arrident horti, intacta pęnitus pręſeruantur Terrę deſerta, fide ſaluandi gloriantur Homines, & reparandi, hinc te annuntiat Archangelus *Aue Gratia plena*.

XIIII. Aue ſuperijs fluctibus incolumitas, fidelis inuocata Stella Maris, quæ Cœlo radias, quæ Terræ dieſcis, Mare pacas, quæ indeſinenter Angelos præ puritate celſicas, Mundum pro ſerenitate illuminas, horrida præ fortitudine terres, in te meritiſſime Iuſtorum ſol Ieſus inhabitat, vt ſola tanto calore ſolis algentia peccatorum pectora inflames ad pœnitentiam, diuinum ad amorem comburas iuſtos, ignita beandorum labia Dei ſpecificum laudis Canticum feras. tu mirę virtutis, ſuauitudiniſque Stella, qua in huius amarulenta Maris dulcent, periclitantia ſaluantur, emerguntur merſa, ſecundantur aduerſa. Tu pręcipuo Cęli munere luminoſa Terræ lampus appares, quæ Rudibus præmonſtras ſapientiæ ſemitas, deuijs lutum erratorum exſicas, deſidibus lacunas vitiorum purgas, Terræ nigra dealbas, obſcura ſerenas, & mortalia viuificas. Tu propitia Mare nauigantibus Stella, quæ qui hoc vaſtum, hoc horridum decurrit æquor hoſtiles propellis ventos, vt a labore quieſcat; lętales euitas ſcopulos, vt ſecurus enauiget, innumeraque pericula exuperas; ad ſaluberrimum Ieſu, Mariæque Nomen fortius prodit omnibus recurrere, nam te, Spirituque

tuque Sancto ducibus, & Angelorum prępuia cuſtodia ſulcat horrificas tutus Vndas; quia per te ſecum æterna ſecuritas, illeſusque ad litum Maris auram Vitæ Vndam, ſalutisque Portum traicitur. Præclara Stella, immortale Lumen, ęterni Aurora Solis; quæ veniſti Genitrix Gratiæ, increatrix pietatis baculum, Charitatis Altrix, & Miſericordiæ diſtributrix. Opus enim es fabri admirabilis vnicum, vere a nouo miſericordiarum Deo nouum, a Cœli, Terręque ſtuppore mirificiſſimum quod tale non fuit vllo tempore factum in vniuerſis Regnis. Te ſane Orientalibus ornauit monilibus vnicā cęleſtis Oriēs, quo per te reſultet è Terra de nocte dies, de Morte Vita, a tēpore æternum; dum includitur in homine Deus, vt inclinetur ad hominem præ culpa gratiam, præ pęna veniam, prę Inferno Cœlum; te pręlegit in ſponſam, qua ſcandat ęthera Terreus, immortalitatisque Sator mortale hominis induat, vt tuo conueſtiat hominem ſpiritu Deus: dum humane connectitur naturę, beatarum mentium vnitas Emanuel, vt credulos aggreget Terræ populos ad diuinæ connexionem charitatis in hominem, & hominis in Deum. Te profecto ſęculorum parauit Pater ante faciem hominis, & Angeli miram, qua figuratur homo de homine Deus, vt homo transfiguretur in Deum; geſtit tibi ſtellarum applicari ornatus de beato fulgore Cœli, quo te refulgeat, de beatorum ſedibus Gloria, demanare Fontem, quo miſer exultet; in tuum Virgo Gremium ipſum declinare Paradiſum, qui cum & conuitet ad Cœli Gloriam inglorius, exinde hic tam ſolemniter ſolemnis Mater, & Domina annuntiaris ab Angelo, *Aue Gratia plena.*

Ad

*Ad Immaculatam Chriſti Matrem, ſuper illud Archangeli Verbum*, Dominus tecum. *Subſequuntur Quatuordecim contemplationes.*

AVE hoc ſola a Domino dignata titulo, & honore, *Dominus tecum*, mane ſic amabiliter mecum pulchræ dilectionis Mater, Dominique Comes de Terra in Cœlum, vt tecum pulcherrimo cum amore manſit Ieſus Lucis Conditor, Cœli claritas; antequam quicquam faceret Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus a conſtitutione Mundi. Hinc gratia, & merito tibi dicitur *Dominus tecum*, quia ille te vere pulchram apprimeq; dilectam ab ęterno ordinauit ęternus ad rerum creandarum ſerenum ordinem, in plena bonitate Matrem ſanctam, in vera ſapientia Cœli Reginã in luce perfecta Gratia plenam. Ideo *Dominus tecum*. Antequam Terra fieret, tu illi eras Terra Virgo, Terra ſancta præ oculis, prior Abiſſus, ſtetit tua in diuina mente Cõceptio, ante Aquarum Fontes, tua ſane ſuper Cataractes Cęli Aquæ viuæ ſalubritas erupit. *Dominus tecum*. Tu ſuper cunctos conſurrexiſti Montes pretioſus ille lapis de Domini Monte ſine mortali manu abſiſſus, vnde magnus congreſcat Mons montium, qui vniuerſum illico valeat replere Terram. *Dominus tecum*. Tecum ab origine Mundi Dominus cuncta componens, te per ſingulos delectabatur quoque dies, illa beata perfectaq; Charitas, tua coaptauit humilitatis, ſalutisq; ſapientia magnus Admirabilisq; Deus. Tu omnino ſola omni luſiſti tempore plane, mutui caſtiſsimi amoris coram Domino ludum, delitiæq; tuæ florere nimium inter floſculos Virginum in plenitudine lucis, in gloria Dei cũ filijs hominum. *Dominus tecũ*. Tu ante Terrę ameniſsimos Colles collium æternorum parturiebaris Amenitas, & illum quem Cœli, Terræque continere non poſſunt, hodie emeres in tuæ Virginalis potiſsime diſtringere Viſcera. *Dominus tecum*. Quando præparabat Cœlos aderas firmum Dei Exemplar & Angeli luxiſti Speculum, Cœleſtibusq;

leſtibusq; Cardinibus condonaſti oblectamentum. Quando Aethera firmabat ſurſum, tu illi æterni Numinis præluxiſti ætherea claritas. Quando librabat aquarum Fontes, tu ſaliſti de Terra in Cœlum Fons vtique ſignatus Viuentium Aquarum terreus, in puritatis potum, in ſanctis profluuium, & in beatæ dulcedinis Torrens. Quando ſuum circundabat Mari terminum, te miſticum compleuit omni opulenta plenitudine Mare. Quando appendebat fundamenta Terrę, tu occurriſti Altiſsimo Tellus inuia, nullo aratro ſciſſa, nec roſtro vexata, nec ſarculo defoſſa, nec humana manu ſeminata, quæ vnicum omnium pulchritudinis Florem Cœleſti Paradiſi red dere accelerata es, Terreſtri germinare Vitæ Fructum; vnde omnis ſic te cum Angelo Nuncio lingua proclamat; *Aue* ſine numero *Gratia plena*, almo merito Dei Mater *Dominus tecum*.

II. Salue hoc ſalutis memorabili diplomate, memoranda Mater, & Virgo ſola digna *Dominus tecum*, ſic ad tuas pias, maternasq; preces mecum maneat Ieſus Terræ ſalus, Dei pietas, ſummi Patris æterna claritas, Dei Veritas, vt tecum coniunctiſsimæ, amantiſsimæque remanet, veluti cum Fonte liquor, cum ſeminalis Terra fructus, germana cum Aethere lux, fluxiones in Mari flumina, radiatæ cum Cœlo Stellæ, Ca nori in Cœlis Angeli, triumphanti in Curia Domino, in beata Petri Naue fides, & cum tua iam coronata humilitate Altiſſimus. Ecce ſpecioſus forma præ filijs hominum, qui non hor ret Virginis Vterum, vt ſuper horridæ Crucis vnde deuictoq; Mortis aculeo pro Vita mortui ſubeat tormenta, de Terra ſur gat pro venia rei, in Cęlum aſcendat pro rebellis ad gratiam, de Cęlo miſereatur, & in Cęlo ſedeat humilibus ad gloriam. *Dominus tecũ*. Ecce de Petra deſerti Terrę Dominator Agnus, quem prouidus emittit Dominus ad filias Syon gemine Naturæ Chriſtum, vnius vero perſonæ Deum, & Hominem, qui Deus Deum placare valeat, Deus Deo ſatisfaciat pro homine, Deus mitis iuſtitia deponat ancipitem enſem, pięq; pius ignoſcens Virginis filius miſericordiæ reſumat oleum. *Dominus tecum*. Ecce Dei viui Vnigenitus ad hominis Vitam venturus

turus in homine, Dei ineffabilis Verbum, cuius ſonitus ſonat iam in auribus hominum ſaluandorum ſalutis vocem, dictat linguis Angelorum mirum beatitudinis Canticum, Harmonia diffunditur Iuſtorum in labijs ſpecioſa Dei laus, in hoc futurumque ſeculum, Tuba clangit nouam Cœleſtibus Gloriam, priſtinam terreſtribus Pacem, Infernalibus perpetuam Cladem. *Dominus tecum.* Ecce vniuerſorum Pater, qui te delegit in Matrem Filij ſui Cęli Rex, qui te coronat Cœli Regina, Dominator Dominus, qui te præficit Dominio Angelorum diuinum: Vtero tuo Verbum, vt caro de Carne noſtra miſeratus in homine Deus, Agnusque Dei, qui vult ſuper Crucis aram nimis amaram guſtare Mortem, ne moriatur Peccator, ſed conuertatur ad tam pium, tam prouidum, ſalutariq; ſuum, & viuat in æternum. *Dominus tecum.* Ecce præclariſsimam ad Virginem Coronam, ad Virginem primariam Angelorum puritas, Cœli Rex, pacis fructus, pietatis Fons, ad futuram in plena Dei, & hominis Charitate amantiſsimus hominum Deus, & Homo Chriſtus. *Dominus tecum.* Ecce Adæ exilij finis, Aeuę luctus gaudium, peccatori gratia, Iuſtitiæ meritum, Iuſtorum merces, Conſiliarius in Cęlo, Terraque Magnus, huius, futuriq; ſæculi Pater, & Arbiter, Scala Iacob, Cœli Via, rerum Veritas, Mundi Vita, Viuentium ſpiritus, æternorum Clauſtrum, Regni Cęlorum portio, Ieſus præfinita credentibus Cęli gloria. *Dominus tecum.* Ecce qui tecum erit, eſt profuſus Gratiarum Dominus, in oculo Lux, in ore Mel, in aure Melos, in corde Iubilum, in tactu Salus, in odoratu Suauitas, & in fine Gloria. *Dominus tecum.* Tecum eſt ſurſum ſummitas, Deorſum humilitas, ad dexteram Deus, Homo a ſiniſtra, ante æternus Oriens, retro præteritorum præſentia, & armata circum Ciuitas. *Dominus tecum.* Tecum erit in hominis quies, in Vigilia ſocietas, in motu via, in ſtabilitate ſecuritas, in fame panis, in ſiti ſaturitas, in comeſtione conuiuiũ, in Carne Deus, in Terra Cęlũ, in Cęlo Regnũ, in Regno Miſericordia, in Miſeratione æterna Benedictio, & Adoratio in ſęcula ſęculorũ; ideo ab Angelo merito ſalutaris. *Dominus tecũ.*

Z Spiritu

III. Spiritu gloriare, lętare labijs ſalutari tuo, ſpecioſa inter filias Hieruſalem, quæ in ſanctorum cubilibus, & Aromathum Hortis nimia cum ſuauitudine coronaris; merito nunc te tam valde mirabilem diligit Amicorum Dei Charitas, tam amanter concupiſcit Dei benignitas, tam nouiter conquirit Matrem omnium Pater, tam reuerenter indicat Dominam ſolus Dominus, tam dulciter ſalutat per Angelum Princeps Iuſtorum, tam decenter graditur ad Virginem Virgo, ille quem amanti paruula nouiſti corde per fidem, clauſo concepiſti Vẽtre per innocentiam, mundis reuelaſti labijs per veritatem, caſtis hoſpitaſti Viſceribus per teneritudinem, verum denique nunc firmas fideli conceptione Deum, & Hominem. O Glorioſa Domini Domus per quam hodie fit tuta vbique terrarum ſalus, qua vult aſſumere hominem Deus in fratrem præ humanitate, peccatorem conuertere in ſanctum prę natiuitate, Terræ remittere Filium in Cœlo, ſui ſuper Terram ſanguinis pretio; ſuper humanis dotata gratijs Alma Domini Mater, & Virgo. *Dominus tecum.* Quæ dum fluxum loquens Archangelo Verbum, Vitæ Fonte vertit in æternum, vt Cęleſtis generetur Homo; & dum ſuperno ſpirat a Patre, Spirituq; Filius, veniens de Cœlo rorat Cœlum, Terræque proles, & Terram grauidat, & illo grauidaris intacta, fitque vt eodem nondum nato ego renaſcar; & dum euangelicum terræ granum emorior, affluat inibi multiplici fructu frutex, ſalutifera Ieſu Parẽs. *Dominus tecum.* Ita lenis, vt manent ſub Pelicano Pulli, ita morigerus, vt ſubiacet Domino ſeruus, ita cupidus, vt oblectatur in amplexu filius, tantopere libens, quantopere ſub uigili paſtore pecus, ſic ſocialis, & itaque caſtus, vt cum fido Turture Turtur, adeo ſuauis, vt cum clementi Cœlo ros, ita frugifer, vt cum culta Terra ſementæ, tam vere lucifer, quam Cęleſti cum Sole Fulgor, ſic de tua, hominiſq; ſalute communi ſolicitus, vt præeſt ſaluando ſalutis cuſtos Angelus, ita re vera Caro, reuera Deitas, vt tecum totius humilium remanet figura germana Dei, peculiariſq; Gloria. Tecum ſtellarum ſtella Dominus veluti cum Flore Suauitas, cum Homine Spiritus,

tus, cum Corpore Vmbra, cum Vere Amenitas, cum Aurora Dies. Tecum Sancti Spiritus ſponſa Dominus, vt in Cedro Celſitas, in Angelo Sanctitas, in Luce Hilaritas, in Pace Charitas, in Fonte Voluptas, & in Deo Salubritas. Tecum candebit Virginium lilium cum Virginibus, rubebit Martyrum Tipus cum Martyribus, ſapiet ſal terræ cum Doctoribus, Prophetarum præloquetur, & cum Confeſſoribus Iordanis baculus aducet deuium ad vias ſalutis rectas, Viatoris Comes diriget Claudo viam, in qua ſecurus ambulet. Tecum Amica Amoris in pulchritudine Dominus, ita vt tuo feſtiuus plane orietur amictu vnius ille ornatus Syderum, ita munificus, vt Dei congruat tua cum ſummiſſione Altitudo, cum caſtitate Soboles, cũ obedientia Potentia, cum indigentia Affluentia, & cum aſſentione Verbum, & caro Chriſtus; cui ego fidelis fidelem, & mihi pollicere Deum, dum peccata mea defleo, de Sancto Spiritu præbe conſolatorem Spiritum, de pacifero Nuntio, dum eius ſub nomine militor, prænuntia Pacis, Miſericordiæq; Dominum, & tu, tam pio, ſanctoq; conceptu, dũ iungis humo Cœlum, adiungis & ad hominem Deum, coniuga & os de patria germanitate meum, oſſibus quoque meis, quæ glorioſa meruiſti audire, *Dominus tecum*.

IIII. Tua ſit præ mea viſitatione perennis amęnitas, Virgo tota pulchra, tota precioſa, merito Mons appellata Libanus non inciſus, dum ſuper Terrę faciem præpararis a Domino, ei pulcher apparatus, te prouide mirabilis in ſanctis ſuis Deus erexit, & exaltauit ſuper montis cacumina mirabiliter, vt ad tuas interim refloreant immortales Amarantes, vberauit arida ver perpetuum, vt vireant brumalia, & ad Angelica Cantica gaudeant flebilia, concinatur querula, ad tui Cœli Terræq; lumina, luceſcant tenebrica cuncta, ad vnicum Virginitatis porro fœtum pariant ſterilia, & ad Incarnatum vere Deũ nunc æternentur mortalia; Omnis igitur tibi Terra plaudit, nobiliſſima terræ moles, quia *Dominus tecum*, vt memorabilibus concepta plantis, ſuper omnes eleuata Cœlos, famoſa, (vt pium eſt credere) in te iam exalteturq; Cedrus, vt ſemper

redoleas, ingens concreſcat Pinus, & mirum in modum aſcendas, odora perpetuetur Cipreſſus, ut tua ſit veluti in Sole virtus fœconditas, flamma Claritas, fœlix ſanctitatis aceruus. *Dominus tecum*, vt ad tuum vallandum lilijs operculum herboſa exultent florida, rideant Prata, delectabilia delectent, ſuauia effloreant Pomaria ad delitiarum proſpectum, puri, & vitales exiliant Fontes ad patulum ſanctitatis Lauacrum, chriſtallina, & melliflua defleant Flumina, frondeant Syluæ in gloria qui cuncta creauit, & quem, emeres ſola verum ſuſcipere, credereq; Deum, & Hominem, progenerare Nata Genitorẽ, & tanta omnium conditorem Virgo parturire Filium, pij decoris, honoriſque vertex; verte nunc me ad verum diuitiarum Theſaurum, ſinuque tuum, vt conuertar ad Dominum, quia *Dominus tecum*. Ante cuius præuium Numen, & Lumen videre videor precioſos exoriri lapides, vt te pulcherrimam exornent, luculentamq; ſimul Dei præſentiam præſentem. Hinc potiſſimum lucidus ſeſe tibi obijcitur Adamas, quo tua ſcintillet Lux ut Stella, oblectet ut Sol, nocte luceat vt Luna; candidus candet Alabaſtrites, quo tua clareat Innocentia, velut Angelorum ſanctitas; Carbunculus rutilat, ut ſtellata radiet corona præ ſolaribus deſiderabilis, & precioſa radix; flauet Hyacinthus, rubet Chriſolitus, vt ipſo diuinitatis aureo nobis reueleris & colore; viret & Balanites, quo tui annotetur Veris æternitas; flammeus flagrat Pyropus, quo tuus oſtentetur in Deum amor; ignitus omni colore iocundior reuiret, Smaragdus, quo humana recreetur acies; Orientalis denique tranſlucet Saphirus, vt tua lux Charitate purpurea, caſtitate Cœrulea, Vnitate diuina, cuncta iam Cœli luſtret, & tranſcendat Aſtra. Almæ viriditatis Oliuus. *Dominus tecum*, cuius latera florea ſuper Orientales olent odores, aurea latibula, fiant aurei aurcata tecta Solis, cultaque rubent, albent, micantq; veluti ſtellæ Cęli, Ros pluit ſuper te dulcis vt Manna, Aromatha ſapiunt, dulcentque fructus Terræ ſuper mel, & fauum, rorat pinguedo, affluit fertilitas, vt matutina fęconditas, excellenti corpora calentia beata congeries, intacta præollet vbertas,

tas, herbarum omnimoda præſeruatur Virtus vt Balſamum ad diuinæ ſuauitatis odorem. Almæ Amplitudinis iugum, Mens hominis ad Deum. *Dominus tecum*, cui Sol non occidit, perfecta apparet Luna, Meridies floret & Aeſtas in ſua varia pulchritudine æterna, proni dum te cęleſtes circonuolitant Aues, coronant & Angeli, & certatim concinunt dulciſſimum Ieſu, Virginisq; Nomen; ignoſce miſero mihi, præ Incarnati Verbi in te fęcunda Deo Virgine Gloria, quæ ſic ab Angelo ſalutaris. *Dominus tecum*.

V. Te ſalutamus omni ſalutari grauida, affectamur ſaluti gerula, delectamur omnium procreatore fœta, ante cuius florentem, precioſumq; Thorum; dulcia frequentant flauæ, & capillatæ Virgines Cantica, cuius vbique terrarũ redolens velut vnguentum effuſum, pulchra, & caſta colit generatio Nomen, cuius manſuetudinem, & Iuſtitiam vt concurant ad æmulam Chriſti fideles Beatitudinem, hodie dilexit reſpexitque Deus, ita ut ſit *Dominus tecum*. Beata Virgo corpore pulchra, fide vero pulcherior, integritate pulcherrima, Angelorum prę ſuauitate melos, homini pro ſalute perfugium, Dei præ Saluatore caro, hodiernumq; Domini pro incolatu coæterno Sanctuarium. Virgo ſpectabilis in aurea Veſte decoris Regina; lætabilis in immarceſſibili indumento honoris, Mater memorabilis, glorioſa præ Incarnati Verbi præſentia. Virgo Virginum ſpecies ab ęterno colorata Sole, Virgo a manu Domini Dei ſponſa coronata, Virgo ſic Fœminarum honos honorata ab Angelo, Angelorum Hymnus, Virgo cantitata ab Angelis, Mulier tuta a Viuenti adorata carne, vt honor ſtet vbique tuus cũ Domino Coæternus, Virgo Fons Gratiæ, dum tollis Acuæ maledictum per iſtud Auæ veraciſſimi Gabrielis ab ore, Virgo Creatoris deſtinata Mater, Saluatori aſſeruata Nutrix, Virgo Mundi columna, ſummi Regis electa, & prælecta Baiula, Virgo Virtutum Domina, ad quam ſurgit Aquilo obediens, ſpirat Auſter clemens, fœcondat Boreas placidiſſimus, ſtelliferum aperit ſuum diem Oriens, ſemper illucet, & lætatur Occidens, & Aeui qui perſlent tuarum delitiarum ortum gratulantur,

tur, quo inibi Dei ad hominem fluant Aromatha, vnde tuũ cum Ieſu fructificetur, cum Ieſu fragret, cum Ieſu maneat, cum Ieſu propagetur, in ſæcula Nomen. Beata Virgo fœminei ſexus præclara ſoboles, qua cum cubat qui perdit, qui redimit, vt omne condonet homini debitum, de ſuperfluenti ſuorum meritorum Archiuio, tuarumq; diuitiarum Theſauro. Beata Virgo ſtellarum Gratia, Solis, Lunæq; amabilis, quæ inanem Regnum contempſiſti Mundi, & ſola meruiſti Regalia Cœlorum ſuſcipere Iura, & tua pulchritudine diua reci pere Deum, & ornare Sydera. Beata Virgo, cui ſęcularia viluere gaudia, ob ſponſalem Domini Ieſu amorem, cuius maritalis annulus Virginalis eſt Palma, fides nuptialis Coniugiũ, tanta neceſſitudo Sanctitudo, ſolenne Conuiuiũ Sanctitas, fercula pretioſa Manna, Virginalis fetus Conceptio, pręſtantiſſimi boni Complectio, puerperij Partus, Mundi Vita, huius viſio Beatitudo, ſuſceptio vero Gloria. Beata Virgo ſponſę Virginum, tam cõpta, ornata, honorataq; ſponſa, oblata Deo, & Angelo, Ancilla Domini, & vno tempore effecta Cœli Terræque Domina, Virgo Virtutis Virga humilitate Altiſſimi Requies, fide fœconda, ſummiſſima ſummi inclinatio Cœli ad humum, Iuſtorum Iuſtitia, & decor, ſuperni in Diademate Regni beatorum chorea, in aurea corona Angelorum canticum, in Virtutum varietate, ſanctorum laus, portus perditorum, Charitate Chriſti ſpes deſertorum, peccati gratia implo ratio, & dilectio peccatorum. Beata Virgo Virginum primaria, cuius claudetur in Vtero qui tonat ab excelſis, qui Montes fulminat, qui nubilat, inauratq; Cęlum, cuius lactabitur Vbere Cœli Fabricator, terræ Paſtor geſtabitur Vlnis, Dominator commorabitur patrio in Gremio, Prouidus adorabitur ab ore Mortis, clemenſq; Mundi Saluator Ieſus, præ tam ſancto, tam pio Maternoq; Amplexu, amplexabitur ſuã facturam Creator, dabit oſculum æterna Charitas Iræ filio, & ſemper cum homine manebit Emanuel. Beata Virgo amorũ puritas, Matrum fœconditas, cuius concupiſcit hodie prius Cœleſtem opplere Dominus Spiritu, quam in Terreſtre de-

ucnire

uenire ſacrarium, pudica prius præſtringere cordis intima, quã oris melita præuenire labia, prius immortali ſe ſe reuellare tuæ fidei viſibilem, quam viſui, ante materno ſuſcipi affectu, quam conceptu, anterius in tua ſe ſe occultare cum viſcera, abdita cum æterna, poſterius cum temporaria, prius tibi copulari diuina, quam humana natura; vnde Virgo parias Deũ, pariter & hominem, vt ſemper conuiuetur, conuiuat, conueniat cum homine Deus; vnde merito ab Angelo ſalutaris, *Dominus tecum*.

VI. Tua nunquam recedat a meo fideli corde lætitia, electi Iubilatio Populi Maria, quia *tecum Dominus*, quo merens gaudeat, & valeat Infirmus, fortunetur Infelix, eleuetur abiectus, ſortietur Regum tabernacula ſubditus, de Terra exaltetur ſtercore ad optima Cœlorum paſcua Egenus. Tua ſemper reſonet, & reſpiret in ore meo laus, Iuſtorum Cantio Maria, quæ homini ſola Deum reconcilias, Dei, & Hominis amãtiſſima Mater, ſpondes vt ſponſa, Arca fęderis ſeruas, Columba prænuntias pax Altiſſimi, Noe reddis ad Arcam ſolemnis Genetrix, *Gratia plena*, prodes Aurora ſolis, immunis onere geſtas, Chriſtifera habebis præ manibus cuius dextera præbebit Angelorum Manna hominibus. Tua ſemper ſit in mea mente dulcis, & frequens commemoratio o Maria, quæ ſola hoc Mare ſulcas imperterrita, illud ambis celera, idemq; ſedas omnium Domina, Mater haberis illius, cuius ſonus ſuſcitat de Terra mortuos, Nomen præſeruabit conuocantes, humilis deijciet de ſede ſuperbos, fides orietur Paſtorum ad Regimen, patebit Natiuitas ad diem Tenebrarum, reuelabitur Infantia granditas paruulorum, ſpectabitur ſtella Magorum, Præſepe repræſentabitur atrium Dominatorum, depreſſio ſignabit elatio dilectorum. Tua ſemper ſit in ſpiritu meo gloria, iterata Emanuelis Gloria Chriſtifera virgo, quia *Dominus tecum*, vt tecum in puro paret ſpiritale culpæ lauachrum in ortu, veterum reueletur nobis figurarum Veritas in Vita; Vmbrę præteritę innoteſcat Lux in doctrina, Dei Conciliator & hominis Legem timoris, & precũ Miſerator Deus, & verus

Homo

Homo cum vertat in Euangelium, Nuntium Sanctæ ſpei legem vtique Gratiæ in Vitam æternam, Beata fœminarum, Gloriatio Virginum, qua cum Cœleſtis congreditur Olitor, vt totum perluſtret Roſarum, Liliorumq; Viridarium Dominus, vt ibidem ſanctus de largitate Cœli, viſitet, coronet, & Virgines in triumphanti Paradiſi Gloria. Ecce vt *tecum Dominus*, ut Rubus ardens veluti Dominicus amor ignitus, totus ſpecteris charitate flammeus, integra vero remanens in Caſtitate incombuſtus. Ecce vt *tecum Dominus*, vt ſurgas hoc de Mari Nubes ad Cœlum, quæ ſitientibus ſtilles Cœli Rorem, de Catharactibus vero Cœli Vitæ, puros, ſacroſque Fontes ſuper terrarum inopia, & arrida verſes. Ecce vt *tecum Dominus*, ut ſpecioſa adoreris ab homine Mulier, Meridiano. Amicta Sole, Lunaque pedibus pręmens, a ſibilina demonſtreris Sapientia in Cœli Nubibus, quæ de prætioſo ſinu Dei lectiſſimo Diuerſorio terreſtribus vnicum aperias lumine lumen. Ecce vt *tecum Dominus*, vt ſola huius Militantis Militan tibus parias Eccleſiæ Solem fidelibus, pium Glorię, Paradiſiq; Regnum, Virgo ſemper hærens Deo æterno, oſtentes diuini miniſterij Mamillas, ſalutisq; & puerperium ſuper diſperſum Domini Gregem. Ecce, vt *tecum Dominus*, vt Vite mater, fidum in maiori neceſsitate viuifices ſpiritum, Dei flamma ſolidum inflammes pectus hominis in Deum, beata Viriditas, tuis inſternis floribus Terram. Ecce, vt *tecum Dominus*, o Almę Pulchritudinis effigies, quæ ſola figuras Cœli faciem, Cœliq; ſpecum, perpetuæ fœlicitatis Altrix Deum homini Deoque proferas hominem de Viſceribus ſancta, plenaque Voluptas hominem paſcas famelicum, miſerum recrees, de ſacroſancta, Virginaliq; carne Ieſu, vnde viuat immortali Vita in ſæcula, dum ſic viſiteris ab Angelo. *Dominus tecum*.

VII. Merito tibi plaudent de Cœlis Angeli, ancillantur ſuper Terram ſaluandi, cantant inter lilia Virgines Mundi, Iudicis Tronus, Saluatoris Humanitas, Remuneratoris Triũphatus, & Iubilatus Maria; poſtquam in ſanctitate fulgida, in conſpectu Principis Gloriæ fulges, corpore Caſta, ſpiritu bea

ta,

ta,bearis merito Glorioſa,in Charitate Deipara,in plena perfectaq; fęlicitate; dum recipis Filium Dei; Lætare,quia ab illo hauris omne bonum, omne donum accipis, datum optimum ſummis de largitore Luminum Ieſu. Beata Virgo,quæ pura, & intacta ab æterno ſeruata diuinum Cooperis tua Carne Verbum,vt in te loco, temporeq; floreat, & per totum Terrarum ambitum ſonet Patris æterni velle, quo concentus audiatur Angelicus, quo Pax maneat,& geſtet clementia,ſupernaq; lætitia. Beata Virginis Humilitas,in qua fit Deus limus, Diuinitatis Plenitudo incumbat humane, ſeruileque formæ; diuina ſummitatur dominatio terreno obſequio,vt veniat Imperator Exercituum placidus in te; qui diruit olim tota Regna Mundi, hodie vult ſubire Mortem, miſericors, & pacificus deſcendere Redemptor ad Infernum, ad eandem reſurgere Vitam, aſcendere in Victoriam, Patris aſsiſtere dextræ,Regni portio in Gloriam. Beata Virgo Moſaica Virga diuino Nutu effecta ſerpens, vt Chriſti rebelles ſola voce hos miſticos deuoresq; ſerpentes; hinc antiquitus fuiſti nobis illa ſolitaria præfigurataq; Petra,quæ a fideli percuſſa Duce Hebræorum, ſalutares propinaſti riuulos in hoc Iſraelitarũ reſeruata deſerto. Memoranda Petra, cuiuspercuſsio, apertio,vnda puritas, liquor nectar, guſtatus vigor, ſorbitio ebrietas, hauſtus fęlicitas, vena ſpes, molitudo dulcitudo, Fons Vita. Memoranda Virgo, tot virtutibus inſignita in cuius thalamum Dominus intrat tam velox, quem nullum metitur tempus; tam Magnus, quem nullus potes circũſcribere locus, tam firmus, quem nullus immutat Motus, adeo ineffabilis, vt eum nullus hauſit declarare ſermone, tam valde glorioſus, vt mortalis non intueatur oculus, vt & viuat; tam vbique potens, vbique locorum ſapiens,& bonus,vt eum nullus imaginatur ſpiritus; Is tecum dum viuit,& Regnat inuiſibilis homini in te tam totus ſpectabilis & delectabilis occluditur. Beata Virgo, Vita Virginum, Viduarum Societas, Coniugarum Poſteritas, in cuius benedicto Vtero placuit Altiſsimo colocare Filiũ, quo Dauid in cithara, & cinere claruit, Salomon in Sapientia

Abrahæ in obedientia a Patria ambulauit, Iſaachus in fide vidit, Angelorum aſſenſum, & deſcenſum ad Cœlum, cuius & illa nimirum ſcala, per quam deuenit de Deo ad hominem Angelus hominis Cuſtos humanæ ſalutis Nuntius, per quam hominem leuat de gradu in gradum, & traducit de Virtute in Virtutem, de labore ad præmium, hoc de exilio ad patriam, & reportat hac de Terra ad Cœlum.

VIII. Te omnis iam reuerenter admiratur creatura Niuæ candidior, appetit Lacte ſuauior, conſpicatur Ebore priſco rubicundior, & hæc omnia dum geſtit Deí attendere famulus, vide quam ſuauis, & prouidus eſt *Dominus tecum*. Credit enim homo, & confiteturque in gremio Eccleſiæ fidelis, tecum Dominicum recubuiſſe ante ſæcula ſpiritum; in apparatu Cœlorum, in motione Stellarum, & fluxu Fluminum, firmitudoque Terrarum; credit tecum in delitiarum vixiſſe Paradiſi Deum, dum ibi viuentem primo ſufflaret homini ſpiritum; te Conditori luminum perluxiſſe Lucem in Empireo, vnde matutinus oriretur Lucifer. Beata Mater mecum recogita ſi eſt *Dominus tecum*, ſi coram Dominum puriſſimum ſtetiſti Speculum, in quo ſuam contemplarentur Angeli immortalitatem; ſi fuit oculis Domini tuus ſemper affixus Albor ſuper ætera, dum dealbaret Lunam, & præ ſuis albeſceret, & ruberet Aurora manibus; noſtrum te aſpexit vt Orientem, prouido pinxit pennicillo, vt Meridiem luſtrando Solem. Beata Mater qua cum manſit creata, increataque Sapientia a conſtitutione Mundi, in humanarum varietate rerum, in præſtituta ſæculorum ſerie, dum quadrifaria diuideret tempora increatus Fabricator æternus; nonne tecum fuit in ornatu Cœlorum Dominus? in creatione Solis, & Lunæ, cæterorumque Corporum errantium? In acumine Mentium, in ſpirituum excellentia beatorum. Cogita nunc primi Parentis fortunatiſſima ſolia, vtrum ſit *Dominus tecum*, quia ſi vetus ille cecidit de Paradiſo Pater vt præuaricator, tu illum per obſequium aſſumeris; ſi per peccatum introduxit in hominem Mortem, tu eius poſteritati per Innocentiam generaſti Vitam; ſi defecit a Creatore Satanæ credu-

lus,

lus, apprendis tu Mente, & Corpore Ieſum in aduentu Arcangeli in fide non dubia; ſi uixit illi æternæ Gehennæ reus, tu vere per Gratiam redis hęres Regni Dei; ſi uiuit ille in miſeria pro Demonis fraude, te uocauit per Veritatem Angeli Dominus ad meritiſſimam Cœli, Terræq́ue beatitudinem; ſi deſcendit ille Moriens ad Infernum, tu aſcendis ad libitum viuens Vitæ Mater ad Cœlum; ſi fuit ille Tenebrarum Principi addictus in ſupernę lucis exilio, Terræ labore, lacu miſeriæ, lutoq́; fecis, tibi denuntiat Angelus Domini Portam Paradiſi patentem, Terræ pinguedinem, miſerię Gloriam, præ generatione æterni Regis. Ideo vnica fœnix, voca me ſub beata alarũ tuarum vmbra, quia *Dominus tecum*, tecum in Ventre, perfectus homo, veruſq́ue Deus, vt Terreſtris floreat in Cœlo Paradiſus; tecum in corde Charitas, in Anima ſanctitas, in ore ſuauitas; *Tecum Dominus*, vt hoc lucens in Mundo, Mortis peccatorum Luna colluceas, lucis Iuſtorum Sol, Eccleſiæ Lampas, Pęnitentium Aurora, Sanctorum Dies. *Tecum Dominus*, vt homini nuncies Domini Pacem Columba Domini, ſalutem perdito Genetrix Ieſu, Aeuę ſolatium Regina Cœli, Vexillum Patrum Domina Angelorum, indiuiduum Dei, & hominis præ coniunctione Maritali vinculum Chriſti Mater. *Tecum Dominus*, vt ſola portes Vtero, & Gremio, cui datur ſoli dominari, & commiſereri in æternum; adſis Diuini Amoris homini patens idolum, decepto Veritatis oraculum, ſuperbo humilitatis intuitus, & peccatorum proſpectus ſanctitudinis, contemptor exceſſum Maieſtatis. *Tecum Dominus*, vt comiteris ſuper fluctus maris hominem, fias hoc ambulanti mare, huius procellarum quies, ventorum aura, ſcopulorum ſecuritas, piratorũ fulmen, & hodiernę tempeſtatis finalis denique Portus. *Tecum Dominus*, vt nos conuertas Adę membra de labore in requiem, de Ira in amorem, de nuditate ad amictum, de fletu in ſolatium, de vinculis in libertatem, de delicto in ueniam, de lapſu in gratioſum leuamen, de gratia in meritum, de merito in præmium; ſuſcipias, & hominem de humo in virum, de contumelia in honorem, de miſeria in Gloriam,

de homine in Deum, & de Terra in Cœleſtibus Sedibus.

IX. Hominum congratulare filijs Ieſu Mater; quę pro ſalute hominis omnium Vmbilico humilitatis es circumplexa Deum,& Saluatorem,a quo ſpiritus potiſſime tuus ſuper mel dulcis, tua & Cœlorum hęreditas ſapiat iam ſuper Mel & Fauum: Alma,famoſaq; Mater, quæ veluti Terrebintus ſuauiſſimus,nobis tot honoris,& gratiæ protendiſti ramos, & fructus; vitęque vitis,ſola mereris progenerare racemos in miram ſuauitatem liquoris,& odoris. Virgo fœlix,Mater fœlicior,Ieſſe fęliciſſima Virga, nobilitata, ramoſaque Platanus, quæ iuxta Gratiarum omnium Mare,paras, & ſalutiferas nobis concedis vndas, vnde tua vbique locorum præſtans mandatur immortalitati virtus,tuumque Nomen ſæculorum ſacratur ęternitati. Merito *tecum Dominus,* ille tante amplitudinis Dominator,cui Mens deficit præ ſuauitate, ſenſus occumbit præ dignitate,lingua balbuit præ maieſtate,locus non optatur prę immenſitate, ſordet ſapientia præ infinitate, omnis caro deſipit præ illius beatitudine nimia. Beatiſſima Mater,& Mulier, dum tua fit caro ſacra, & munda caro, Mundi Vita, viuus vniuerſæ carnis Spiritus; tecum cubat qui in perpetuitate Cœlorum habitat, te lactabitur,qui ſuper terræ faciem pluit æther; tua ſicca fęcundabit Vbera,qui aquis, & humectat arrida, irrigatque vniuerſa; tua ad libitum tractabit dextera, qui Cœlos extendit, declinauit Valles, proſtrauit Inferos, in tuum colligetur pietatis,caſtitatisque ſinum; cuius eſt in Cœlo,& in Terra Eſſentia, cuius quoque præſentia omnibus adeſt, omnibus prouidet, omnia perficit,omnia proſpicit, Paradiſumq; beat. Scrutare nunc ſummi Regis nobiliſſima Parens, ab hodierno Domini conceptu Altiſſimi ſenſum; qui dum tuis nunc occluditur abditis inibi profunda de Tenebris reuelat,in lucem producit Mortis vmbram. Præclara penitus cum fide Mater;quia qui in Nubibus alligat aquas, per gratiam obſequij tui filius tibi copulatur Gloriæ Deus,& Amor æternus; qui catenis cōſtringit ignis ignitos tenebrarum Principes, & dabit tibi ſerpentis conterere ſapientia pedibus. Ecce quam tibi propitius,

tius,cui patent Mortis, Vitæque fores, vt prouide concipiſtimus,naſceturque paruulus; qui ſolus vincit, regnatque maximus; qui & vocabitur Altiſſimus, plorabit vt infans,& tamen ſolus venit ſoluere peccata terræ. Beata mater, cui generare datur, qui nobis genuit ſolem ad Vitam, gratiam ad victum, Vineam ad potum,a tuo egredietur Vtero; a quo exijt & ętas, Siccitas, & Viriditas,Nox, atque Dies. Beata Mater,quæ vnico Verbo Virum fideque Deum formas, qui pauperem ditat, depauperat Diuitem, qui deprimit Potentem, qui ſubleuat Humilem, qui fecit ſolus in intellectu Cœlos, ſuper lymphas humum,in Orbe vario Luminaria magna, in diei latitudinem Solem,in Noctiſque gratiam Stellas, & Lunam. Meritò *tecum Dominus* ille fortis, qui tot Aegipti Angelico trucidauit gladio Primitias, ille cautus, & ſolers, qui Mare diuiſit rubrũ ad pij infeſtati populi ſalutem, & vnoq; affudit tempore exercitus ſuorum inimicorum. *Tecum ille Dominus*, qui ſuum traduxit Populum per Deſertum, per quadraginta annorum curſum, Roreque nutriuit. Tecum ille Magnus, qui ſuper Cœlos ſedet excelſus,& ille ſtrenuus, qui ſtrabit Inferorum horrida, & armata caſtra. Tecum illius poteſtatis gratia deitatiſque Deus,cuius clauditur Dextera Vita, & Mors,Terra, & Cęlum, Altitudo, & Humilitas, & qui repente valet enumerare Maris arenam, præſcit pluuiæ guttas, & dies ſęculi. Tecum ille ſapiens,qui vnica apertione manus Cœli ſapit metiri Altitudinem, palmo poteſt comprimere terræ latitudinem, vnicus penetrare Paradiſi motũ, & ad Abiſſi profundum. Tecum ille amabilis, qui ſolus ſuauis in Paterna pietate, & miſericordia cuncta diſponit in beatitudinem noſtram in ſęcula, vnde ſalutaris ab Angelo *Dominus tecum.*

X. Reges terræ te adorant in genitura Regis æterni, & ſua certatim gemea ante tuos iubilant ponere pedes Diademata, omnium hæres Dominaq; Regnorum, dum ſciunt, & confitentur, Deus concupiſcere ſpeciem tuam; ita vt tranſmutet Dominus illam in Gratiæ Thorum, in Vitæ Fontem,in Regni præmium; dum hac Chriſto Ieſu Chriſtifera iungens, ac Dia-

dema Virginitatis aſſociaris ſuauiſſimo ſponſo; ac per ſancta quaterq; beata Dei famulorum, piæ ſuſcipis Vota, ac quem hominis non vidit oculus tu Palpas, tu poſſides; quem terrena auris non audiuit penitus intelligis; quem mortale non ruminatur acumen, in omnium plenitudine bonorum, gaudiorumq; auris. Beata Chriſti ſponſa, diuini, & pulcherrimi in hominem amoris oſtentum; dum quem expetis omne cor appetit, in quem fidiſſima credis, omne genu inflectitur; quem in aureo tuo reponis, recondisq; Vaſe, lampas eſt, & victoria Virginum; dum hic eas flos Paradiſi Ieſus totus immutabilis inuitat ad nuptias; vt tuo prudentes aſpectu media ad illum Nocte conſurgant, tuoq; filio dilectiſsimo occurrant, ſuas & ornent impleantq; de bonorum operum oleum lampades, vt communi ſponſo proferant Lumen, oſtententq; Palium; quo tecum hoc ad conuiuium committentur Agnum, hoc de ſæcu lari certamine redeant ad Dominum, tecum, & Vigiles commorentur in terris, vt gloriam habeant nõ interitura vnquam in Cœlis. Beata Mariæ Virginitas, quæ has Ieſus ſpondet ſtel larum primitias, Angelorumq; conſortes, cuius puritas, fides conſacrat, copulat Charitas, probat integritas, conſacrat ſanctitas, totque meritorum ſpectata ſublimitas, vt det illis nomen in Cœlo magnum. Beata Mater intacta, a qua ſic ſæculorum Genitor impolutus exijt, vt ab Aurota Dies, ſic exhalat, vt a Monte vapor, ita flatur, vt odor a Flore, ita rutilat, vt Sol in Meridiæ Chriſti Conceptio; quam colit Angelus, non capit homo, Sydera monſtrant, neſcit Terræ ſapiens; quam ſimplex tenet, fatur & Infans, diuinatq; paruulus; quam ratio non apprendit, credulus ſolus ſapit quod Deus operatur om nipotens; dum ſupercœleſtis annunciat Archangelus, intus interim, & tua fides reuelat, ſpiritus credit, & fides efficit, & vbique Terrarum deuotiſsima Eccleſiæ adorat Religio. Reco gita Virgo ab Angelo ſalutata vtrum ſit *tecum Dominus*; quæ annunciata Chriſti Mater, ſuo tempore Chriſtum generas, vbi latent ſalis, & Sapientiæ; & parturis Deum, & hominem. Hæc eſt autem Chriſti generatio, Legis Gratia, Impij Pietas,

Terræ

Terræ Salus, Mortis Vita, Vitæ Pabulum, & ſeptenaria Sacramentorum Virtus. Amplius Nox videntis, cœci Lumen, flentis Gaudium, Merces pauperis, diuitis Speculum, miſeri Gloriam. Beata columba Domini. *Dominus tecum*, dum hæc eſt ſumma Paracleti Virtus fęconditas; vt tibi afflet Viuentem Viuentis in ſæcula, ſpiritus tibi adeſt, te obrumbrat, te fęcundat; ita, vt de tuis Viſceribus potiſsima Cœlorum virtus coaguletur in Deum, Terræque puritas in hominem. Beata Dei Amica. *Dominus tecum*, dum hæc Angelica ſalutatio tota eſt tua mera celebritas, & exaltatio; hinc enim reſumeris a Patre in vere Dilectam; admiraris a Filio in filiam; a ſancto fœcondaris Spiritu in Dei ſacrarium, ac inſimul a Patre pulcherrimam cooptaris in Vnicam a Filio honoraris in Matrem, a Paraclito reſpiceris in formoſam, ac denuo a Patre præpararis in filijs Lunæ, Solisq; ſpeculum, a Filio deſponderis in ſponſam Ioſeph, a Spiritu Sancto in Sanctę Trinitatis niueam candidaris Columbam. Beata Angelorum fęconditas *Dominus tecum*, qui per te Angelicæ Curiæ cupit reparare ruinas, miſticum Salomonis erigere templum, præparare lapidem, quo Dei conſeruatur Eccleſia, ut ibi concilietur cum ſubdito Dominus. Beata Patriarcharum feſtiuitas. *Dominus tecum*, dum deuenit de Cęli rore benedictus in ſæcula hac de te terra Virginea, quę ad perennitatem promiſſæ lucis diuo inuocarunt, & exſpectarunt in tenebris Patres. Beata Prophetarum lingua *Dominus tecum*, qui fidelis Deus tuorum fida compleat vota parentum; ita vt breui mortalis contempletur oculus; quem fides præcoluit, diuinatio præuidit, ſpes implorauit, excipiat humana Caro, quem celeberrima caſtitas genuit, mira miſeratio depreſsit, pléna Charitas duxit. In lucem edas Virgo Mundi illud Lumen, quod ambit ſola Sanctitas, alit Humilitas, confouet Virginitas. Proferas Adæ Poſteris Regina Regem, quem viſitabunt Magni Terræ Reges; homini dones virgo Deipara Deum, quem Orbis Terræ nobiliſsimi conquirent, & primi adorabunt ſapientes; quem ſectabit Sapientia emulabitur pietas, & omnis caro glorificabit, denique coro-

nabitq;

nabitq́; Spiritus, vt ſalutare Dei in omnium Vitam,& Gloriã in ſæcula per quod Angelus clamat *Dominus tecum*.

XI. Trahe me ad Vnguentorum tuorum odorem fragrantiſsima ſuauiq́; Virgulta,dum per hoc aſcendis redolesq́; Deſertum; deq́; Aromatibus Mirhæ & Thuris, vniuerſiq́; pulueris pigmentari Dei amicorum Thura, & Balſama mirabiliter odoras; tuus interim color, dum mihi Cœli coloratur iucunditas, olet odor Paradiſi ſuauitas, dulcet, lacteſitq́; ſuccus vt Vitę Beatitas; contine me Terræ Paruulum in tuarum gratiarum ſinu,o Diuina ac inuicta fortitudine, ſupercęleſti grauidata prole; dum ſola geris exonerata Orbem, ſola poſsides pretioſum Regni Theſaurum,pabulaberis ſola Mundi Pabulum, ſola recondis Vitæ humanæ Pretium. Ecce dum tua ſuper Angelos nobilitatur, & exaltatur Virginitas, qua munificus eſt *tecum Dominus*, ut tamquam matutina Candeas veluti Meridiana rubens Paradiſi Roſa; & illa Euangelica luceas Margarita inter Sydera, quæ ipſum.Dei emeres ornare,beare, pandereq́; Regnum. Ecce quot ſcates delitijs,dum tecum dulcitudo Beatorum accubat, vultq́; vt reddat Meſsis, quæ non accepit a.ſemine impoluta Terra, Terra Sancta; in qua confluit Fluuius,de ſterilitate pinguis, ſine ſementi frugifera, ſine humana cultione cultiſsima, quæ irrigaris non limphata, ſine pinguedine opulentiſsima, quæ fers caduco æternę Vitæ præmium; tu ſola Terrę Gratia, Virtutumq́; Domina, & in vera pulchritudine pulcherrima, pulchræ dilectionis Mater,ſanctę ſpei firmiſsima Columna, lux aurea agnitionis, buca ſapida veritatis, domus diuinitatis eburnea; in cuius adoranda ſoboles, multiplicata eſt ſicut arena Maris nobilitata Sarrhæ Proſapia, admodum claruit Rachelis filius, excelſa ſurrexit Iudith, victoria beata reſipuit Annæ præſenſio, Vaticinus prę geſtit conceptus Eliſabeth, bellica præſtitit Iabellis ſtrenuitas, memorabile ſtetit Sabbarũ Reginæ Nomen, illius inquã famoſæ Dominæ, & inuictæ Virgines Mari,Terræq́; notæ Sapientia omnibus prę ſtas, & longe antecellis, quæ ſine Viro Deum genuiſti,& Hominem procreaſti. Tu Salomonis vera,

præſi-

præfiguratáque Mater, ſuper Sydera eleuata nunc contuere a dextris, num ſit *Dominus tecum*, quia, quæ loqueris Rex perpendit attentus; quæ petis in ſalute ſaluãdorum exaudit; quę rogas Orbis Terræ Iudex per te commutat delinquentis delictum in meritum, mulctandi mulcta in præmium, luctuoſi luctum in Iubilum, excruciati cruciatus in gaudium, Mancipij Clauſtrum in Regnum. Regina Cœli ſuper Thronum conſtituta Gratię conſpicare ſi eſt *Dominus tecum*, quia, ad vnicũ, tuæ Maternæ pietatis intuitum; prouidas vult ſuper egros imponere manus, vt valeant; ſuper moribundos reſpicere Pius, vt viuant; Omnipotens vocare mortuos vnica eius voce ad Vitam vt ſuſcitentur; æterne peregrinationis laſſitudinem redigere in requiem, eſurientis eſuriginem traducere in panem, ſitienti commutare ſitim in fontem, vlceroſi traſmutare vlcera in ſtemmata. Præclara Domini Mater ſuper ſolium magnificata Gloriæ; Attende, quam ſit humanus Deus Miſerator, & Amans, quia *Dominus tecum*, qui præ tuis conuertet diuexati ſpinas in roſas; ſolitarij ſpineta in viridarium; defuncti occaſum in ortum; miſer in Cœlum, vt viuat in ſæcula; nam Angelus tibi pronuntiat, *Dominus tecum*.

XII. Omnis in tuis reſonet laudatio laudibus, clareſcat in virtutibus, læteſcat in honoribus Gloriæ, o ſuper Sanctorum dicata, & glorificata cubilia, & ſuper Angelicos laudabilis, laudataq; Choros dum *tecum eſt Dominus*. Pacis ſupernæ lator; tecum a quo Pupilli tutor, & Viduæ defenſor, oritur ita pium ſolamen, vt onuſti ſuaue leuamen. *Dominus tecum*. Iuſti præmium, flentis Canticum, Gratiæ Pater, omnium Dominator, & Arbiter. *Tecum ille Dominus Deus Sabaoth*, qui ſolus viget mortui Vita, reuiret victi Virtus, paratur militi Palma; cuius inexpugnabilis exercitus eſt inuicta Angelorum acies, milleſima de millibus armata, & ordinara caſtris; cuius eſt Gladius lætalis virtus, Feruor bellicus Fulgur, & ſubitus de Fulgore Interitus; de cuius certamen pendet ad placitum Strages, pariterque Victoria, & ſalutiferum colitur eius vbique Terrarũ, locorumque Nomen. *Tecum Dominus o Gratia plena*, ille cui

deſeruiunt per conſtituta tempora Sol, & Luua, Stellæ micant, radiant Cœli, Terræque Lumina, & cuncta obediunt Animantia. *Tecum Dominus*, ad cuius obtutum terra areſcit, fructificat, lętatur, & floret, (prudentiſſima omniumq; Mater) floridam defloratamq; iacet ſcabellum pedum tuorum. *Tecum ille Stellarum Rex*, ad cuius quoque Numen Terra parijt, Pontus fluctuat, ſplendent Aethera, illum quem laudant cupidiſſimi Angeli, adorant deuotiſſimi Homines, cruciatiſſimi contremiſcunt Dæmones; qui trinam regit, ſuſtinetque Machinam; Anguſtum hodie tuum penetrale intrat, ſic, vt primi Parentis pauor, & meror in gratiam tantæ filiæ plenum redundet in Numen, reuertaturq; in gaudium. Tecum ille infinitæ ſpectatus vis, in cuius Vita ſperatur beata, & ſtabilitur æterna; illum, quem nullus protenditur affectus, indagatur dilectus, optatur optabilis, obijcitur obiectus; ita, ut omnem procrearis Regina Glorię angelorum Chorum, Sanctorum anteſignata ſuper beatorum ordinem Dei Mater, Cœlicolarum lucem, ſingulariter beata, & beanda indeſinenter, inſigniterq; fœlix, & adoranda. *Tecum Dominus* o Regina dotata Corona Cœlorum, decoris, & honoris coronata Diademate; quæ tuo imponet capiti Rex cum eris Corpore, & Anima triumphalis triumphanter aſſumpta ad Cœli Terræque Regimen ab Angelis; qui te collaudant in Terra prę Gratia, ſuper exaltant in Cœlo præ Gloria, in Gloriam Ieſu fructus Ventris tui benedicti, & Regnantis in ſæcula, vnde clamat Angelus, *Dominus tecum*.

XIII. Abſit aliam præ mea diligere ſanctitudine, prę Dei collere cultu Virginem; niſi te Mater Ieſu Corona Virginum, quæ defferentium Lilia, es circumſepta, honorataq; Choreis; tu Magni Numinis Mater, multiplicaris vero meriti Mulier; Tu Magnæ itidē auctoritatis Puella, maioris Dignitatis Deipara; quæ cantitantibus coram Agno germine porro tuo, ineffabilis Cęli, Terræq; Gloriæ Canticum, Magna potes reddere præmia. Hinc te quocunque progrederis, dū ſubſequuntur æmulę, deuotæq; coronant, intaminatæ adorant, te Terra incorruptæ,

corruptæ, de carne illibatæ, de Mundoq; triumphantes Virgines præfatæ, futuræq; Stellæ Cœli, tuos non dedignare fauores, caſtiſſima Virginum; dumq; te comitantur, & imitare conantur, Ieſuq; ſuauiſſime canunt, ouanteſq; prætendunt integram de Caſtitate Palmam; præſta quæſo; ut tui cultor humilimus, tuus famulus in omni vita obediens, & imitator æternus, notum faciam ego cunctis decus, robur, tum & ſalutare tuum canar. Propterea Angelorum nunc modulare mihi diuini honoris Hymnos, quos Ieſu ſalutari meo, (vt gratuite ſalutis meæ Pſalmus, & Cantus) perſonare valeam; Virgo perennis armonia Cęlorum, & Terrenorũ, immunda, (mũda) aperi clauſa labia mea, vt tibi paſſim de tua Virginitate odorifera, de teq; Matutina Stella, ſpecioſę laudis ſacrificia glorier in dies immolare. Tu Ieſu Mater, tu Chriſte Genitrix, tu ſpõſa Domini rutilas, ſuper Solis faciem; tu Deo Grauida, ſalutis Cęli Porta; tu Verbi Humanitas, & vera es Dei Caro, quæ omne ex tempore capis de ſummo CęliCęlorum immenſum, adiungisq; totaliter ad temporale diuinum. Beata Cœli Terræque cognatio, de qua vult immortalis mortalem indumentũ aſſumere Deus. Fœlix, & Sereniſſima Stella, in qua abſconditur Luminare Maius; vt omnium Genitor oriatur de Filia. Fœlicitatis Hera, cui particulatim reuellantur Arcana Dei; dũ parat per tuas reclinari manus, Dominus ſuper æthera glorioſus. Beata Mater, cui impertitur Altiſſimus ſalutis Miſteria; dum iubet Rex Orientis æternus deprehende a Magis, & ab illis pręuia ſignari, adorariq; Stella Chriſtus ſub vigili tuo Amãtiſſima Mater aſpectu. Merito nunc *tecum Dominus*, qui tecum viſitetur a Paſtoribus credulis, & in fide ſimul adoretur Cœli Conditor, & ab Angelis tuba ſalutis, & in Meloq; Gloriæ prę monſtretur. Merito *tecum Dominus*, qui Deus potens, mendacia conquaſſet Idola in Aegypto paruulus. Tecum merito benedictio omnium paruulorum, qui benedicatur ab Heliſabeth in flamine, a Zaccariæ voce in munere, ab Anna in ſpiritu, & a Simeone in Templo. Merito *tecum Dominus*, qui Duodenarius doceat Doctores puer ſacris in ædibus, ſal terrę, Pa-

tris æterni Lingua, & Sapientia æterna; & ibidem tali corone tur honore, & tantum illic reperias Filium. Prouide *tecum Dominus*, qui bonos multiplicet in fractione panes famelicis ſuper montem Turbis. *Tecum Dominus*, Terrę ſalus, vt vna ſuſcitet vocatione mortuum; vnico ſanctificet intuitu publice peccantem; Tecum vere mitis, totusq; prouidus Ieſus, ſic, vt ignotus conſtituat Deus terræ Plebis infirmus ſuper omnem terram Princeps, & horum oris maiorq; præſcia in ſummi coniunctione boni columba; dum Dominicus Oculus, diuini Spiritus Requies, & Sanctitudo Ieſu in te conſiſtet, quare dum maior es omni laude, pręſta, vt ego hic glorier inquiens, per Virginem matrem tribuat mihi hodie Deus reconditam ſalutem, & pacem in ſæcula ſempiterna, cum ſic appellaris ab Angelo, *Dominus tecum*.

XIIII. Fauces meas purga Prouida Angelorum Domina, igneo medicamine Seraphim, vt Os meum diuino flammatum amore ardenter annūtiet Verbum Dei, Verbum Dei ſaluberrimum guſtu, Verbum Dei panem hominis, Verbum Dei Mundi pabulum. Etenim *tecum Dominus*, qui ſitienti vult explere ſine Fonte ſitim, famelico ſaturare ſine pane famem; ille qui vno conſolidabit Verbo; ſine humano Pharmacho plagoſo plagas, emundabitque leproſo ſine unctura lepram. *Tecum eſt Dominus*; qui erit miſticum baculi germen, de virga coluber, de petra limpha, amarulentium ſuauitas; & hęc omnia operabitur ille virtutum Dominus, qui tecum habitat in plenitudinem Gratiæ. *Tecum profecto Dominus*, ille qui poteſt omnia, & ſoli ancillantur vniuerſa, qui diſertiſſimus perfundet Cœli Manna ſolitudini, qui horrido colorabit ſanguine aquas, decurret fluctus Maris pedeſter; ante cuius faciem muta fabuntur, ingrandeſcet minima, dilabentur Altiſſima; ad cuius acceſſum celeriter fluent, & refluēt retrogradi Fluuij. Et *Tecum erit Dominus* in pectore charitas, in ore veritas, in ſinu æquitas, in ventre ſalus, ſuper Terram virtus, in Mundo Lux, in corde Deitas, & in Dominatu Maieſtas. Virgo circumamicta Empirei Luce, vultum tuum ſuper me illumina;

dum in conſpectu Ieſu mei interim orationes quotidianas effundo, & tribulationes animę meæ pronuntio. *Tecum ſanè Dominus*, vt ita vera Chriſti perſona tuis ſanguinibus temporaria gignis, vt ab æterno æternam, ſic a primo primam, vt de te mitiſſima, ita Cœleſtis a Patrę, vt a Matre Terrena, ſic a Deo diuina, vt a te humana, & tanto interim proceſſu, tecum integer remanet Chriſtus creatione Pater, Natalitio Filius, & cũ Sancta Spiratione Spiritus; ita vt dum tanta Dei dicitur ſublimitas, ad diuinam altitudinem Hominis quoque ex humo per te elleuetur humilitas. Ne auertas ideo vere ſancta tuam a me miſero peccatore memoriam dulciſſima Virgo Maria, vitæ liber, ſancta ſanctorũm Regina, iuſtorum æternitas; dum per ſeptenarias Horas Canonicas, ſepties in dies te glorifico; Sis enim tu quam cupide effundam pręconium in choro tuũ, in timpano meritum congaudeam, in pſalterio gaudium, quia Mater Gratiæ, quia Fons dulcedinis, quia *tecum Dominus*, & tecum erit in Cruce ita prouide ſuę Eccleſię Paſtor, fideliſq́ue Spõſus, ut tu ad Crucis Chriſti pedem eiuſdem amantiſsima, anxifera Mater, & Sponſa; ſi tecum erit peccator in guſtatu fellis, miſerator in perpeſsione vulnerum, pro peccatoribus orator in apertione lateris, in exibitione Calicis, in morte Saluator. Regina Pacis, dum de tua exultant ſancti Gloria, & perpetuo in cubilibus ſuis congratulabuntur; infunde gutturi meo exultationes illorum, vt ſpiritus meus ad Deum Saluatorem ſuum perueniat. Tecum namque amabiliter Dominus Rex Iſrael, Agnus Dei, tuus conceptus, ſpes fidelium, portioq́ue mea in Terra viuentium. Ecce qui tecum exultant ſpiritu pauperes; ecce qui diuina compenſet miſericordia miſericordes; qui mundis reuelletur corde Glorię Deus; qui in filios adoptet ſibi pacificos, reficiatque tribulatos recreatione ęternæ vitę. Maioriſq́ue Gratię Mater, dum tibi Ieſuq; meo, omnes annos meos recogito in nocturna amaritudine animę meę, cogitata cordis mei firma in conſpectu tuo ſemper; vt videre poſsim Dominum meum, & Deum meum; ita, vt quando deſcendet ad inferiora Terrę Inferni Victor, tibi reſurget

de

de Morte immortalis, ſuſcitet me de Terrę Puluere, quando apparebit triumphans,& aſcendet in Maieſtatis locum, quando ſedebit ad dexteram Patris in pręuiam cohęreditatem Regni Dei, vt cum illo viuat, & regnet, & tecum glorificabitur a perenni laudatione ſanctorum, & Angelorum; ibidem illic ſit pars calicis mei, & hæreditatis meæ in ſæcula, nam ab Angelo præconizaris, *Dominus tecum*.

### *Ad Deiparam Virginem, ſuper hæc ſalutationis Angelicæ verba:* Benedicta tu in Mulieribus. *Meditationes Quatuordecim.*

TVA deſcendat hodie ſuper nos Beata, & Pacifera Benedictio, Patriarcharum iterata laus, Benedicta penitus inter Mulieres; quæ integra integrum, Virgo Virgineum, ſola ſolis formaſti Corpus, Virgo Benedicta, Sarra fęcondior; nutris Regem, cui omnia viuunt, omnia ſeruiunt, nobili Rebecca dignior; deſponſaris Cœlorum lumini, ſpectabili Rachele pulchrior; a ſancto indies viſitaris, ornariſque ſpiritu, ſpirituali Anna deuotior; nos Aeue filij trinos propinas de Paradiſi fontes, valida Eſter glorioſior; ſuper Aſpidem ambulas, & Baſiliſcum, belligera Iudith bellicoſior, viget honor vbique tuus, dum ſtabit memoria, & gloria quem genuiſti in ſingula generatione ſęculorum. Tibi ſane cedit uniuerſalis hęres, & domina Berſabeæ de filiali honore filium; vileſcit Agith amabilis elegantia, pulcherrima Angelorum; deſcipit ſimul nobilitata prolis Achior, Biſęque fama, Mater Dei immaculata, & ſancta. Virgo intaminata perfectũ Virginalis exemplum cum ſponſam Chriſti profitentur, commendantque fideles, Mater, & Virgo, quam inſignes ęmulantur Martyres in gloriam culturę nominis eius; qui purgat, qui ſaluat, qui perficit omnia Verbo virtutis ſuæ; quem tu ſola de fers in Vtero Mater, te meritiſſime conſectantur præuio maritali in amore Ieſu, Catherina, & Agnes; ſegregatur vero in ope-

operatione Conuiuij Tecla; in victoriæ caſtitatis Cecilia; pro ſequuntur intactæ integra fidei virginitatiſque Palma Iuſtina, Barbara, & Margareta; in ſtola candida Dorothea; circũſtant vero triumphantes pro Chriſti fide Lucia, Celeſtina; & in pur pureo diademate Vrſula cum tam candidata Prælatorum, & Virginum Reginarum caterua. Vnde, dum præter omnes nũc benediceris fœminas, prętet ille, qui cuncta condidit Syderũ Conditor, vt per cõmemorationem hodiernam, indulgeat, & propitietur humanitas Dei Filij hominibus, vnde dicamus, *Tanta Virginis Matris benedicat dextera Dei Patris*. Amen.

II. Benedic Empirea ſuper cœleſti imbuta, veſtitaq; luce Domina, qui te fidenter elucidant, & aſſeueranter dictitant, vt vere intacta concipis, & generas clauſa, hodiernos tuis cultoribus impertire theſauros in precioſiſsimo ſinu abſcõditos; tu ſemper effulgens ærarium Dei, & Emanuelis illibata porta, in qua intrat Vir, & nemo Virorum exit; ſola namque benediceris noua, Veteriſque Gratia; ſola noſtræ conſonum aptus pę ne leuamen, dum in te tãtum Torrens aquarum perfluit, dum in tuis latibulat intimis pro defenſione hominis hominum Gi gas; pudicibus oblectabitur amplexibus, pro reſtauratione Angelorum magni Conſilij Angelus; rorantes ſuget Mamillas pro explectione fidelium, Cęli Manna, Terræque Paſtor; delectabitur in gremio, pro ſancta unitate Eccleſiæ vniuerſorum amor; ipſa te lactabitur Vita, alletur ſęculorum Allitor, qui te tam pulchra delectetur Virgine Amanti, vt ducat te Matrem ad omnem fęlix ſolemnemque Conuiuium, triumphaliſque Gaudiũ; ita vt os Iuſti tuam poſsit meditare ſapientiam, eiuſque cordata lingua, hodiernum ſalutis glorietur reuelare miſterium, ſic inquiens, Orire de Aurora Solis, Mundique lumine Chriſte fidelibus Lux, rectiſque Corde Lætitia; dum in te delitet Alma Virginum Ieſus Germanus Conuiator, hominiſque Comes, vt viſitetur homo in hoc profundo lacu miſerię, a Carnea, benedictaque pręſentia Filij Dei, miſericordiq; prouidentia Dei Patris. Amen.

III. Benedic ſingulis diebus Vitæ meę, & ſuauiter, (o ſua-

uis

uis Virginum integritas,) amarulentæ animæ meæ; dum te ſuper omnes fœminas credo, & meditor cum Angelo benedictam, & eſſaltatam ſuper Angelicos pulchritudinis, & beatitudinis Choros. En ecce tua de Cœlis Terriſque benedictio; dum hodie de te mutuatur Terra prolem, vt integræ puritatis cum Palma Deum de Deo de caſtis, lectiſq; Viſceribus generas Hominem, & Angelorum interim triumphalem audias Cantum. Fortunata Mater Matrum fœconditas, cum plenariam habeat a Deo Patre ſalutarem Gratiam, præ filij meritum; præ glorioſa tui Corporis Aula aſſummis a Sancto Spiritu Sanctum illi credula, eius indubitanter plane acceptiſsima Sponſa, illo vere fęconda; dum illius tam admirabili tuoq; fœtu, tempore, locoq; grauidatur, & paret Virginales nobiliſsimum Palatium tuum, Dei Domicilium, & Angeli potiſſimus ſtellarumq; ornatus, æternitate Lucis diuum Virtutibus ſtructum, ſuper Thronos elleuandam, dominationibus unitũ, Imperialis ſuperni Regis ſedes, Regniq; Cęlorum Templum; ubi verũ ſuum ſibi effinxit Speculũ, & Decor, quod Empirei fabricauit Faber; vbi Solis aureum Lunęq; candor poſuit; Auro ra diem in ſuum aſciuit aureum initium, penitus vndique Mũdum, iucundiſſimumque Lumen, Numen, & Diuerſorium. Probata Charitas, ellata Humilitas, Coronata Virginis Fides; quæ repente operatur ſalutis exordium, quam Mundi firmat Cardines, veluti tota Cœleſtis, & accepta Altiſſimi Domus. Tua ſint Aethera fundamenta, florida Terra pauimentum, Sydera tecta, Parietes Angeli, Atria magnalia, Regnum Diademata, Conuiuia Tabernacula, Colles acceſſus, Sol & Luna feneſtræ, Ros, Mannaque fontes, Poli Columnæ, Fores immortalis Oriens in meridie, & a quaternis Fluminibus de quattuor Orbis Terræ partibus egredientibus recreatur Angulis, & inibi afflent de ſanctorum floribus odores. Pro in, num de tua firmatur Angelorum ſpecies, allet albedo, olet ſanctorum fragrantia, eminet cum ſanctis in maieſtate Cœleſtium, & triumphat cum Agno Virginitas. Specta interim nos humi ſtratos, tu in Excelſis repoſita Domini curia, Dominiq; Mater Alma.

ma. Beata Dei ciuitas, ſancti Paracleti quies, Dominique Mater ſpectata; quæ ſola ſemine Vacua vnico accentu perficis hominem, cœleſtiq; repleta ſpiritu ſpiras Deo Miſericordiam, & homini Veniam; mutuo in amore a glomeras Patri Filium, Conditori Conditum, & Homini Deum. Talis dum benediceris ſuper Mulieres, quę floruere, quæ ſunt, & quæ erunt, ſaluet nos fides Ieſu fili Dauid in te tanta Virgine pręfatæ benedictionis, & partus pacis Dei Patris. Amen.

IIII. Memor eſto tui memoris, tu tantummodo ſpecioſa, & ſuauis ab Angelo ſalutata, & mei Miſerere miſerabilis, præ tuis plenis meritis, & delitijs; tu ſancta Dei Genitrix præ Charitate; tu beata præ pietate, firmitudo Syon, poſt Ieſum per Gratiam Vitę ſupernę Hieruſalem Porta, & gloria; quæ iam in Plateis iuxta Sanctorum Canora Cantica *Veluti Cinamomum aromatizas*, Deo æterno odorata Patri, multifariam *dediſti ſuauitatem odoris*. Merito tu præſentis, & futuri ſęculi benediceris ætas, dum qui a te naſcetur euangelizabitur ſuauiſſimo vocum concentu Mundi Pax; naſcetur ille in nouum, ſanctorum ęuum, & iterata videbitur triumphantium Curiā, ſuper Terramq; videbitur cum homine Deus. Prouide benediceris Chriſtifera Virgo, & a Sancto Spiritu grauidaberis fertilitas, qua ſtatuit ab æterno ſalus, & Sapientia ſuper Terram ſaluandorum multiplicare genus, Deiq; Cantitatorum in Cœlo reparare ruinas. Miſtica ſingularisq; Petra; quæ ſecundum oracula Prophetarum facere valeat vnica utraque vnum in mutuam Cœli Terręq; gloriam. Siſtes benediceris ſancta, continentium Caſtitas, Virginumq; Virginitas; dum e terræ dumis emergis vt Roſa, exis telluris luto fragrans vt Lilium, proinde ſola ſane Naturæ Stupor, & Angeli Speculum; Dei quoque Deitas, & humanitas, ad te velociter attrahis in Gloria Viuentium; cuius conceptus neſcit fœmina Genitor, nec Hominem Genitrix. Hæc tua ſunt de triumphali apparatu fercula, de vtroque vere ſolennia conuiuia, deque duplo triumpho bini Paradiſi gaudia, &, vt e Libano te impleuit gratiæ, ita totus Orientis excipias odorem, vt emittas Virgineum

Cc florem.

florem. Hęc tibi deſtinata cœlitus gloria;vt glorificeris puerpera ab Angelis, parata in terris laus; vt tuum in carne diuinum, in occulta Maieſtate neglectum, in ſalutis Sapientia Vagiens, & Infans, in Præſepio nudum adoretur a fidis terræ primatibus Puerperium. Digne benediceris, dum tibi nunc triplex congaudet Eccleſia, præ Hoſtia pœnitens, præ victoria militans, præ Palma triumphans. Tibi cupidiſsimus nunc benedicat Angelus, dum cui porriges Vbera, adſtabunt miro cum honore Angeli; cui miniſtrabis victum, erit Mortis exitium ſicuti vitæ pabulum. Tibi munificus benedicat Deus, dum eius acclinari debent Cœleſtes Dominationes, Cœleſteſque Poteſtates; ad huius natum, & vnicum,de Deo ad Homines deuolabunt oratores Archāgeli; & hic erit Patris Coeternus Filius Ieſus Chriſtus; in Via Cœli,Terræque, benedictio dabitur a plenis Choris Cherubin in ſæcula. Amen.

V. Oſculare me Pacis oſculo Columba Noe, quæ de peccatorum Diluuio,intromitis patentem in Arcam Cœleſtis cū terra Pacis Oliuam; es enim tu tota pura, tota candida; quæ ſine felle Columba, ſola appares pacifera; quæ Pacis geſtas ore ſignum, & tenes Vtero qui cunctapacificat. Tota reſpiceris ſpecioſa,dum iuxta Sibillam Perſicam Magnus naſcetur Virgine Deus, vt ferat ſalutem lapſis,& miſerandis tribuat miſericordiæ leuamen. Tu ſecundum Libicam, præter omnes benedic eris fœminas,dum hic erit cunctis ęquus,quia ęternus orietur in tempore Princeps,& in gremio reclinabitur tuo Regina Mundi, idem Vitæ Pater per ſæcula ſanctus,Gloriæ Rex viuens. Tu benediceris & a Delfica laude Nati, qui erit cor flentis gaudium, diuinatioq; Prophetarum, præque Maternæ caſtitatis præconia, prodibit de Matre ſine contactu maris, vt de Sole lumen, ille qui Solem in Virgine fœcundat, ille qui impoſsibilia pollet, qui abditiſsima pandit, qui futura prænoſcit, qui cuncta gubernat. Iterum vide vt tibi Sibilla Benedicat Samia, quę natalem prædixit Domini diem,tollere mortales de Mundo Tenebras, huius ſolue nodoſa Vatum volumina, & ſolum rutilantia monſtrare Sydera Solem. Iterum

rum audi Cumanę certa, & notiſsima verba, quibus totum pacabit Ieſus Sancta cum Pace vniuerſum, in cunctis humilis, mitis corde Deus, celſę Puellæ Puer. Hoc memorare Helleſponticæ ſcitum diuinumq; Vaticinium, quod reuelabitur ex alto Altiſsimi ſoboles, Dei grauidaberis rore Virgo, denique Verbum erit ita Virginis Caro, ut hominis Manna, Mundiq; Vita. Hoſpitare Virgo, ſecundum Phrigiam, qui demittetur in corpus de Sancto Spiritu Sanctus, de Deo Deus, de Virgine ſponſus; ita, vt illum pleno, perfectoque gaudio accepties, & adores. Quem videbit, iuxta Tiburtinā, Bethlem in Virginali ſub ſeruili forma Saluatorem, quem ſacro interim lactare debeas ab Hubere prolem. O vere ſuper omnes fœminas Benedicta, dum te cecinit Erithrea, Numen qui de te Virgine vult naſci, vt de Sole incorrupto intaminata Lux, lucis fœcunditas, Virtutiſque Virtus; O vere Dominicæ mentis præſcia, e qua Magnus conſurget diuino Carmine Vates, per quem vltima trinoſi, fœlicesque nobis referunt ferrea tempora Solis; o peculiaris Cimerię laus, quæ militię ęternę lacte ſane tuo cibabis fortiſsimum Regem in Mundi medium, in Orbisq; terrę Theatrum proles, qui ſapientibus lucebit ſtella magna, vt porrigant Magi Mirrhā debitam, Aurum meritum, fatalia Turaq; Sabea. O vere pręter omnes fortunata Virgines, benedictaq; Mulieres, quæ iterum, ſecundum Erithream æternam ſub humana celabitur tunica Verbum, dum in tuū Virgo cubabit Aluum, ut tuo de pleno conſenſu viuens, & verus de Deo vero Deus, & viſibile de inuiſibili animetur in Virgine Corpus, Naturæ miſticum, Cœlo Terrenum, Terręque diuinum, Vitę Panis, Fidei Pabulum, Spei Allimoniam, Dei, & Hominis in ſponſali Charitate Conuiuium, vere Pacis Prandium, Gloriæ Cœna in ſecula ſeculorum. Amen.

VI. Tuis lætare amantibus filijs pulchrę dilectionis, generationisque Mater, quia quem genuiſti ſemel, Cœlo in dies generat ille rorem; ſerit Humi in Verbo, ſemen in fructu; qui erit tibi pię, attentoque & acceptiſsimo aſpectu tenella, mundaque Caro; lucebit coram Angelis Dei, & Hominis in Pa-

terna ſubſtantia Diuinitate Maieſtas; quem ſub Iumentorum repones halitum, implicabis peccatorumq; fœno; erit Solis vapor, & calor; olebit Sanctorum flos; dulceſſetque ſuauitas Virginum; cuius æmulentur pulchritudinem, Sol, Luna mirentur, qui tuis confouebitur blandimentis,& oſculis, a Puella adamatus, viuet illius in amore caſta; confouebitq; illum cum concupierit pudica; conſurget cum tetigerit Munda; decora recedet quæ acceperit Virgo; probabitur quæ guſtauerit beata; manebit quę deſeruierit glorioſa. O vere inter Virgines notiſsima, & mulieres benedicta; quę Cœli girum circuiſti ſola; illibata iucundaris tua veſte Deum, ad Abiſſi ſola vales penetrare profundum, præ Gratiæ, Miſericordiæque Regnum, quod tibi tantus communicat de Cœlo Deus, Terręq; Dominus; ſola quoque Maris ambularis vndas, dum harum procellarum datur tibi tā horrifica eneruare, & exoſſare Monſtra. O notoria, o Pręclara æternæ lucis Stella; quæ mortiferi Serpentis prę ſalutifero Germine turgida deprimis, roborata dirimis cornua, tam fortis, tam horridi, tā armati inuictiq; Draconis, in bello ſuperbiſſima iam confregiſti capita humilitatis in brauio, apertione oris, receptioneq; pietatis voraces dirupiſti fauces, contundiſti vngues rapaces, mutilaſtiq; manus, perfectæ charitatis amplexu, lætalia obtruncaſti membra, portans in corpore Saluatorem; Virulentos exſiccaſti venas præ Fonte, qui tua ſcatuit aquarum plenitudo ad Vitam; inſidioſam excidiſti caudam, generans qui ſuper ligno vincat, qui ſub ligno vicit impiam, & exprædatam Tirannidem, Iuſtum redens Cœlo hominem, terriſq; miſericordiæ Deum; & tam exitiale Humani generis Hoſtis abſoluiſti Imperium, paritura Mundi in medio Terræ ſalutem, & vniuerſi ſuper denudata terra Monarcam. Vnde nunc mihi liceat in haſce Virgo tuas erumpere laudes, Benedictus qui cum Domino venit, cum Domino manet, qui vadit ad Dominum, quia gradus eius ſupernæ præcedunt virtutes, præſignant ſtellæ Cœli ſequuntur, & annunciant Angeli in ſecuritatem, & præmium æternæ pacis. Benedictus qui cogitat, qui loquitur, qui agit

in

in nomine Domini, dum horum perpetuabuntur in libro Vitæ Nomina, remunerabuntur & opera in terra viuentium. Tecum Benedictus, qui fideliter inchoat, qui proficit, qui perficit amantiſsimi Domini iuſſum, quia merces illius eſt apud Altiſſimum, & eius illuſtrabitur honos, Angelis cantus valde ſonorus, Gloriæq; decorus, mortalitatis neſcius, ueræque vite ſempiternus. Benedictus qui fugit, qui ambulat, qui vigilat, qui in domino dormit, qui in Atrio ſancto eius in viſione æterna Dei, & Hominis Gloria perenniter, pleneque beatus collaudabit Dominum, quem tu in hoc emeruiſti ſæculo ad omnium perēnitatem ſæculorum Virgo immaculata agnoſcere Patrem, de Virginali flore glorificare Deum, & concipere Filium in ſæcula ſęculorum. Amen.

VII. Ad peccata terrę pios deflecte oculos vere maternos, & miſericordes Alma Gratiæ, Charitatiſque Mater, quæ de ſancto concepiſti Spiritu; qui ſolus ſuper omnem terram ſpirat credentibus viuentem vtique ſpiritum in pace. Fortunata Ieſu Parens, quia qui in te naſcetur exurget Iuſtum ad hominum, Angelorumq; propaginem, e tuo florenti egredietur Thalamo, dilatabitur lucidus, veluti fertilitas Sabæa odorifera, Oriens ad aureum huius Mundi lumen, diffundet ſuos nouæ beatitudinis radios, eius motus, & calor, erit ſuper Aethera æternus ad nouum ſæculorum æuum, ad mortuorum rediuiuam vitam. Benedicta Ieſu Mater, ad quam tam conuenienter concurrunt æque tota Cœli miſericordia, ac terræ Pax, & Iuſtitia, ad cuius pijſſimum hoſpitium ſic amabiliter, congruenterque conueniunt Miſeratio, & Redemptio, vt Miſerator, & Miſerandus conueniant, ad cuius intima, myſticaq; Arcana Domini ita concordes congruunt Piaculum hominis, & Agnus Dei. Benedicta Ieſu Mater, dum a Ieſu exorietur Natalibus hodiernæ vitæ nouitas, a Ieſu vita, immortalis Iuſtorum ætas, a Ieſu Via Viatorum ad ſuperna Regna ſecuritas, a Ieſu veritate ſaluandorum Salus, a Ieſu lege, Peccatoribus Gratia, a Ieſu teſtamento Amantibus Charitas, a Ieſu futuro Crucis funere, crucifixoribus Vita. Amabilis Ieſu mater,

quę

quæ perdito procuras ſalutare ſuum, & in tam prouida, & ſan ćta, ſalutiferaq; procreatione nullũ exprimis ex aduerſo connexam, vtero ſumes Ignara coniugis, de Cœlo efficeris Mater, cum in terra nõ adeſt Pater, eo uſque Virginalis Matris impletur aluus, donec Parentis abeſt a grauidata Virgine contaćtus, eo magis tuum inuium in Virginali terræ remanet Clauſtrum, quo magis inuiſibilis deuenit clauſis ad hominem Ianuis, Dei, & Hominis in holocauſtum. Admiranda Ieſu Mater, cuius pauxilullo tegumento Orbis lata terræ arćtatur Moles; delicataq; puella, ac inualeſcis honuſta, exonerataq; graderis, Ventis velocior, Syderibus operoſior, Terræ puluis fœcondior, Mari ditior, Montibus ſublimior, Collibus amenior, Fontibus plenior, Aurora lucidior, Stellis, & plena Luna perfećtior. Sic propitiare nobis in matutinis naufragijs Stella Maris, huiuſmodi ſtelliferi, & fortunati in Cœlo, Terraque curſus, vtpote beatiſsima, Stellę Cœli aurea Inſignia Corporum Beatorum ſuis nunc immutabilibus ſpatijs, fœliciſsimisque ab Ortu, vſque ad Occaſum Commeant, ignibus dotatę ſempiternis, diuinis animatæ mentibus, vt ſuos complent Orbes celerrime ad gloriam illius, qui Cœlos tam ſublime extulit, & tam humiliter nunc in te deſcendit; ut tam triũphalis aſcendat Tellus ad Cœlum, vt Caro ad Verbum; & ita Germanę idem incolant cõtubernium, Virginitas, & Grauiditas, vt arriditas, & fœconditas, in vnumque corde moretur genitor, & generatus, vt hoſpitalis, & hoſpes, & conuiator, & conuiuium, vt ſponſus, & ſponſa, cum vno ibidemq; tempore concelebreris ęque Mater ac Filia, vt Genetrix, & Proles, vnde ſuper omnes benedicaris fœminas in ęternum. Amen.

VIII. Colat te Domini manus, præclariſſima Ieſſe Virga; Aaron baculus ſine rore germinans; Iuſti ferula Ioſeph, quæ in illius dextera Virgo ſponſa Virginis ſponſo iam conflorui- ſti ſicca, humani vigoris arrida, perpetui floris, & frućtus mirifica; quę dum tuas ſupercœleſtes radices ac eradicaris de terra, tota Cœli largitate conferta, & almis Virtutibus completa, arreſcis enim, & vires vnica, concreſcis in Siluam, conflo-

res

res frondes, verſa vero vice fers reo homini innumeros ſine humano humore flores, fructuſque; adſta idcirco nobis penes Deum, & Angelum benedicta operationis Virgulta; quæ vere es Iordanis tranſitus, ſapientiæq; ſignum, pueri exiſtis eruditio, adoleſcentis incrementum, Viges, Voti, & Virtus, & derelicti perfugium, ſeruaris ærumnoſi ſolatium, ſeniſque ſuſtentaculum. Celeberrimus ſtipes, qui ſtipat Deum ad Hominem, cui qui hæret non labitur, qui defert ſecurus ambulat, qui vtitur ora perficit, qui cum viuit, non moritur, qui fidelis exercet, nobilitatur vt Palma, excreſcit ellata Cedrus, odoratur vera Cipreſſus, frugifera expetitur Oliua. Merito nunc Cęli te ditat, & expolit Domini benedictio, o odorifera Hiericanaq; roſa, quæ florem es enixa campeſtrem, vt ſola vociteris innuba, dum ſola re vera Virgo, vereque ſancta, ſancto nunc nos ſpiritui commenda. Merito tibi ſacras aperit Paradiſi delitias, dum tuum deambulat Viridarium; ille qui tam ſitienter in te ſitit ſalutem Hominis; ille qui te tam cupide oblectatur, & paſcitur, ad diuinæ, & humanæ ſocietatis odorem. Virgo flos de flore, delitioſus Angelorum hortus, vbi lilium in matutinis inambulat Conualium. Virgo intacta, quę de Sancto Spiritu repente firmas, & animas, & de mirabili fide conſocias homini Deum, & conceptu Princeps Gloriæ. Mater beata, Angelis purior, Virgo matribus celebrior; quæ dum ſentis inteſtinis genitum, corporeis ignoras oculis Genitorem; nam vno in momento ſic es Mater, vt Nata, fœta, & intacta Regale ſemen, quid amplius ſi Ancilla? num in eodē ſtatu, mente, verbo, opere, obſequeris Deo, Angeloq; credis; ita ut dum nominaris Altiſſimi Nutrix ſuper omnes benedicta fœminas, duodecim exornata in capite ſtellis, tibi prę monſtretur corona Cęlorum, quid plura? Num es ille Rubus Moſaicus, qui perenne flammatus non ardes, quid vltra? Nū tua nouum edet caſtitas florem, quo illa nouem cauda Draconis deflorata refloreant Paradiſi prata. Benedicta Virgo Maria, cuius pariet ſanctitas ſanctorum innocentiſſimum, prodet Virginitas hominem beneuolentiſſimum, declinabit humi

litas

litas Deum, iſtud pręſtabit plenæ Gratiæ meritum, vt de vtraque aperiatur terra veritas, qua diuina ſuper hominem de Cęlis pluat aeris miſericordia, vt ad mortalem confluat æque Vitę infinitas, vt a Cœli religatum Patria; vnde dum Dei Benedi⟨c⟩eris Templum, ora interim pro nobis tanta Domini domus ad Dominum, vt viuamus in ſæcula. Amen.

IX. Hodie tranſeant pie, deuoteq; mecum innocentiſſime, innumeræ filiæ Syon ad te pulcherrimam Hieruſalem Dominam, quæ pane Angelorum vnica paſſis hominem, cum iſtæ corde ſane credunt, & ore fatentur, in te tantum Dei celari Verbum, vt illud de tua fiat caro terra, tuoq; veſtis ſancto velo, Dominicum ibi veletur Corpus, vt ſub ſpecie panis occultum edatur ab homine Verbum, recogitetur in fidei meritum, ſummatur in Vitæ pabulum, guſtetur in Cœli conuiuiū. Sereniſſima Hierarcarū Stella, Terreſtris Angelus, Cęleſtis Fęmina, ſolaris radibus tota rutila, lux penitus aurea; ſicut per te (per quam adducuntur ſummo Regi Virgines in terris, agnitæ germanæ Angelorum, de carne triumphaturæ ſuper Angelos) vide ut tuæ integritatis æmulæ, tecum cum flore Virginitatis interim contendant ad Sponſum immarceſſibili corona; hę ſuas tibi carpunt aureas a tuo vere ſtellato, vereq; gēmeo Diadema te caſtitatis coronas. Conſpicare ſimul ſpectatiſsima de Domo Dauid, vt per te gregatim occurrant lectiſsimo Principi virorum fœminæ nobiliſsimæ; ad Patrem ſæculorum Matres; ut huius in occurſatu, ſolemne in apparatu, triumphaliq; plauſu, de gradu in gradum ſequentur, & benedictum coronent Viuentem telluris Oliuam patulam viatoribus ad beatam gloriȩ Cœli ſemitam, oſtentent gloriȩ Palmam; te concinant ſuauiſsime laudis canticum, cuius ſanctitudinem, primariæ Cęli, Terræq; mentes contemplantur in ſæcula. Amen.

X. Benedicta ſanctarum Virtutum Domina, circumamicta varietate, quæ Virginali ſola Theſauro ſuperni Regni vales diſpenſare diuitias, maioriq̄ue luce ditare ſolem, incircumſceptum circoncingere conditorem, glorificare famula Dominum, Virgo ſeruilis generare Genitorem, & matutina in dies

nobis

nobis reuellare Aurora Solem. Benedicta puella, dum emeres Summum ad Humum inflectere Deum, Cœli Manna Terræ cuncta edulcare venena amarulenta Ieſu Parens; Chriſtū fidelibus Angelicæ vitę baiulare Auctorem; Chriſtifera, & egens in Mundo pauperis, Mundi tam valde pretioſo opulentare talento; quo ſine macula ſpeculum, & a lucis candore a facie terrę denigratus, ipſa albedine dealbare Cœli; ſine macula ſpeculum, coram Agno repræſentari in albis; ante Iudicis Thronum, & præ Altiſſimo Altare Dei iuſtificare Deum. Benedicta Ieſu Mater, ante cuius obtutum diuinæ pietatis oculos ſemper reſpiciat Altiſsimus in preces peccatorum, in fletus miſerorum; videbit dormitans iacentes in Vmbra Mortis; dignoſcet in Cruce Latro, in cruce pendulum ſalutare Mūdi, Paradiſique Regem, patriam emerebit Veniam prodigus, Cœcus Lucem, Vidua Coniugem, exul patriam; hinc tibi benedicit Archangelus ſuper vniuerſis Domini operibus in ſæcula. Amen.

XI. Gloriare tuis Alma Regina titulis plenis, plena, benedictaque meritis, qua cum meruit cinis Dauid pium lecti populi Regnum; fides Iſrael in ſacræ Miſericordiæ Deum; latria Gentium, Dei Vnigenitum in Saluatorem; Spes primorum Parentum Empirei Solem Redemptorem; internus Amor Magdalenæ plenam remiſſionem, Pauli aduerſa beata Cœli ſpectra; Præcurſoris ſolitudo Cœleſtem comitatum Angelorum; Petri fletus amarulentos Pontificum, & ſuauiſsimum Terræ Regimen populorum. Benedicta Saluatoris omnium Arca, qua Dei famulorum ſeparabuntur excubiæ, beata in Domini domo egenorum complebitur nuditas; ſtabunt in ſuis priſtinis, pleniſq; Glorię ſubſelijs Angeli; primigenis in delitijs homines; propitijs in hominibus Cœli, in conſuetis Terræ frugibus fœcondiſsima Terreſtribus Sydera; Vitalia Terræ animantibus flumina; & munificentiſsima hæc nauigantibus æquora procellarum Maria. Benedicta prę Virginali pulchritudine Mater, quæ diuino honoraris honore, & caſtiſsimo amaris amore, quam fortunatiſsimo intuitu pręcolit Aeternus,

præconizat Angelus, mortalis adorat, & admiratur oculus; cuius mirabile decus ipſum ſtelliferum decorat decor; dum exquiſitiſsima illius pigmenta, & aromatha Orientali ſapore, & odore condijt, qui ſuauiter olet, & nutritur inter deſertorum lilia; & ex hoc tanta Mater benediceris filio, cuius domus eſt ineffabilis Dei, Cœliq́ue Gloria, Pauimentum Cherubim, & Sedes Seraphim, integumentum Solis, Stellarumq́ue claritates, in Gloriam qui tecum benedicitur in ſæcula ſæculorum. Amen.

XII. Salue Terræ Salus, Portus Maris, Cœli Pretium, Terręq; parens Regni Margarita Cœlorum; quæ dum interim benediceris pro Materna dignitate aperitur tibi Celitus ęternę Vitæ Porta, per quam immortalis in te ſuum roret æternũ, & dum affaris, os de ore Domini cubat tecum, qui verſat omne Cœlum, vt conuertatur excelſus ad infimum; dum qui perenniter imperat, humano tuo ſubmittitur obſequio; hinc vndique tuæ complentur aures plenæ benedictis vocibus, cum memineris Mater illius, cuius generatio gignit Ingenitum, & perditum regenerat hominem; dum prouide benediceris Dei hubertas, Dei ſeminariũ, reuerenter Viſitaris ab Angelo, Dei hoſpitalis, & Hoſpicium, Dei Diuerſorium, & prouidentia; ſummi boni ſuſciperis in Gremium, Dei quies, & Vigilia; circundaris Cęlicularum Curia; Dei Infinitas, & ſapientia, Dei caro, carniſq; Deitas; Cœleſti ad nos ſpiritu duceris Dei finis, & Infinitas; dum in te venit Aeternus, vt patiatur occaſum, tuo vult famulatui mortem ſubire Dominator, Inuiſibilis apprehendere Viſibile Corpus, ſuprema intendit ſanctitas, immi ſubire Theatrum; vt quanto fuit hominis deſcenſus profundior ad Inferos, tanto ſub Dei reſurgat conſenſu ſublimior ad Cœlos, vt ibi viuat in ſæcula. Amen.

XIII. Aue iuxta Danielem, & Angelum ab æterno benedicta prouidentia, qua ſeptuaginta breuiantur hebdomades ſuper Terræ Populum, Vrbemq; ſanctam; vt uetus terminetur erratum, & de te finalis impleatur illa Viſio, & Prophetia, qua reuelatur Homini ſalutare Dei ſui; vt in vtroque Regno vngatnr

tur ſanctorum ſanctus; hodie tibi fatale illuxit æuum; quo humana conſumitur præuaricatio; quo de Angelis demigret ad Hominem Deus; dum accedit ſaluator ad perditos, Redemptor ad exules, Meſſias ad credulos, Cõſolator ad flentes, Miſerator ad caducos, Deus ad Virginem; qui Terra Virgine formauit Adam, confluat ad Mariam Gratiarum Mare, influat ad Aeuæ filiam iſtud Auæ ad abſtergendum omnem ab oculis fęminei ſexus lachrimas, ad alleuandos noſtros, vetereſque labores, & dolores in ſæcula. Amen.

XIIII. Suſcipe Virgo Virginum Palma, roſarumq; Planta, ab Indiuidua, & Sanctiſſima Trinitate hanc Gloriam, quod ſola emeres cum Patre generare Verbum; omnium Genitorē habere Filium, qui cuncta parit, omnium ſalutis Auctorem, plenam in te recondere Gratiam, ſuper omne donum, omne bonum, & datum optimum; prę patria percipere poteſtate a Patre Cœli Regnum; præ Materna auctoritate a Filio Vniuerſorum obtinere Dominium; pro ęmula ſanctitudine a ſpiritu, ſpiritum recipere ſanctum. Hi ſunt tui de ſuperno Paradiſo flores, qui nuptiali Thalamo, reflorent exquiſitiſsimi odoris, & honoris in beata Cantica Matutina; hæc Angelica pulcherrimæ Caſtitatis ſydera, germana firmamenti lumina, quæ diuinæ prolis cęlibatus mirabiliter ornent, honeſtentque ſolēnia. Benedicta Virgo in ſæculorum ſęcula impolluta, aurea virginum ſemita, pretioſa Regni Altiſſimi Petra, cunctis Cœlorū Theſauris pretioſior, inexhauſtum Dei diuitiarum ęrarium, a manu Dei conſeruatum, & ditatum. Præclariſſima Maris Stella, quam terrenant, quam fęcundant, quam circumſtant totius Sereniſſima Orientis Aſtra; Canora Domini laus in gloria Regni, & ſalutaris eius; nimię dulcedinis Armonia, quam denunciant Angeli, intonant Archangeli, virtutes mirantur, & conclamant, pręfantur Dominationes, meditantur Poteſtates, modulanturq; Troni, ſuperexaltant ad excelſa ſapientiæ Cherubim, glorificant in plenitudine Charitatis Seraphim; iſte cęlicolarum cautus fit de tuo, Ieſuq; Nomine Virgo Maria, qui ſonat in miſticum triumphaliſque curiæ apparatum,

qui ſurgit in æmula Dei cantitatorum Coronam, qui nimis dulcet in mirifici Angelorum laudatus melum, qui iuſtorum guturi format plenum diuinæ glorificationis Himnum; vnde vox Turturis auditur gaudens in Terra noſtra, per quam iam hyems præterijt, caſtiſſimæ lamentationis receſſit imber, optatiſsimę Veris conſuetę apparuere prænuncia læta, & garula hirrundo, candidus, canorusq́ue Cignus, dulciſona, multiſonaq́ue Philomela, quorum hilaritas merentes hilarant, nouitas renouat vetera, ſuauitas reddit arrida floribus, inculta fructibus, vt brumalia virentis reuireant ęternis; ſic vt benedicta dicaris inter omnes fęminas, vt Deum pro nobis ores in æternum. Amen.

## *Ad Dei Sponſam, ſuper illud ſalutationis Angelicæ:* Benedictus fructus ventris tui Ieſus. *Precationes Octo.*

MORTALIVM miſerere fletus Beata Dauid, Dominique domus, quæ licet enaſceris Adæ filia, una tamen efflores Numine, deſtinarisque Templum Dei Mater Alma; tu es enim, Gratiarum Domina, magnarum. Diſtributrix virtutum, dum filia exiſtis, Patris Altrix, Mater filij Dei, ſine virili contactu grauida, ſine crimine mulier, vberior terræ puluis, ſerenior ſole Virgo, beatior Cœlo Tellus, Dominici ſolis Sol, ęternæ Vitæ Liber, beatę amenitatis Collis, vitali vox Cœli, fęliciter obumbrãs laborioſo itinere feſſos viatores ad Dominum. Ecce quod ab Angelo tuus hodie ſolemniter benedicitur Fructus, vt Terrę fructus, vt vitę frutetum, terreſtrique Paradiſi fruticatio. Tu igitur Mater tota amabilis, quę genuiſti Altiſsimi filium, præ miſericordiæ Regno, hinc ad tuum concurrunt vndique Maternę charitatis prouidentiaq́ue gremium, ſine viris Viduæ ut maritentur, ſine parentibus pupilli vt Matrem habeant, ſine numero pauperes, vt per te illorum adſcribatur memoria in Cœlis, ſine hu

mano fauore miſeri, vt ſubleuentur diuinitus a manu Domini, ſine adiumento derelicti, ut ſola Dei dextera ferat inopi preſſoque ſubſidium, & ſubdito veniam. Tu quoque Mater amabilis, quæ Mundo attuliſti Saluatorem, qui ſufflabit pulueri, & cineri vitę flatum, hominibus delegabit Angelos, Cœlo pabulabitur Manna, ſyderaque luce, dum erit Panis ęque hominum ac Angelorum. Tu Mater itidem deſiderabilis, quæ Terra Virgo, Terra ſacra, Terraque Cœli fructifera es, Humo Deũ, Terrę Legem, Mortuo Vitã, Viuo Aeternũ, Humili Gloriam, Cœlis Hominem, & Famulis Regnũ Peperiſti; vnde fit, vt tui ſacratiſsimi Ventris hodie nimis laudabilis benedicitur Fructus; tam verò ſuauis, quàm mirificus, ęque triumphalis, ac ineffabilis, ita ſuper Cœlos Viuus, vt ſuper Terras Cœleſtis, ſic ſuper Colles magnus, vt ſuper Montes maximus; ita ſuper omne ſolum ęterni fructus, vt ſubter Terram herbarum ſemen, & plantarum radix, & virtus; ita maris vnda, vt maris aura; ſic Cœli nubes, vt eiuſdem ſerenitas; ſic admirabiliter brumalis, vt ęſtiuus; tam immenſus, quam imus; tam diuinus, quã humanus; tam decorus, quam inglorius; ita Telluris Nuditas, vt Viriditas, ita hominis pater, vt filius, ita panis, vt paſtor, ęque humana caro, & infirmitas, vt diuina ſubſtantia, & Maieſtas; cuius ſolius ęterna cum celebritate de vno Mari ad alterum; ab Ortu Solis vſque ad Occaſum; de Inferis ad Cœleſtia ſonat, & reſonat dulce, Pium, & triumphale eius Nomen in ſæcula. Amen.

II. Aeue impone finem dolori, Adæque labori Maria, Cœli Regina, *Gratia plena,* Mater Dei, quę voluis ad libitum omne Cœlum, reclinans Vtero pium in homine Deum, hæc etenim maioraque potes ſæculorum Patris hoſpitio, Saluatoris Gentium conceptu, æterni Dominatoris, & Solis fortunatiſſimo partu. Hæc, potentioraque Vales impetrare ab illo, qui cuncta complet, & mouet, & adminiſtrat, vt quem genuiſti ſola dum Mundum ſola Regina Regis, qui regit illum Tartarea perennis glorioſæ humilitatis cum planta, ſydera exornas ſereniſsimo duodecim Stellarum ornatu; tibi deſeruiunt tem-

pore,

pore,& loco elementa,paritura Chriſtum miſericordiæ Deū; ipſa iubilant tibi indies obedire tempora apparans tempori æternum, tui pariter miniſtri victus, Cantores nominis, aſſeſſores Vitæ,oratores ad Dominum ſubmittuntur Angeli, ut ſola vociteris Domini Mater,vt Domina es Angelorum. Hæc, & ſublimiora polles dum tuorum magnalium ſinum hominibus aperis in ſupernæ vitæ Theſaurum,Cęlo in Plauſum, Terrę in Florem, Iuſto in Meritum, Angelo in Obiectum, Virgini in Exemplum, Aetheri in Thronum, Luci in Speculum, Nocte in Diem, & Sancto in Gloriam. Hæc, præſtatioraque tibi propinat de perenni fonte fons, de Terra viuentium,vt Virginitatis Primiceria, vt magna, memorabiliſque Mater, & Virgo, & de ſancti Spiritus benedicta fructu; qui parat merenti promiſſę beatitudinis reddere gaudium,flenti deferre ſolatiū, & exuli Patriam; qui ſpondet prouidum onuſto leuamen, virili militi certamini brauium,fideli propitium ſalutare ſuum. Hæc,potioraque potes ad intuitum illius, qui a tuo pendebit vbere Puer,& Deus,cuius ſolaris, beataque facies omnem lętificabit oculum, lac ſapiet diuinam in Infante eloquentiam, & in lactente gloriam; cuius diſertiſſima Lingua vno fatu ſuſcitabit Mortuum, planta ambulabit ſuper Aſpidem, lenitas exterminabit Baſiliſcum, Pax pacabitque Maria, viſio iuſtificabit peccatorem, pietas excitabit ab Inferis impium, tactus ſanctificabit Aquas, flamma inflammabit Mundi Solem, & Aſtra Cœlorum: Charitas cuncta ſibi debita ſaluabit perdita, nouitas, Veteris Parentis renouabit Vetera; & ita tollet huius diuini fructus luminoſi hominis peccatum in gloriã filiorum Adę in ſęcula. Amen.

III. Noſtras dum recordaris lachrimas, releuaque miſerans ſupercœleſtis Hieruſalem lætitia populorum Domini ſalus, dum ad te volitant Cęli volucres, vt Aquila tutrix; cui datur de humilibus cacumen in excelſiſq; primatus,vt quorumcunque Animantium ſola vales aggregare pullos omnipotenti ſub vmbra alarum tuarum; ad tuum namque nimiæ teneritatis Nomen ceſſant a ſuis ſeuientibus erroribus Tigræ, noci-

ua euomunt illico venena ſerpentes, ſuam arrogantiam depo nunt Leones, ad naufragorum congregantur auxilium Monſtra, piſcesq; Maris, propitiatur iteranti Cęlum, ſopporabunt dormitantes ipſę firmamenti Stellæ, alleuabunt Angeli labores hominum, annunciabunt ſpectatores Dei in libro Iuſtorum. Ad tuum etiam potens, piumq; Dominium, naſcentur in dies ſemina; de deſertis pullulabit de Hircanis pietas; de Arabisq; petręis multiplicabitur quotidiana fœconditas; culta terra areſcet, ſpirabunt beatis flumen vitę ſuauiſsima flumina; annuntiabunt Montes Deum, & Collesque hominem, qui tuæ glorificat humilitatis Aulam; quam inuiſibilis ingredietur Deus, ut credulum ſine viſibili lumine illuminet homi nem fidelibus Orientalis oriens; qui qualis, & quantus ſit non videbitur, niſi in plenitudine Gloriæ, & Maieſtatis eius; hic dum ab Angelis editur, paſcit attamen homines, & comeſtus, & paſtus totus integer in tuo ſuauiſsimo ventre conficitur; iſte dū tuis allitur intimis, remanebit tamen in Regni Regnorum ſede, æque totius Mundi Conuiuator, ac Pabulum; is de Cœlis pluit tamquam pluuia in tuum primaria Virginum, intactæ puritatis velum, qui dulciſsime de Terræ rore perfun dat Cęlos, vt pia parias tantæ de pietate Nutrix nobis terrenis tibi deditis filij fidelibus, & famulis Saluatorem, vt per te in æternam miſerator Ieſus non recuſet ſuis indulgere cultoribus. Amen.

IIII. Militantis hominis ſuper terram ſudores excide, & laſsitudines, recrea, greſſus excipe, Iſrael pacificata Ciuitas; beatæ promiſsionis melle, & lacte proflua, & fortunata terra, quæ benedicta paries benedictum Cęli, terræ; germen, daturum de Cœlo centuplos terræ ſementibus fructus. Deo Iubila, dum tuo pretioſiſsimo fundabitur in gremio Dauid Radix; quæ in nimis voluptariam vtriuſque Paradiſi concreſcat Palmam, & propagetur arborem, cui lectiſsimo admirabili ordiniq́ue longo de ſupernis geſtiant ſemitis Angeli, & eidem ma gnis Cęlicolarum itineribus, progrediatur obuiam Imperatori; beata Caſta candidatorumq; Exercitus, vt illam coronent

ouantes

ouantes in ſuam, & agnoſcant coronam viatores, clangentq; captorum de laudis Angelicæ Tubę ſub frondentibus, & ſuauiter olentibus ramis eius. Deo plaude, paſce famelicum, benedicta inacceſſaque Terra, vnica campi grauidata flore, e quo tam mitis Paſtoris prouiſorisq; ſui melliflue, & gregales Apes ſedulæ colligunt tantopere dulce, & magnopereq; ſapidum, ſpiritalis ſuauitudinis Mel. Habe Deo Gratias pro peccatori Gratiam, de ſterili pinguis, de veteri noua, de ſpinoſa roſea, de Virgine inuia, de Mortifera Adæ terra ſaluberrima Planta; qua humi plantabitur Homo Cœli columen, qui rutilabit vt Stella, florebit vt Ver, erit frugifer, vt Aeſtas, frondebit vt oliua, condenſabitur ut Silua, renouabitur, vt Phenix, eleuabitur vt Aquila, reſurget vt Pelicani Pullus, ſuper niuē dealbabitur vt Columba, Axem torquebit humero verus Atlas, tranſuolabit ſuper ventorū pennas ad omnem Cęlum, vt beatæ celeritatis Angelus, vegetabitur velut arbor vitę, quā qui guſtabit deſipiet illi omnis caro, vt fęnum, & qui ſapiet vera Mundi reuelabitur gloria, fęni flos, Varis vnda, Terrę vapor, cedrus libani, ſtilla pluuiæ, hora ſæculi, Vanitatum Vanitas, vera volubilitas, plena fragilitas, & vniuerſalis ęi umna omnis homo viuens, vnde bonorum omniūm miſere, & miſerabiliter amittitur ęternitas. Amen.

V. De internis lætare Viſceribus ſalutare Gentium, cuius diuus, & vere terreus Virginalis ſimul & innocens, incomprehenſibilis, & localis ab Angelo, & homine benedicitur fructus; cuius flos, viſus, & comertio, lignum Mortis commutabit in Vitam, eius firmitas confirmabit omnes Maris fluctus, vt ſuper Montium apices ſtet triplex Eccleſiæ Petra, quę Petri ſtabiliat in Naui ſtabiles. Diua Virgo, & beata Regina, ad quam venit Regni Diadema Iuſtorum Ieſus, de Altiſſimis ad humillimam benedictus, qui ſuper deſertiſſimas ſolitudines excurrat aquæ Viuæ puritas, propinetur languentibus, vt conualeant, amarulentibus, vt dulceant, moribundis, vt reuiuiſcant. Fęlix riuus, lympha Empirei, quem exhaurietur ab incognitis terræ venis Ieſus fontium Chriſtalina ſalubritas, quę

terre-

terreſtrium poſſit ſuauiter explere ſitim, ne perditi terrenorum amantes humanis implexi, terrena tibiant. Regia proles, Mater Dei, de qua Viuens,& ſedens in excelſis ſublimiter tamquam Regalis euolabit aquila ſuper Cœli quæq; volatilia; Nobis dabitur & amplius ad peccata Terrę Vitulus Iſaac, Hoſtia Pacis, Vitæ Panis, Glorięq; Sacrificium, ut in ſolo Ieſu Nomine fidelis viuat, & glorietur homo. Benedicta penitus, formoſaq; mater illius benedictus Ieſus, qui vult pręire ſolus, ad æternorum optima, ſuauiſſimaq; Paſcua, Catholici Gregis anteſignanus Aries, qui ardet ad omnes Dæmonum impe tus, ſanctæ ciuitatis firmiſſimus murus, benedictus Virginis fructus, qui ſtudet aureum ſapientiæ extare rete ad irretiendos homines fideles, vt in Naui reponantur Eccleſiæ, ita vt ad ſalutiferas in dies ſanctæ regenerationis & ablutionis humanæ innouentur vndas, vt ſic fiat impius pius, ſeruus filius, lues ſalus, ira Charitas, indignatio gloria, & Terra Cœlum. Benedictus deſuper, deorſumq; tuus nobiliſſima Virgo partus, qui floret, & frondet, qui germinat in Nomine Domini; de cuius plenitudine omnes accepimus, Cœli motus, Stellæ flammeas, & errantes, maioresq; Terræ globos, Sol ſuper tota corpora Dominium; Luna vt Cœlo vltima ſtellarum minima luce colluceat aliena; Firmamentum Aſtra, Terra firmitudinem, Mare fluctus, Valles imma, Montes cacumina, Colles pulchritudines, Abiſſus noctes, Nubes nubila, ſiccum Ignis, vaporem Aqua, Aer flatum, Bruta ſenſum, Seminalem vegetationem, Animam plantæ, Diuinam homini ſimilitudinem, & ſui Conditoris Gloriam Angelus; qui Cœlitus laudat facie ad faciem tot bonorum effectorē Deum.; in ſatisfactionem Ie ſum, Patris ſolium, fidei Regnum, carnis Pretium, Cœli clauem, Mundi Numen in ſæcula ſæculorum. Amen.

VI. Cane nobiſcum Domina, Deo Canticum laudis, glo riæque nouum, cuius in te ſacra immittitur Virgo Filius, vt quę mundus mirabiliter continet, is in plenitudine amoris cuncta ſuſtineat, ſunt enim ad hominum vitam potiſſima in Mundo elementa; interim nos in Chriſto Ieſu pia Chriſtifera,

Ec ſalu-

ſalutifera credentibus ſacramenta. Benedictus ergo qui ad te Virginem venit in Nomine Domini, qui vniuerſa defert ad Hominem Deum (ſcilicet) in Patrem, Verbum in Fratrem, Spiritum in Sanctum Conſolatorem; Tanta vero in Terrę filijs cum charitate patria, ſapientiaq; ſalutis prouida, quanta patet, dum in Mundo Cœlum, & Terra conſiſtit, in Chriſto parili viciſſitudine ineſſe de Cęlo Verbum, de Terra Carnem, deque flamine Dei ſanctitatis Spiritum. Iterum benedictus qui ad te Regina ſanctorum reddit in Nomine Domini, qui de Cœlo confert omne Bonum, omne pariter Mundi Donũ in hominem, qua re, dum Mundus iacet vuiuerſalis Naturæ baſis, per te nobis innaſcetur omnium Genitor, Prouiſorq; Chriſtus. Amplius dum de Mundo ſubterque Cœlos diſcurrit Aquarum immenſitas, totidem hoc de præfato Corpore Ieſu ecce ut fluunt ad hominem gratiarum Flumina. Itidem benedictus qui de largitore Numinum venit in te Diuini Solis Tabernaculum, qui ſolus erit Mundi Lux, & Solis Lumen; porro dum Mundo datur flumen Ignis, vt Aer ſpirat, de Ieſu vitalis Aer, de Ieſu auctore Vitæ immortalis flatur Vitæ flatus, de Ieſu Face æterna Dei puriſſima diuini Spiritus excutitur Flamma. Benedictus plane qui ſummo deuenit a Patre in Virginis Aluum, qui totam pariter huius Mundi machinam ad hominem geſtat; proin, dum Mundus ſuper binos euoluitur Cardines, Chriſti ſimiliter ſine macula vita temporaria, & abſque errore ſapientia præfert nobis ambos huius Orbis Polos, ſuper quibus tam prouidenter reuoluitur. Iſte totius ampliſſimi Regni Circulus; vt quæ Pater condidit æternus, Filij perpendiuit ſapientia, luſtrauit claritas Spiritus Sancti, adorent omnipotens Ieſu Nomen in ſęcula. Amen.

VII. Benedicta prę merito Mater, Domini ſponſa prę flore, quo te per Angelum Virginem inuitat Sponſus Sponſam, quo nihil amabilius; paternis te ſuſcipit omnium Pater amplexibus in filium, quo nihil blandius; tua ſibi tam caſta, tam nitida, tam pulchra colluſtrat viſcera intacta triplex Domini Spiritus, quo nihil iucundius; ita vt tecum orietur, &

conuiuet

conuiuet in Vtero ſalus, cœlatur ſub terra Cœlum, recubat cum homine Ieſus; vt ſola futura Domina gloriæ, ſummi, & prꝗſtantiſſimi boni glorieris receptu, lꝗteris aſpectu, fortuneris poſſeſſu; & vt omni voluptatum genere delitiarum affluas Domina in æternum. Amen.

VIII. Sacrorum Hiacintinas, & Saphiratas aperi Ianuas Altiſſimi Templum, nosque tecum in diuini cultu intromitte ſacrarium; vt ibi deuotiſsime contemplemur, quam valde ſacer, & ſanctus, & ſalubriter benedictus in te deſcendit de Domino Dominus, vt vbique Terrarum mirus operetur mirabilia ſolus: ſic vt Patris adminiſtret in Cœlo Regnum, Matris ſubeat in Terra obſequum, Patris perficiat in Cœlo Gloriam, hominem moliatur Terrꝗ in Terra ſalutem, Cœlitus maneat in Patre Verbum, deorſum generetur in te Virgine Caro, exeat ille de Patre, vt Patris faceſcat mandata magna, exeat de Matre, vt de Sole radius, vt in terra tibi Matri obediat, vſque dum tranſeat de terra in Cœlum. Benedictus de te Vergine fructus Vnigenitus, qui ſolus huius Mundanꝗ Molis omne dilatat, & anguſtat immenſum; verſa vero vice inter tuum caſtiſsima puella, arctiſsimum hodie cohibetur Vterum reconditum ſanctorum ſancti ſacellum, in Dei, & hominis Hypotaſim, vt ab Eccleſia conſecretur miniſtris in Sacramentorum Maximum Sacramentum; ſane fiat ſacerdotalis pronunciatione Verbi Panis ad immortalis Vitæ ferculum, & ſummatur ad æternæ ſalutis eſum; tractetur in multiplex fidei præmium, quotidie piorum in Vitam, Mortuorum in relaxationem pœnæ debitæ, in Dei, & Hominis Hoſtiam; proinde benedicitur ſolus, quia ſcrutatur ſolus imperſcrutabilia Patris, & quæ Paterna pingit manus, huius rubicunda linit, Venuſtatque regalis Charitas, candidat puritas, exaltat celſitas, ornat regalis nobilitas, immodica reuiſit pietas, aſſumit humanitas, diuina ſuſtentat longanimitas, beata beat ſuauitas, complet denique diuinitas; quo circa Alma Mater agnoſce nobiſcum, quattuor orbis Terrꝗ partes in filio, Regis ſtellarum Ortus effingatur tibi verus Oriens; eiuſ-

dem Patris luminum Vita, luceat luminoſa Meridies; præſentetur immunis de Ieſu gladius, vera Aquilonis feritas; & tenebricum Chriſti ſumme tenebroſus recogiterur Occidens. Vis vltra pia recolere mente de Chriſto futura? Speculare in illo diuinæ, & humanæ Sapientiæ viuum in die ſplendeſcere Solem, dignoſce vulnera, lucifera Cœli Sydera, introſpice latus, in Cœlo itidem, de Cœlo rorem, quo interconciliatur cum fimo Cœlum. Vis quoque de Mundo enumerare miras, & eadem in Ieſu annotare mirifica? Inſpice pupilla Domini, dum micat, tonat, fulguratq; Mundus in Meridiana die, in nocte profunda, vt maior corruſcat, intonat, fulminat de Chriſto mirabilitas, de Chriſto ſerenitas, quæ iuſtorum, peccatorumque moles diuinis gloriæ, nocturniſque gratiæ millibus indeſinenter ignibus feruent. Vis vlterius progredi? Terrarum, & Montium indagare latebras, abditiſsimas auri, & argenti, illic recludere, & recolligere fodinas? ſumme myſticum hoc de Monte Domini collis Angegelorum Deitatis aureum, & humilitatis argenteum. Auri denuo, hoc de prędicto Sole Sapientiæ (o Matutina Aurora) Parabolas aureas, exinde argentum, Lux prima diei percipe ſenſum, quę immemorabilis exhuberant in Regno Cœlorum lapides, Theſaurique pretioſi. Oceanum illud Mare magnum veſtigas Maria, quo tot confluunt congregationes aquarum? hodiernam Ieſu magnam in conceptu memorare potentiam, de futuro partu meditare ſapientiam, de Vita amplectere largitatem, & occaſum propone Virtutum, quę non veluti fluxa fluet, nec refluet, ſed illa ſemper eadem iucundabitur peccatorum ſiccitas, lauabitur Gentilium impuritas, impinguabitur deſidiorum ſterilitas in venam auream, qui de te naſcetur, gloria, cui omnis benedictio debetur in ſæcula ſæculorum. Amen.

## *Jn Roſarium Beatæ Virginis Mariæ.*
## *Primus Dolor.*

AVE in his Aeue culpis gratia plena, ab Angelo Dei diuini conceptus ſalutata miſterio; tu fidei ſingulare lumen, ſalutiſque noſtræ Mater ſingularis, quę Archangelo de incarnatione Verbi præbuiſti in fide conſenſum ſic inquiens: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* vnde Verbum Caro, & Deus factus ęſt Homo, in puriſſimis viſceribus ſanguinibusque tuis, & habitauit in nobis; hinc tollis omne vhę culpæ, inuentrix gratię apud Deum; omne vhæ pœne, tu quæ vertis Aue luctum in gaudiū; omne vhę naturę, tu cuius ſalutari Germine germinamur de Morte ad Vitam, tu cuius diuina prole, propagamur de terræ filijs, in filios Dei viui.

Aue plenitudo Figurarum, documentum Scripturarum, deſiderium Prophetarum, doce nunc me ſalutis viam, & eſto nobis in via ſapientiæ Templum, ſalutaris ſapientiæ Spiritus, vt Maris Stella, ſalutiſque portus, nam tu Regina portaq; Cęli.

Aue vellus Gedeonis, Cœli Rore madidum Vrna in Terris aurea, quæ ſeruaſti Manna Angelorum, Virga Aron ſine rore germinans, vnde pululauit Arbor, & beatorum vitæ lignū. Tu ſol Tabernaculi ſalutaris Dei noſtri, vbi ſaluator Ieſus poſitus eſt, vt Hieruſalem murus. Tu Nubes Domini leuis, vbi miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, in Dei, & hominis vnitatem, & gloriam in ſęcula ſæculorum.

Aue gratia plena, quæ Dei Mater intacta, & præſeruata, ab æterno meruiſti cum Deo Patre Filiū habere communem. Vere *Gratia plena*, quæ Chriſtum hoſpicium egenorum, fideliumque Paradiſum, pudici ventris tu ſuſcepiſti hoſpicio, vt maximam vbique paſcereris exuberantiam de Cęli gloria gaudiorum, & de Terræ ſalute delectari ſuauitatibus. Vere *Gratia plena*, quæ ſine pudore fęcunda, Deum, & hominem ad Dei, & hominis concepiſti gloriam, *Gratia plena* quæ Stella portaſti Solem,

Solem, quæ Filia genuiſti Patrem, *Gratia plena*, quę omni es repleta, & triplici decorata gratia vere *Dominus tecum*, dum tecum fuit Dominus in cordis fide, in Vteri puritate; tecum præ humilitatis Abiſſo cubauit altiſſimus, tecum arſcit æterna charitas humanæ ſalutis amore, tecum iacuit in confeſſionis ore diuina veritas, in te reſcipuit increata Sapientia præin carnate ſapientiæ. *Benedicta tu in mulieribus*, quæ maledictionem coniugatorum, & virginum euaſiſti ſola; tollens Legis veteris maledictionem. *Benedictus fructus ventris tui Ieſus*, qui licet in Cœlo ſummus, pro nobis in te, Terraque Naturæ, factus eſt infimus immẽſus, paruulusq; Dominus ſeruus, qui talis præter naturę, Mundique ritus, exinanibit inferos, vt redimat homines, & omnem exhilarabit Rex gloriæ, renouabitq; creaturam. *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis miſeris peccatoribus*: quæ peccatoribus inglorijs es Mater Dei glorioſa, ſuccurre nobis aduocata libens, & mitis, miſericordiæ nunc, & in hora horride mortis noſtræ.

Aue gratia plena, quæ iuxta Domini Prophetam ſalutaris Dei noſtri aſcendiſti mõtem viſitaturam Domum Dei Iacob, toto præ meritis aſcendiſti aſcenſu diuinæ iucunditatis, & conſcediſti montem, vt collium illinc æternorum contemplareris amenitatem. Tu Domina abſcondis verbũ Domini, fęcunda, Archangelo credula, te tunc in celeri munere charitatis, in obſequij humilitatisque gradibus docuit Paruulus Emanuel vias ſuas, dum ambulares in fidei, religionisque ſemitis rectis, & tramitibus eius.

Aue gratia plena, quæ introiſti in Domum Zachariæ omni cumulata Gratia, & coronata Gloria, & in ſummum laudum, honorumque tuorum tam humilis, tam gaudens viſitaſti Eliſabeth; tu denuo hinc benedicta es inter mulieres, quia cum audiret ſalutationem tuam diuini plenam Spiritus cognata tua, tunc exultauit in gaudio Cœleſtis Paradiſi præſentia filius eius præcurſor Chriſti Ioannes, in viſceribus ſuis; adeo ut iuxta Prophetas, priuſquam in Matris firmaret Vtero, nouerit illũ Dominus, & antequã prodiret in Lucẽ, ſanctificauerit illum.

*Aue*

*Aue gratia plena*, quam in fide beatam, ſancto repleta ſpiritu,aſſeueranter approbauit,& cõfirmauit Eliſabeth inquiẽs, & vnde hoc mihi ut veniat Mater Domini mei ad me, beata quę credidiſti quoniam perficientur quæ dicta ſunt tibi a Domino, Beata porro tu es, & benedicta in ęternum Regalis Filia, Regiſque ſæculorum Mater, tu magna, & magnificata ſuper omnes fœminas, quia Nomen mirifice tuum ita magne fecit Altiſſimus, vt non recedat laus vllo vſquam tempore, locoque tuo de linguis hominum,& Angelorum,quia ſuper omnes benedicta in hoc futurumque ſæculum,hominibus,& Angelis benediceris. Vere nunc magnifacta, magnificet anima tua Dominum,& exultet Spiritus tuus in ſalutari tuo, quia reſpexit humilitatem tuam. Magnus excelſuſque Deus; vnde beatam te dicent omnes generationes.

Aue gratia plena, quę præbuiſti innocenti puerperio Eliſabeth; affuiſti natiuitatis Præconis rerum omnium veritatis; recepiſti amantiſſimæ in Vlnis Præconem gratiæ, quem vocauit a matris vtero Dominus; & de ventre matris recordatus eſt nominis eius. Te oblectaſti ſuauiter in ſancto conſpectu, amplexuque pio Chriſti equitis illius,quo non ſurrexit maior inter natos mulierum. Hinc iterum gaude Dei Mater, tanti Prophetæ matri,memor quia dedit patrum nôſtrorum Pater, illum in lucem Gentium; vt ſit hominis ſalus vſque ad extremum Terræ. Gaude itidem beata Virgo,cum aperuit Dominus os Zacharię,cum benedixit ſenex ille mutuſque Pater Dominum Deum Iſrael Viſitatorem,& Redemptorem plebis ſuę; cum vidit errigi cornu ſalutis in te Domina de Domo Dauid Pueri ſui. Vocatorem inquam Pueri Prophetæ Altiſſimi, & Præcurſoris viarum ſuarum ante faciem eius,cui omnis humana, Angelicaque tecum laus, gratiarum virtus, imperium in æternitate ſæculorum.

Aue gratia plena, quæ genuiſti qui te fecit; quæ vnico conc epiſti Verbo, qui Verbo cuncta creauit; quæ Puella Virgo continuiſti, quem Cœli,& Terra non capiunt, quem inuiolata puerpera peperiſti, qui Cœli Lucem Terræque pacem,

Patris

Patris verbum gloriæ Splendor, Verbi virtus procreauit, & perfecit in huius, & futuri ſęculi perennitatem. *Aue gratia plena*, hinc adimple ſalutis gaudio cor meum; dum tibi puerpere gaudes; in cuius Natalitio puerperij, omnes Terrę populi gaudent; ſic in humana carne ego pius, fideliſque recreer a Paruulo tuo, vt a Principe meo; ſic ſpecioſa laude collaudem, vt laudant ſimul deſerta Hieruſalem; ſic eundem Dominum, Deumque meum in vero cultu, fideque conquiram, quemadmodum hinc trepidanter inquirunt, creduliq́ue adorant Paſtores; ſic feruenti ſpiritu viſitem Dominantium dominatorem, vt feruenti Religione viſitant Orientales in oblatione Auri, Thuris, & Mirhæ, Reges. *Aue Maria*, congratulare nobis, tu omnis gratia plena; quia per te plantauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis Gentium, vt tecum ſalutis Matrem omnes Terræ fines, videant ſalutare Dei; illud in quam ſalutare, Angelici humaniq; lapſus, Vmbrę Mortis Lumen, & Paradiſi gaudium, quam promiſit Deus benedicto ſeminæ Abrahę, & fidei eius, viuenti in æternæ vitæ meritis, in demortuorum vitam in ſæcula ſæculorum.

Aue gratia plena, quę ſingulari tua, & Dei potiſſima gratia, reponis paruulum in cordis mei perſepe tuum, dum in Adæ terra reclinas Dei Filium, Filiumque tuum. *Gratia plena*, quia ex beato benedictoq; clauſtro tuo benedictus in maledicta Terra noſtra per tot ſæculorum longam ſeriem apparuit Deus in omnē ſalutem. *Gratia plena*, e cuius magnitudine gratiæ expectauimus nos derelicti, excipimusq; perditi, redēptionem Iſrael, ut percūtes ſaluaret, captiuosq; redimeret. *Gratia plena*, cuius Materna gratia exultauimus nos exules fili Aeuæ, viſione Dei Patris, & Dei Fili tui, & tibi lętabimur aliquando puri; beatiq; ſpiritus, in Atrijs Sanctis Dei; in Almo Salutari tuo coram Angelis eius. *Aue gratia plena*, quæ prouidis, cupidisque tuis, & Angelorum luminibus contemplaris, quem agnouit in Terrę miſerijs Bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui. *Gratia plena*, quę lactas Angelorum Regem humilis Ancilla Domini, quę hauris, & percipis,

omne

omne gaudium, & omne bonum, e Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis præſentia; dum audis Archangelum e Cœlo euangelizantem Paſtoribus gaudium magnum naſciuiſſe omnium Saluatorem, & Regem. *Gratia plena*, quæ coronaris & miniſtraris ab Angelis, præ humana Natiuitate Dei, e cuius vtero prodijt Cœli Gloria, Terræq. Pax; & hæc reſonarunt in hominum Aures de Cœleſtium Tubis letitia credentium ſempiterna. *Gratia plena*, quę in clariſſima Noctæ vides adorantes Deum exutos corporibus Angelos eius, & omne ſalutis præſcrutaris Miſterium, gloriaque confers augumentum in mellifluo, & puriſsimo corde tuo.

Aue gratia plena, cuius præcelſa, & præcellenti gratia illuxit nobis gehennæ reis benignitas, & humaniras Saluatoris, porro de ſinu Patris; in quo tam diu celabatur, de tuo Virginali Ventre; in quo diuinitus firmabatur, de Terræ legis Vmbra; in qua miſtice figurabatur.

Aue gratia plena, quæ palpas inuiſibile Verbum, quę emittis Agnum, qui ſoluit ſolus ſignacula Libri ſignati, quæ peperiſti (iuxta Domini Nuntiũ) Chriſtum Ieſum Dominum Noſtrum, qui venit ad nos regnare in terra Tauro pacifico, vt illo in Cœlis regnante, regnet & interris Dei miſericordia, eius Imperio nitatur vniuerſorum ſecuritas, eius ſalutari benedictoque Nomine contineatur totius Mundi ſalus, & Dei, & hominis hęreat benedictio. *Aue gratia plena*, hinc tibi occurrat ille Magnus, & Altiſſimi Filius quem tibi prænuntiauit Archangelus; ille eſt *Rex Regum qui regnabit in Domo Iacob in æternum, cuius Regni non erit finis.*

Aue gratia plena, quę germinaſti ſalutis Germen in ſpem deſertorum, & ſpeculum perditorum; quod ſola Virgo Virginum Sanctorumq; Sancta, & lucis candorẽ æternę virginitatis, candore ęterno, glorioſiſsimæ produxiſti, eius nuncappetibili tantum gaude Deipara Virgo, qua exultauit in Spiritu Abraham Pater Patrum tuorum; eius viſione pſale Deo, & hominibus, in hymno Canticorum, quem pariter præcecinerunt terræ habitatoribus in Nubibus Angeli, eius viſionę

prębe nobis vnigenitum tuum in Paſtorem, in Paſtionem, in ſummi Dei cultum, quem vigilantes in illa pręclariſsima nocte coluerunt Paſtores; eius viſione reuela nobis Cœli Cœlorum Lumen, ad cuius itidem Lumen exultauit in matris vtero Ioannes; eius viſione demonſtra ſpectatoribus, Mundi liberatorem, quem Anna nobis in almę contemplationis Templo oſtentauit vates; eius Viſione da illum Catholicæ fidei Auctorem, quem, fidelis, conſtantiſsime pręedicauit, & amplexatus eſt Simeon. *Aue* Nubes candida, quæ placuiſti Deo, *Aue* tellus inuia, quæ pertuliſti Saluatorem, *Aue* ſanctuarium Dei, vbi requieuit Dei, & hominis ſanctitas; vnde Chriſtiana propagatur Religio in Chriſti Nominis gloriam, ora pro me miſero peccatore. Pia Mater gratię: & exhilara Animam meam, hodierno tuorum gaudiorum miſterio, nunc & in hora mortis meæ.

Aue gratia plena, fac me hodie te honorifice ſalutantem; ita fidum, & amantem piorum labiorum, itinerumq; tuorum ſocium, vt tui pariter honoris Comes, in cultu Dei, in plenitudine Legis perficiar; dum vt tecum affertur pari pietatis ſanctitatisque proceſſu, & vota mea Domino Deo reddam, in ſolitario, & publico Sacello Spiritus; dum te pio æmulę charitatis, religionisque ſpiritu comiter in magnum ſanctę ciuitatis Templum; fiat vt prę iuſtis manibus aliquando meis, Iuſtorum Caput, & Salutare meum habeam, & deferam, quemadmodum, tu tota pulchra Dei Patris ſpectatiſsima Filia, Dei Filij Mater intacta, & Spiritus Sancti candida Columba, impletis purgationis tuæ diebus ſecundum Legem Moyſis deportaſti Ieſum Hieruſalem, vt ſiſteres eum Domino, iuxta diuinæ Legis Scripturam, in Legis, & Prophetarum plenitudinem. *Aue gratia plena*, Alma Redemptoris Mater, qua venien te in ſacras & miſtice præparatas Almæ Ciuitatis Aedes, venit itidem tuę votiuę virginitatis fidelis cuſtos, Comesq; Ioſeph, venit Dominator, & Dominus, quem nos tandiu quęrebamus, & Angelus teſtamenti quem cupidiſsime expectabamus. *Aue gratia plena*, quæ humillimæ religioſiſsimeque portaſti,

taſti, qui portat omnia virtutis Verbo; attuliſti nobis diu mortuis, & deſperatis, finalem Paſtorum noſtrorum ſpem, æternæ vitæ præmium; attuliſti cunctis denique Gentibus admodũ deſideratum; adeo, vt in oblatione Pueri Ieſu impleueris Domum illam Gloria, qua foret vltimę Templi dignior, præſtanſtantiorq́; vetus prioris Gloria; tuliſti denique cunctis Terræ populis Legem, Legiſlatorem, Paſtoremq́; Gentium; repræſentaſti in magne illius Sacerdotis Prophetęq́; manibus, dilectiſsimum Filium ſuper Altare Dei vnicum Mundi Saluatorem. Tu vere *Gratia plena*, quę Simeonis in Magnificentiſſimo Orbis Terrę Templo audiſti præſagium Canticum de perditione, & ſalute plebis tuæ Iſrael, & de Vaticinio dolorũ tuorum in Morte filij, in Chriſti Calice gladio. Hinc dignare Domina, vt mutuo tanti Vatis, & Dei ſpiritu præuio, cum iuſtis confugiam, in piæ Orationis ad Dominum Deum in diuinę meditationis Templum, vbi Ieſum meum cum Simeone reponam in ſinu meo, adeo vt huius, & Annæ præſciæ fœliciſſimo Oraculo, Redemptorem meum perſepe adorem, & fatear Mundi Pacem, Cœli Lumen, Terræq́; & fidelium vitam, & Gloriam. Amen.

### *Secundus Dolor.*

AVE gratia plena, Ne timeas Mater inuentrix gratiæ, dum te per triduum ſolicitat amiſſe abſentiſq́; filij tui timor, & deſiderium; deſine Vicos, & Plateas conquirere, vt ibi oculorum tuorum lumen comperias; deſine in has, foris, atque Domi Maternæ charitatis voces erumpere: *Num quem diligit anima mea vidiſtis, nunciate mihi de dilecto meo; vbi paſcat, vbi cubet, quia amore langueo.* Hinc pium languorem exuæ, iuſtumq́; dolorem depone, o Sancta Dei Genitrix, quæ puerum inueniſti Ieſum in Tẽplo diuinitus, de Regno Dei Patris diſputantem, duodenarium obſeruaſti Filiolum Doctores Gentium, Senioresq́; electi populi mirabiliter edocentem. Hinc tibi verſetur ob ocu-

los verax ille Deus, iuxta Prophetas. *Qui omnem adinuenit ſalutis viam, & diſciplinæ, & tradidit benigniſſimæ illam Iacob Puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.* Hinc tibi ſpectetur attente verax ille Emanuel, iuxta tua, patris quæ Vota; quem annuntiarunt Sapientium oculi præceptorem ſuum; quem indagarunt vniuerſorum hæredem Diuinæ Gloriæ contemplantes; quem petierunt humanam ſalutem Prophetarum Oracula; quem Scripturarum Spiritu figurarumq; Typum, nouit Sanctorum Eccleſia. Hinc tibi occurrat, Deus, & Homo Chriſtus, periclitantium Salus, Doctorumque Doctor libentiſſimę tecum de Templo deſcendens, vt obſequentiſſimę vobiſcum Nazaret veniens, factus eſt vobis (totius Orbis Imperator, & Rector) ſtudioſiſsime obediens humaniſſimeque ſubiectus, vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ Annum. *Aue gratia plena*, quæ tantopere paſcebaris adoleſcentis Chriſti florenti, & adamata præſentia, cupido pariterq; frequenti delectabaris conſpectu, & conuictu, & amore illius, qui in dies magis, magisq; ætate floruit, ennituitq; Sapientia vnico recreabaris ſolacio, & colloquio illius, qui uixit miſerorum ſolamen, & Spiritus Sancti lingua; te ſuauiſſime millies de die in diem oblectabaris, in quo virtus Dei perfecta eſt in tenebrarum Lumen, in Lucis æternæ Gloriam, in Mundi vitam. *Aue gratia plena*, quæ digna fuiſti altrix, & educatrix illius, qui regenerauit aquas in baptiſmum; qui baptizauit Ioannem in ſpiritu cui miniſtras, miniſtrarunt in Deſerto poſt trinam de tentatore victoriam, luminoſi & innocentes Angeli. *Gratia plena*, quę protuliſti Paſtorem Eccleſiæ; qui duodecim delegit Diſcipulos in redificatione Sancti Templi ſui, in terris egentes, hominum infimis, Paradiſi Principes, ſacri Concilij Senatores; ignobiles, & inſcios, Fidei, & ſalutis prædicatores, ab in gloria plebe excerptos. *Aue gratia plena*, quæ iuſtorum portaſti Solem; & Contubernij neceſſitudine indiuidua, atque ſancta, cum illo vixiſti vitam, porro cum illo qui transfiguratus eſt in Monte Tabor, in diuina claritate; qui Cœcorum oculos, & ſurdorum aures, aperuit, vt Cęci pariter intel

lectu

lectu reſipiant, & ſurdi pertinaces obaudiant; porro cum illo qui mutorum emundauit linguas; & infantium labia, eloquentia, & Sapientia repleuit, vt ex ore infantium, & lactentium Dei nuncietur virtus, publiceturque gloria.

Aue gratia plena, quæ vitę genuiſti, & gubernaſti Patrem, quæ mortuorum nutriſti vitam; dum quatriduanum Lazarũ pijs Magdalenæ lachrimis & precibus ſuſcitauit a mortuis Ieſus. Hinc dignare Domina, glorioſis tuis meritis, Materniſque precibus impetrare a Ieſu filio tuo; vt millies, me quotidie cum Lazaro peccati fęditate fętentem, ſub veteri peccatorum lapide totusq; conſepultum, totidem a peccati Morte, miſericors Deus, & Mortis ille Victor, ad Iuſtorum æternæque vitæ lucem excitet. Amen.

## *Tertius Dolor.*

AVE ſpiritali triſtitia Chriſti tui Domini Noſtri vſque ad Mortem ſauciata, tranſuerberata Mater, tuũ hodie tantopere flebilis dolenſque Mater Eccleſia impertire mihi dolorem, & luctum; dum tibi prepono ante oculos patibilem Creatorem, pro ijs quos ipſe preuide condidit, amantiſſimeq; redemit, paſsibilẽ Iuſtorum Dominum pro nobis peccati ſeruis, ſubiectum; pium omnium Dominatorem, impijs ſceleratorum manibus ſubditum; hominibusq; infimis, & nequiſsimis; illum (cui Cœli, Terræq; Regnum defertur, & omnia animantia obediunt,) moriturum illum in quo eſt Mors ad nutũ vbique Vitalis, Vitaq; mortalis.

Aue in peccatores pia, ſub Chriſti præparata Cruce, ſub Chriſti languoribus languens, ſub Chriſti gemitibus gemenda Mater, nunc, & ſemper miſereatur mei diuina charitas, te dolenter admodum ſalutantis, mihique pie, & opportune occurrat ad mortem peregrinanti volontario meę Crucis oblatus patibulo Ieſus; dum tibi offero illum, Vnigenitum, Dilectumque tuum, acerbiſsimam Paſsionem, & Mortem, pro mea, & Mundi uita ſubiturum innumerasq; peccatorum vi-

tupe-

tuperationes, & contumelias Regem gloriæ ſufferentem.

Aue pia Mater Dei, tu nunc Materna in Chriſti fideles pietate pia reſpice, qui te fecit amantiſsime, quem cupidiſsime portaſti, qui cum epularis in Regno, & illinc in omni tempore pia memento mei, dum tibi propono in terris accumbentem cum diſcipulis ſuis Ieſum, & illis hæc amātiſsime dicentem verba, *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar*, hodie clemens impetra a commenſali Rege tuo Regina Angelorum, vt ſe ſe Panem Cœli, ſic det nobis, vt dedit illis; ſic præfatæ horum ſanctorum beataque Angelica Pace. Iuſtorumq; germanę charitati diſponat Corpus Eccleſiæ, diſponat & cor meum, vt diſpoſuit illis ſuum, in fraterna dilectione, mutuaq; Pace perenni Iuſtitiæ, gloriæq; Regnum, inquiens; *Pacem meam do vobis, ſic ego dilexi vos, vt vo. diligatis inuicem, ſic ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum*.

Aue pie miſeratoris Dei Mater ſeruet me in Dei & hominis perfecta charitate Chriſtus, quemadmodum in eminente Morte, in ſummo Agone & charitatis orans, cupide, & ardenter admodum conſeruauit diſcipulos ſuos inquiens: *Pater ſancte ſerua, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, quemadmodum ego, & tu vnum ſumus.*

Aue pia omnium parentis miſericordique Dei Mater, fiat nunc, vt diuina clementia opportune me ſuſtineat, & protegat in dies, miſereaturque mei, te piiſsime viſitantis, dum tibi tota pietatis, religionisque mente effingo innocentiſsimū Dei, filiumq; tuum in horto Trinā orationem ad Patrem in Agone Mortis habentem, ſanguinemque eſtrinſecus, prę peccatorum meorum magnitudine refundentem, da, vt Calicem paſsionis eius ſic pro mea alienaque ſalute agnoſcam, & agnoſcendo bibam, & hauriam; vt ipſe obſequentiſsimus, ęternæ voluntatis Filius Dominus porro meus, Mundi vita bibit ſic & hauſit; Diuinę voluntati pateat per te Deipara miſerorum ſpes, hęc mea infirma, cum Chriſti Carne caro, cum Chriſti ſpiritus promptus, languens & Spiritus meus, vt ego ſub

terrenæ

terrenę Chriſti Crucis, vbique Sancto, vbique volontario, & adamato iugo Cœleſtem ſic in omnibus exorem Patrem meũ inquiens, *Pater mi, tranſeat a me calix iſte, veruntamen non mea, ſed tua ſiat voluntas*, hinc me toties & viſitet Angelus. de cœlo meus conſolator, & Nuntius, quoties contribulatum offero cor meum in ſacrificium; ſic proditores amicos nominem meos, vt Ieſus amiciſsimę amicum appellauit Iudam; ſic triomphali Ieſu voce Chriſti noſtros vbique conteram hoſtes, fideliumq; inſidiatores; Chriſti fidei valida manu proſternã, vt omnipotenti Ieſu nomine omnes Iudęorum armatæ, perfidæque turbæ corruerunt, ſic machinatoribus meis amanter ignoſcam, inimicosq; amice diligam & foueam, vt Ieſus inimicorum vndique alligatus funibusque multis, dirisq; modis laceſsitus, & Ieſus, Paterna peccatorum veniam, dolorum omnium obliuione in plenitudine amoris phariſcis ignouit; dum virtutis Verbo humi iacentes illos itidem erigeret, auremque Malchi a Simone Cæſam amicę, benignæq; ſanaret.

Aue pia miſericordiæ Mater, ſanet nunc me Infirmum ad Mortem Samaritanus ille, omniumque Saluator; Maternæ tuę virtutis precibus, vt multiplicis peccati mei vulnera curentur, lapſusque reparentur in Ieſu (tantum ſalutis humanę lauacro) vnico amatore, ſeruatoreque Vitę; ſic per te de ſalutaris mei calice bibam, vt illum cum Ieſu Diſcipulis ſemper Iuſtus in via, & beatus in patria bibam; in perenni beatorum conuiuio, in æterno plauſu Angelorum.

Aue Chriſti verberibus millibus, & millibus intrinſecus vulnerata pie, ad Chriſti columnam materna perpeſsione, & dolore perpetuo patibilis & dolens & colligata Mater; me nunc ſiniet tecũ Ieſus Eccleſię columen ad viuentis fidei marmoream, firmiſsimamque columnam, alligari, me terręſtri ſecum omni diſpoliet honore Ieſus Patris honor; dum illum humana Veſte, & fauore nudatum, nudus in denudata Eccleſia tibi propono, dum illumq; pro peccatoribus; iuſtum, pro iniquiſsimis pium, tam indeuote ſpoliatum, tam innocenter multatum; tam crudeliter cęſum; tecum attente contem-

plor,

plor. Et ego peccator, & impius, noxas in innocenti germine tuo ſpeculo meas, amariſsimeq; deploro.

Aue fidelis Chriſti paſſionum, contumeliarumque ſocia, a Chriſti cruciatoribus cruciata valde; Chriſti laceratoribus dilacerata diu, pijſſimo Chriſti cruore pię cruentata Mater, me hodie in feruenti tuarum curarum merge, gratiarumque ſinu retine; dum tibi ſugero Chriſtum, qui pie peccatorum catenas abſoluit; impijs peccatorum manibus vinctum, qui venturus eſt Orbis Terræ Iudex, ſolus in æquitate; Maieſtatiſque Sede, ſolus Dominus, iniquiſſimæ, & turpiſſimæ ductũ ad Annę conſpectum, qui ſummam eſt Dei imperſcrutabiliſq; Sapientia, tam curioſe a Pontifice illo de doctrina, de diſcipulis interrogatum, qui ſolus obtinet Terræ Cœliq; imperium, & vniuerſorum honorem; tamen ridiculæq; & in gloriæ ab vno miniſtrorum Pontificis percuſſum; ſic paſſus eſt longanimis patientiæq; ille Deus, Trinam negationem Petri, vt Trinam, mihi quoque culpam condonaret, quoties me cum Simone reſpiciens, exeam, de Mundi perdita lataq; Via, vt anguſtam vitæ ianuam ingrediar, meq; ſolitarium cũ Petro, flebilemq; pœniteat.

Aue fulgens Martyrum typus, Matrum, & Virginum pijſſimum exemplar; conſocia nunc me ad Chriſti pium, miſerandumque ſpectaculum; vt tecum vitæ procreatorem obſeruem in humanis iniurijs ſanctę porro patientiæ ſpeculũ, tecumq; Poteſtatum Rectorem immortalem attendam, a Caipha iudicatum Mortis reum; mecum illinc collacrima o merito mærens, o meritiſſimæ querula Mater; caſtigat innumeras mitis illius Agni, qui tollit Mundi ſuperbiam; deletque peccata Mundi, humilis illius pacifici veſtigia perſequere ſemitas, Regis; qui regit omnia in Pace; vniuerſumq; moderatur in miſericordia & iuſtitia; mecum præterea ingredere Caiphæ Palatiũ. *Sic dedit iuxta prophetas percutientibus ſe maxillam & ſaturatus eſt opprobrijs*, vt ſancta & innocens armatas & ſceleratas ibidem videas Iudęorum turbas in filium vnanimes ſurgentes, certatimque ruentes, quæ in faciem eiuſdem inermis, &

vincti perturpiter expuunt; illud ibi iuſtorum agnoſce, ſalutaq; caput, quod ſacrilegiq; manus concuſſerunt; reuela, & ſpecula illud Cœli Terræq; Lumen quod peccatorum tenebrę velauerunt; illum inquam Mundi Opificem, & Adminiſtratorem meditare Deum; in quo aſtiterunt irreuerenter & conſpirarunt Reges Terræ.

Aue pia & Afflicta Mater doce nunc me cū Iudicibus Terræ Dei ſecreta ſylere, vt ſiluit Chriſtus Arcana Patris, in Hero dis Iudicis conſpectu; doce me libenter ludibria perferre Mū di, vt pertulit Ieſus (hominum, & Angelorum gloriam) ab Herode illuſus, ab Herode, electoq; populo ſpretus, a facinoroſis, Veſte alba veſtitus, ad maiorem nominis notam Arun dinem prę manibus geſtans; in contemptionem, & contumeliam reductus eſt iterum ad Pilatum.

Aue ſimplex miſericorsque Mater, exinaniti Dei, mecum pondera æmulo dolore corporis, animi luctus, Mortis humanę anguſtijs, immutabilis iudicis ſententiam; vnde pia reſpicis Filium Dei, Filiumque tuum, tota die diuexarī; vnde reminiſceris ſapiens, vt humanæ Pacis diſciplina vertitur ſuper innocentiſſimi Filij ſanguine, & omnis filiorum Adæ caſtigatio, peccatorum contumelia hæret, oſsibus ſuis, infligiturq; in ſuis carnibus.

Aue pia miſerorum Mater, hinc tibi quomodo occurrat in via ſpecioſus præ filijs hominum; cui deeſt natalis ſpecies, & decor, tibi appareat in ęterni Solis ſpeculo Dei filius, apparatu & veluti Adæ filius deſpectus; qui irridetur, qui plorat, qui conculcatur nouiſsimus virorum; recordare abſconditi Vultus eius, Vultus porro ſerenitatis ęternæ Dei; Vultus perfectæ humilitatis, perennisque Solis imago; Vultus ſuauiſsimi gaudij; Vultus adeo in ſuppliciorum acerbitatibus, Conuitijsq; neglectus, vt talem iuxta prophetas reputaremus eum.

Aue pia Mater Dei, & clemens, recordare mei, labores, & annos iuuentutis meę; quoties tibi ſuccurrit Ieſus immenſus Cœleſtisq; Partus tuus, qui languores in humana carne meos prouidentiſsime præuenit; amantiſsime dolores, & defatiga-

tiónes leuauit; pœnalitatesque meas conſtantiſsime portauit; cui omnis tecum virtus, gratiarum actio, gloriæq; claritas in ſeculorum gloriam. Amen.

Aue pia Mater Dei in diuinæ pietatis imaginem; hodie congredere mecum flebilis derelictaque filia Syon in hac lachrimarum valle, vt videamus in Pilati Prætorio Regem Pacificum Salomonem, qui te coronat in Cœlis gloriæ corona, in terreſtrium ſpinarum Diademate deturpatum; Congredere mecum Aeuæ filio; Tu merens querulaq; Maria, vt colluſtremus ibidem Cœli Regem, qui glorificatur in Regno Cœlorum, culparum ſcelerumq; Corona toto capite transfixum; illa porro liuoris, contumeliçque Corona; qua coronauit cũ perfida Synagoga Mater eius; illinc pias mecum perfundç lachrimas ſuper Filij tui crudele, inhumanumque ſpectaculum, o mitis, o pia, o dulcis Virgo Maria, quæ vides conciues, con tubernales, & amicos eius, irriſoriæ adorantes in Corona ſpinarum Deum, quæ patientiſsime vides, & audis ridicolæ ſalutantes, ſimulque ſeque culpantes, Iudçorum, ac Angelorum Regem; Vide ut oblatus eſt in aperto; & propatulo loco. Pater luminum, Vitæ Dominus, Mundi Redemptor; in cçcorum iniquum impiorumq; conſpectum, vt cœci credentes videant; pœnitentesque peccatores filij lucis fiant.

Aue pia in diuinç pietatis imaginem; vide pia mecum, illud beatorum, ſpinoſum Regaleque caput, quod a ſeruili manu, plectitur miſerorum, quod percutitur a fragili, caducaq; Arundine peccatorum; vide, vt notatur ſingulari terrç dedecore, cœli decus; vide, vt turpiſsima ignominia, (hominum, & Angelorum gloria) efficitur; vide, vt illaqueatus innumeris ſcelerum laqueis, Sanctus ille Sanctorum quem tu Sanctuarium Dei, Spiritus Sanctique Sacrarium ad Mundi Cœliq; ſanctimonia protuliſti; vide, vt vario Mundi conſtringitur crimine, Agnus ſine macula, & irretitur odio malorum, ſummum Cœli, Terrçque bonum, vera perfectaque charitas; proſpice vt implicatur acerbiſsimç Mortis aſpectibus beatç, & immortalis vitç Genitorem, & multiplicis ſupplicij conficitur,

tur, Pax terræ, Ieſus pacificator in Cœlo Terraque Noſter.

Aue pia Mater Dei, demonſtra miſero, morituroq; mihi viuentem in ſæculorum, Regnique Cœlorum gloria, illum Dei vnigenitum, quem noſtrę pariter mortalitatis in Terris hęredem, paternaque gloria abdicatum oſtendit Pontius Pilatus hebræis; Reuela mihi cœco alteri; illum immortalitatis iuſtitiæ Solem qui nullum patitur occaſum, & tamen hodie ſub dilacerato, velo noſtrę Naturæ volontarię, & libentiſsime eſt moriturus; hinc Materna interim mecum funde lachrimas, dũ vides eum vt trahit tam piũ impia; tam innocentem, ſacrilega; tam benemeritum de patria filium ingrata parens, ad horridum Mortis Tribunal, mortis impię ingloriæ & crudelis, & hinc pręuius materni doloris gladius; te vulnerauit o ſanċte pietatis Mater; dum Chriſti filij; te effodiunt verberationes; dũ Chriſti pariter dolores in tuo feruenti, meoq; peċtore reuoluuntur, recrudeſcunt, renouanturque acerbitates: Hinc ferreos peccatores itidem effundunt ſanguinẽ Chriſti pium, innocentemque abondantiſsime quem effudit pro Mundi Vita; Repleat nunc me amaritudine, (o Maria) pijſsima Chriſti memoria, amariſsimaque paſsio, qua tibi Comite adiungor amaritudinum, egritudinumque tuarum ſocius, ad Caluarię Montem pergam; conſociet nunc triſtis, & humilis anima mea te humilimã lachrimoſamque Virginem, & exinanitum ſuſtineat ſub meorum peccatorum pondere Deum; eidemque occurrat in via filius ſic illuſus; verberatus, conſputus, denudatus, deſpeċtus, ut conſpeċtus eſt a turbis, in Domo Pontij; hinc fit opportune tibi, prę tuis, & Dei Patris oculis ſpinoſo capite Ieſus, qui erratorum meorum ſpinas, vt Eccleſiæ Caput excipiet; Leproſus appareat cœleſtis ille Medicus; ad meam, & communis peccati lepram ſanandam, compreſſis defoſsiſque manibus Altiſsimi filius in excelſo ſpeċtetur, vt meas humani ſanguinis plenas, impiorumque manus comprimat; decliuis emineat, vt, a rigore diuinæ Iuſtitię deflectatur ad hominis miſericordiam, placido, manſuetoque cultu perſiſtat quo leniat iram Dei, & Diuini placet ſeueritatem Iu-

 dicij,

dicij, ante Tribunal Patris; tu ſubmiſſa, leni, caraque Voce alloquatur; vt miſericordem reddat Patris conſpectum, in me peccati mancipium Terræque filium, infirmitatis humanæ ſcopus, miſeriarumque noſtrarum, flebilis, & miſeranda in dies annoteturfigura, vt retineat in nos miſeros peccatores diuinæ pietatis miſericordiam, & diuinam per te Dei Patris Filia clementiam.

Aue pia Mater Dei,pia nuncrecordare mei,quę cũ æternæ prouidentiæ, ſummæq́ue pietatis oculos omnia vides, omnibus prouides,& ad omnes Chriſti fideles,Chriſti pia benignaq́ue Mater, accurris; memento inquam mei tu amantiſſima, officioſaq́ue Mater, vt me paruulum tuum lactes mamillis pietatis, prodigum filium ſuſcipias mamillis Maternæ Veniæ, & miſerum peccatorem ſuſtentes mamillis gratiæ; mortalem reſpicias mamillis vitæ, infirmũ ſanes mamillis æternę ſalutis, ęrumnoſumq́; conſerues mamillis diuinę iucũditatis. Amen.

## *Quartus Dolor.*

AVE pia in diuinę pietatis imaginem: egredere nunc alma Dei parens Materq́; noſtra de ingrata patria, cognataq́ue tua; & de perditorum concilio,vt ſolitaria cum plebe tua, ſecuraq́; ſedeas,Regisq́ue ſęculorum denique recogites gloriam,ęque a terræ Tenebris adũbratur,quæ ab infimis repudiatur, quę a nequiſſimis criminatur,quæ ab ellecto orbis terræ populo criminoſi aperte ludificatur; conſpicare Regina Regem, qui Regit ſimplex in Cœli Maieſtate, iuſtitiæ glorięq́ue Regnum, vt ſubijt hinc omnium humilimus, omnibusq́; ſubiectus, iniquitatis humanæ iudiciũ, miſeriæq́ue noſtræ grauedinem: ſubiens immenſe Crucis lignum, ſub æterni Patris decreto; clamore, horroreq́ue lectiſſimi populi, & finali Pontij corrupti Iudicis ſententiam. Conſpicare pauida, merensque Mater, Patris illud Verbum, quod ex te tota pulchra,tota glorioſa, humanã innocentemq́; carnem aſſumpſit; vt hodie non Vitæ, ſed Mortis humanæ naturæ

turæ debita,non decoris, ſed deformitatis aſſumit exuuias; cũ hinc inique iuſtus iudicetur iudex, alieni peccati iudicio, in dedecore illudatur Rex Regũ,& ſal Terræ in contemptionem Terræ ſapientum, & Regem populorum,vexetur ſummus Dominator, Pontifexq; Paſtorum, pro finali cenſura, & iudicio omnis terræ poteſtatis Imperij.

Aue pia in diuine pietatis imaginem; para mihi ſanctæ patientiæ Mater, ſanctæ ſalutariſque Crucis cum Chriſto Ieſu meo iugum, vt cum placidiſſimo Capite meo tollam illud, & libens ſine voce, & manſuetus deportem ad Caluariæ Montem; exuar per te, cum Chriſto hac mea uelut aliena, terrenaque Veſte in huius vmbræ tranſitu, ad Mortem,vt innocenti ſtolla induar Viator cum Chriſti martiribus: ad æternæ vitę Patriam.

Aue pia Mater Dei,pia ſubleua miſerias meas,quoties hinc tibi occurrit Ieſus fune peccatorum meorum tractus ad omnem peccatorum ſupplicium, ad omnẽq; indecentiam. Vide vt Rei patitur, & conuitia,qui libenter oblatum etiam ad Crucis Aram, vt ibi imoletur pro nobis, Hoſtiam Deo ſancta, & acceptiſſima in odorem ſuauitatis. Vide, vt Chriſti vita & æterni Regis ſit contempta dignitas, & abiecta iuſtitia; æterni Sacerdotis, quam damnata innocentia; ſanctorum ſancti, quam culpata ſanctitas æterni Dei;pia recordare mei,quoties tibi occurrit vinctus Ieſus veluti Latro, proclamatus ſubdolus, accuſatus ſediciosus, condemnatus reus, vt rebellis extru ſus, & velut publicanorũ nefarium notatiſsimumque caput. Memoraris illum inermem, vt armatus illum anteuadit Centurio ad turpiſſimæ mortis ludibrium, ad omnium horrorum, atque pœnarum apparatum, vt armati ſatelites circuncludũt, & duo turpiſſimis ſceleriſque notis, inſignes ſubſequantur latrones.

Aue pia Mater Dei, tuum mihi impertire dolorem, doloriſque flumen,vt tuos amariſſimos fletus,flebilibusque Marijs in hac lachrimarum valle ſentiam & dolorem; iube me venire poſt te, vt in tuarum lachrimarum flumine mergar, piaſque

ſemi-

ſemitas perſequar; iube me te comitari in via, vt in Chriſti ſocietate dolorum degam, me in dies a natiuitate famelicum, & ab hæreditate egentem, hoc vitali, hoc Angelico lacrymarum Pane ciba, vt tecum portem Crucem, Chriſtumque crucifixum ſic defatigatum, ſic exanguem, ſic exanimen, ſic oneri Crucis pluries ſuccumbentem, ſic miſerabiliter gradientem ad Mortem, in hoc toto Mortis itinere flebili, & deuota memoria proſequar.

Aue pia Mater Dei, hic toties memento mei, quoties tibi ſuccurrit in hoc malorum hoſpicio Chriſti vita tota paſſibilis, in Pręſepio, in Deſerto, in Templo, in Patria, in Via, in Horto, in Pilati domo, & in publico, & ignominioſo loco Caluarij Montis.

Aue pia Mater Dei, hinc tibi commereat amaritudo, pia fideſque mea in deuota in dies imprimere, in horaſque ſingulas renouare memoria pijſſimum Chriſti ambulantis ad mortem miſterium, vt meruit diuinæ pietatis imaginē fidelis Chriſti Veronicæ repræſentare Sudarium; hinc partus tuus Ieſus Terræ Salus me ſaluet; peccati Holocauſtum ſit propiciatio pro peccatis meis, Mundi precium, me redimat, & Spiritus Sancti vox, ſic me de Mundi delicijs euocet, cum Magdalena ad Crucis miſterium, vt ſit mihi; Chriſtus in Cruce germana pars Calicis mei, in Patriſque Regni portio hæreditatis meę; per te pia miſericordiæ, gratiæque Mater, quæ cum Sancta & indiuidua Trinitate viuis & regnas ad totius Mundi vitam, pęccatorum veniam, Chriſti famulorum Regnum cruciferorum gloriam, in ſæcula ſæculorum. Amen.

## *Quintus Dolor.*

AVE pia in diuine pietatis imaginem; hinc reſpice pia horridæ Crucis clauis affixus prouidas Chriſti manus, quæ Mundi machinam conſtruxerunt; quę Cęlos ornarunt; ad ſacros ibi recurrere pedes, qui Mare ambularunt, qui Mare pariter conſecrarunt. Vide Stel-

la

la Maris qui fecit Mare in paſsionis humanæ pelago merſum, & plora pium Chriſti filij tui ſanguinem ſuper impiorum terram effuſum, dum effingis tibi cor eius Paterna in nos pietate cereum, ardentique amore liqueſcens in medio ventris eius; meditare ſuper Mortis Lignum diſperſa, & dinumerata oſſa Ieſu; oſſa porro tua, dum (te materno dolore) lacerant circunſtantes Canes Agnum; qui Chriſti viſcera (velut perennis erga nos miſerationis viſcera) ingurgitent.

Aue pia Mater Dei, hinc damnata (interpres ſapiētiæ) Chriſti patientiam, qua velut Agnus humilis, & ſine voce Holocauſtum, non recalcitrat, nec impaſsibilis conſpicitur in anxifero Mortis ſpectaculo. Hinc tibi pateat altiſſimi humilitas, qua ſummus Deorum Deus, ſub vilis tamen hominis, ſeruilique forma deprimitur. *& factus eſt obediēs vſque ad mortem Crucis,* vt illum exaltet Deus Pater in Regno Cœlorum. Perpende ſapiens, ineffabilique Dei iudicium, quo cōdemnatur ſanctus cum peccatoribus, vt ſit Ieſus in Cruce peccati Victima, & peccatorum in omni terra Salus: Hinc complectere Chriſti Mater, immenſam Chriſti charitatem; qua in ſummis iniurijs maledicos benedicit, pro carnificibus orat, qua fideli Latroni Paradiſum annuntiat, qua tibi Virgini in filium Virginem Ioānem eligat, qua periclitantis Mundi in ſummo dolore ſaluti ſitit, qua in extremis pennis ad Deumque clamat; qua omnia ad ſe trahit, qua benigniſsime inclinato ſuo (omniū principatum, poteſtatumque) Capite, in Terræ Gratiam, in Terræ Pacem, in manus Patris amatum comēdat Spiritum, te tunc omnis anguſtia poſſedit Matrem, ſicut parturientis anguſtia, cum hæc iuxta Crucem conſtantiſsime videns, & audiens (ſecundum Simeonis vaticinium) traſfixa gladio, (deſtituta Mater) corruiſti in terram, & reuiuiſcens, cum in ſepulcro poni illum inſpexiſti iterum doluiſti. In hac ergo pia Ieſu in Cruce morientis commendacione, pijſsimaque huius tui doloris reminiſcētia, tuæ me fidei penitus credo, maternæque cōmitto tutelle, o Dei Mater, Materque noſtra, vt me filio tuo quotidie comendes in vita, & in morte, adeo vt præfate Paſsionis eius

acerba,

acerba, & quotidiana memoria,ſit mihi in dies veteris peccati gemitus, amariſsimosque fletus peccatorũ meorum; fiat hęc vita cum Chriſto labor,& dolor, & dolorum omnium in æmu la Chriſti Cruce patientia, vt ſit ſpinoſi capitis mei germana caro, germana æmulatio, ita ut oſculetur me amanter in dies dilectus tuus inclinato in Cruce capite diuine recõciliationis oſculo,extendat ſuper me patrios,dulcesque complexus; ape riat mihi miſero latus ( a cæco & illuminato milite apertum ) in mutuum æque Lumen, ac effuſionem pretij redemptionis meæ,ſuſtineat in prouidis manibus ſacrisque pedibus ferreos peccatorum meorum clauos; feruentis ſalutis meæ memoria, erigatur hodie in Crucis triumphum nudatus Ieſus meus, vt nudus ſecum in Cruce publice moriar, nudum cum capite meo terra ſepeliat,ut nudus exinde per te Matris meę nudum que nuda ſuſcipiat Eccleſia. Totus mihi appareat cicatrizatus in bello Ieſus, & ſpinoſus in via, ut appareat in patria in meæ tandem glorificationis figuram. Amen.

## *In Roſarium Beatæ Virginis Mariæ.*
### *Primum Gaudium.*

REGINA cœli lætare Alleluia, quia quem meruiſti ſola portare Alleluia, reſurrexit ſicut tibi prænunciauit vox Dei diuina fortitudo Archangelus, ora interea Deum pro nobis Alleluia.

Regina Cœli lętare, quia quem genuiſti in infirmitate, qui mortuus itidem eſt in contumeliam vt homo, reſurrexit in virtutem, in gloriam, in æternitatem Deus & Homo.

Regina Cœli lætare, quia quem peperiſti Sanctorum Sanctus Chriſtus, ut iuxta Patris decretum traderetur manibus peccatorum, quem reclinaſti in præſepio, vt in Arrha Crucis moreretur inglorius, iam eripuit Dæmonum ſpolia, ut omnium Regnorum ſit Hæres, & Dominus, iam ſanctorum Patrũ piorumq; Spiritus ab Inferni liberauit Carcere, iam cum redemptis Patribus ſurrexit, omnium Pater, & Redemptor

Ieſus;

Ieſus; iam tibi adeſt virtutum Dominus,gloriæq; Deus; iam tibi factus eſt obuiā Paradiſi Lumen,Beatorumq; conſpectus.

Regina Cœli lętare,quia quem meruiſti portare, rediuiuus nunc e terre viſceribus te reuerenter hodie ſalutat, & ſuauiſſime alloquitur, adeo vt pręſens, fidelisq; Deus,te Deiparam perpetuo fidelem, de ſalutari tuo ſemper præſentem omnium cœleſtium bonorum pręſentiam repleat.

Regina Cœli lætare, tot iteratis ſanctæ Pacis Oſculis, vt diuini Amoris iterato vinculo; vnde Cœleſtium ſuauitatum hodie millibus deguſtaris fructibus, & ſummi boni renouaris, & multiplicaris amplexibus,exhilarata nimis dilectū excipis.

Regina Cœli vbique gloriare,ſacrati Vnigeniti tui ſingulis meritis, & Materna (prætor cæteros) dignitate; vnde Chriſti tui tam ſuauiter deoſcularis ſancta ſalutis humanæ inſignia, & glorificati corporis eius attēdis vulnera; vnde ad nos redundarunt, æternę dulcedinis,vitæque fructus, & ineffabiles ęternarum diuitiarum Theſauri. Horum gaudiorum ſingulari memoria, glorioſiſsimique Filij tui, tuisque meritis, pete a Domino Deo filio tuo Regina Cœli, quemadmodum, ad terrę ventrem penetrauit,indeque ſurrexit Ieſus Mortis debellator; ita cum illum deſcendam, & cum illo reſurgam, quemadmodum Magdalenæ amoris & pœnitentię apparuit,illamque, & ad Apoſtolos delegauit; ita mihi amantiſsimæ pœnitenti, & ſalutare meum amāti, det Scripturarum ſpiritum & Tube vocem in Gentibus. Horum Gaudiorum memoria, iterum pete a Domino Deo tuo Regina Cœli, quemadmodum fratribus, pariter & Marijs a Monumento redeuntibus apparuit;ita incipienti mihi, proficienti, & perfecto, adſit propitius, fidelisque vbique Comes, ſancte virtutis Auctor, æterni boni perfector, æternorum meritorum Luſtrator. Horum Gaudiorum ſancta fœliciſsimaque memoria pete, a ſalutari tuo Regina Cęli, quemadmodum, ploranti Petro clemens apparens indulſit; ita mihi in ſalutaris pœnitentiæ lachrimis peccata condonet; adeo, vt in conſpectu ſanctorum iuſtus hic uiuā, & conquieſcam in ſinu Beatorum. Horum Gaudiorum,dul-

ci, celeberrimaq; memoria, pete a Ductore Gubernatoreq; noſtro Regina Cęli, quemadmodũ duobus itidem diſcipulis petentibus Emaus in fide infirmis, ſuæ Mortis, Reſurrectionisq; miſteria ſe ſe Præceptorem, fideique Lumen adiunxit Peregrini aſſumpta forma; ita & mecum in via dubiũ, infirmumq; firmet, inſcium, & incautum arguat, deuiumque dirigat ad ſalutem. Horum Gaudiorum præclariſsima, optatiſsimaque memoria, pete a Patre cœleſti Regina Cœli, quemadmodum illis cariſsimus cum munere Pacis apparuit, in medioque illorum ſtetit plenus gratię & ſuauitatis; ita Ieſus mihi appareat, mecum cubet, mecum dormiat, mecum vigilet, ſit Pax mea, & ſecuritas. Amen.

## *Secundum Gaudium.*

PLAVDE mecum manibus Regina Iuſtorum, Alma Redemptoris Mater; & iubila in Voce exultationis Deo, quia quem meruiſti portare non tantum triũphalis ſurrexit Homo, glorioſusque Deus apparuit, ſed, cum Cœleſti quoque Angelorum militia, de Inferno, & de Morte Triumphans, in beataque Redemptorum Curia, Magnus & Admirabilis, in Cœli Regnum aſcendit; in iubilatione in quam Cęleſtium; admiratione Terreſtrium, in contritione capitis Infernorum, in voce tube Sanctorum.

Plaude mecum manibus noſtraque Regina virtutum, quia quem genuiſti, & educaſti Virgo, quem fouiſti ſanctificaſtique Mater, Sancta, & inuiolata; eſt ſemper tecum in Regno Patris vixurus, & cum diſcipulis regnaturus.

Gaudens memorare Domina Angelorum, Reginaq; Apoſtolorum; vt abſoluto Redemptionis noſtrę Miſterio in Cœlo, corpore, & anima aſcendit Ieſus, vt Homo, qui omnes in terras habitatores ſua diuinitate, ſacramentalique potentia complet vt Deus, verſetur, idem hodie tibi ante oculos; ille qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt in Maieſtatis Sede, Vi

uorum,

uorum, & Mortuorum Iudex, qui ſoli germen eſt, quo germinantur terræ fructus, omniaque procreantur, qui eſt rerum omnium principium, & finis, & vniuerſæ carnis Spiritus, & reſurrectio quem omnes linguæ confitebuntur; cui omnes populi ſeruient, partumque tuum, quem adorabunt omnes Terræ Tribus, vere Deum, & Saluatorem.

Tota mente, & religione complectere Alma Mater, (æternisque ornata, & honorata laudibus) qui te condidit, qui te prçelegit, quem vtero continuiſti tuo, qui nunc in præeminente Sede omnia immenſa virtute replet, gratiaque portat, trium Regnorum a Patre meritiſsime accepit Imperium, vt imperes; Sedet ad Dexteram Maieſtatis eius in Excelſis, ut ſecum in altis habites; conſtitutus eſt ſuper omnes Virtutes, vt virtus itidem tua clareſcat in omnem terram, & ſecum in çternum domineris.

Pete igitur tota gaudens in Deo, a Chriſto Rege Regina Cçli, vt tecum Mundi Regnum, vt perditum, caducumque contemnam; quo tecum itidem glorioſus Regnum Dei vbi viget æterna ſalus, & claritas, & Angelorum, vbi reſonat perennis melos poſsideam.

Pete ſuauiter a Filio Rege, Regina Mater, vt in çmula tui Spiritus paupertate indeficientes diuinorum Theſauros verſer in mutuaque fide illius; ſempiterni Regni aliquando commemorer, & cohæres inſtituar; redimat tuis precibus, me Redemptor meus a terræ puluere reſurgens, tollat me a terræ tenebris, in Cçlum aſcendens, ſalutet Saluator me pereuntem conſuler per te gratiæ plena vt in æternæ beatitudinis tecum introducar domicilium; dic interim tu animæ meç (tu Mater gratiç) prç hodierno filij tui Gaudio, prç hodierno eiuſdem Filij Dei commemorato honore; ſi Chriſtus Caro mea humanam naturam in dextera collocauit Patris aſcendens, tu Chriſti ſponſa, tu humanaque caro, tu Chriſti membrum; quo caput aſcendit, tu per me pariter aſcendes, vbi coronatur caput; tu cum capite iunctum, cum capite denique tuo coronaberis.

Id erit ſpes mea in ſinu meo, & in terra viuentium o diuina vbi viuis & regnas Alma Dei Mater, & Filia, & Regina in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Tertium Gaudium.*

REGINA Cęli lętare, tu Mater Dei glorioſa, tu prę ter omnes ſpecioſa, quę Sancti Spiritus ſponſa, Sancti Spiritus requies, impolutumque Templum, denuo beata infuſione Spiritus Dei Patris, Deique Fili, vt æternitatis, & veritatis, acuitatisque Spiritu gloriari debes. Tu Cœli iccirco claruiſti, vixiſti in terris Tuba canora; tu vox Dei benigna apparuiſti ſalutaris vitę ſemita; tu inuentrix, perfectrixque gratiæ, & ſapientiæ vnde totumque mundum arguiſti peccantem, & cęcutientem in dies illuminas; iniquosq; Terrarum principes (tu mitis) iuſtitiam, ac iudicium edocuiſti Dei.

Regina Cœli lætare in Domino, & vere gloriare; tu fidelis illius triumphatorisq; Mater, qui iuxta ſuum Almæ veritatis Oraculum, effudit ſuper tuum Apoſtolosque pectus & Spiritu, æternę Pacis, gaudijque Spiritum huius infuſione pręclara, benignaque largitate Dei; infunde mihi, Famulo tuo diuini timoris Spiritum & agnitionis, & ſanctæ ſpei; largire ſeptenaria Paracliti munera, vt magnalia quandoque Dei, Varijs Terræ populis, varijs linguis eloquar cum diſcipulis Ieſu. Impertire mihi immortalē ęterni amoris Ignem, vt tecum ardeat in fide conſumata, & charitate, cor meum; huius linguis igneis linguā inflamma meā, vt ſeptiformi ſapiens, eruditaq; gratia cum ſacro collegio prędicet, & elucidet filium Dei. Dignare me Domina puriſsimi huius ſalutaris afflatu, vt periclitantibus, & captiuis annunciem Ieſu ſalutare, & triumphale Nomen. Adſit propitia mihi in vijs meis hæc ſpiritalis Vnctio, & Chariſma ſalutis, vt Chriſti Ieſu in Terra crucifixi, triumphātisq; nunc in gloria vere ſapiens prędicem, vbique terrarum cultum, vitæ Mortisque miſterium & profitear Religionem.

Regina

Regina Cœli lætare (quæ greſſus in terra meos, regis, & illu minas) hac virtute ſpiritali, quæ præpotens, & prouida Mater protegis nos, & nutris, fouesque ſub Alis.

Regina Cœli lætare, quæ ſola ſancti Spiritus ſponſa vocaris a Domino, quæ ſola de ſancto Spiritu concepiſti Virgo, talis concede nobis propitia, vt ſanctum ſpiritum ſuum ne auferat a me Deus; in meq; de Altiſſimis ueniat, vt in Apoſtolorum corda, linguasque venit, vt hoc ſenſum Dei ita mentem acuat, linguā præpoliat, vt iniquos tempore, locoque doceam, eius ſalutaris munere perfundam; vt verum Chriſti membrum, & ſancti Spiritus Templum efficiar, quo te, hoc vnico ſanctæ uo cationis, peregrinationisque meæ Duce, hæreditatem in terra ſalutis capiam, & paternæ tecum, efficiar cohæres in Cœlo gloriæ.

Regina Cœli lætare, quæ ſola pulchra dilectionis Mater ha beris, & fidei lumen, quę ſola hæreſes omnes in toto interemis Mundo; Mariam (noſtrarum lumen tenebrarum) pete nunc a Fonte gratiarū tuo, vt æterna ſit ab illo omniū in me lumen, & bonorū proceſſio; adeo, vt Domini ſpiritus ſit mihi finalis ſapientiæ Spiritus in timore Dei, ſit intellectus in ſummi agni tione bonis, ſit conſilij, in periculis, ſit fortitudinis in bello, ſit in rerum vitandarum expetendarumque ſcientia, ſit pietatis in miſeros, ſit denique tecum ſpiritus timoris, & amoris Almi patris Dei; a quo velut perenni bonorum Fonte boni in nos cuncta procedant, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum Filium tuum, qui cum Patre, Sanctoque Spiritu, & tecum viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

## *Quartum Gaudium*.

REGINA Cœli lætare, quæ progrederis in ſalutaris tui gaudio, & æternæ claritatis ingreſſura Regnum, Aſſumptione gaude, gloriareq; tua, quia perpetuo triumphans ingrederis tota nunc triumphanti curia Cœlorum magnos Dei filij honores, & Dei filij Regium.

Re-

Regina Cœli lætare, quæ Dei ſancta parens in atrijs cœleſtibus, ſanctorumque Dei delicijs affluis, innixa ſuper dilectũ tuum, & deponis gaudens mœroris, dolorisque veſtem, veſtita iam diuina pulchritudine, & honore; depone condicionis humanę luctum, ſuſceptura a Rege ſęculorum Aureum Diadema gloriæ.

Regina Cœli lætare, quæ in altiſſimis Dei progrederis, vt Aurora conſurgens, pulchra appares vt Luna, electa clares vt Sol, ſol inquam oriens ex alto, quæ ſuperemines ſola pietate ſanctos, & Angelos puritate; gaude quæ veracis orientis Dei cuius & fulges matutina Aurora, occidentaliumque virginum Sol fęcunde claritatis.

Regina Cœli lætare, tu paradiſi perenne gaudium, regnatura in omnium ſęculorum cæco, populorũq; gaudio, ingreſſura ſancta ſanctorum, dum tibi deferunt ſanctæ Terrę principes uirentem iuſticię palmam, & ſummum integritatis honorem, dum te reuerenter ſalutant, dum tibi plaudent in gaudio, ſancto e limbo patres fructu ventris tui redempti, teque glorificant omnes beatorum Chori, Chriſti pariter glorificati gloria.

Regina Cœli lætare, quæ ſalutaris ſapientiæ laus ornaris diuinitus ſpecioſis laudibus Saluatoris, & illinc gaude ſapienti prophetarum chori, qui te ſalutant humiliter, vt ſui vaticinij Spiritus, & Spiritus Sancti ſacrarium.

Regina Cœli lætare, in concentu Aſſumpta Angelorum, gaude virtutum Domina, dum te talem pleno proclamãt ore confeſſores; lætare tu omnis martirij palma, quę a triumphanti Martirum exercitu: ijs reuerentię es ſalutata uocibus: Aue Martirum decus, & nobilitata corona, quam præter omnes commeruiſti Maria, Materni doloris ad filij Crucem tranſuerberata gladio; gaude doloris Mater, & gaudij, quæ e tot lachrimarum ſeminibus, metis gaudiorum meſſem in pari menſura gloriæ.

Regina Cœli in thalamo Regis lętare, prętei omnes filias Sion, diues, & ſpecioſa in omnium reſede poſſeſsione bono-

rum,

rum, quia licet multę ſibi filię Hieruſalem congregarint diuitias, tu vero mirabilis mirabiliter ſupergreſſa es vniuerſas. Ideo te rubum diuina charitate ardentem, Virginali Rore incombuſtum, in illo Candore lucis te iterum ſuſpicit, contemplaturque Moyſes; te pariter virgam ſine Rore germinantem, diuinis floridā laudibus, diuino fructu fructuoſam agnoſcit & reueretur Aaron. Te vnicam in Cœlo Reginam, ad dexteram Altiſſimi ſtantem, in veſtitu virtutum aureo fulgidum, circumamicta ſanctorum meritorum varietate regalis intercanit propheta Dauid. Te Agni immaculati Matrem, qui tollit peccata Mundi, Chriſti pręuius denuo demonſtrat Ioannes. Te beatam, & magnifactam in fide, iterum te ſalutat Eliſabeth cum honore, te ueram benedictionis. Matrē, & filiam, tui ſpectate pietatis religioniſque parentes; hæc in omnium iubilatione concinunt; Benedicta filia noſtra a Domino, quia per te vitæ fructum communicauimus, iſte lætare prętconijs Regina Cœli, tota vbique pulchra, & tota vbique terrarum glorioſa, quæ in plateis ſuperne Hieruſalem, ſapis ut balſamū, fragras ſicut Cinamomum, & aſſeruaris in lectiſſima cella ſanctorum Aromatum ad odorem æternæ ſuauitatis.

Regina Cœli lætare in beatæ vitę ſemitis, & ecce Rex Salomon, Rex ſponſus filiuſque tuus, iam paruit in Regno Patris nuptias, & ſurrexit in occurſum tuum. Ecce beatitudo cœli, vt cœlitus beat vbera tua, quæ uitam viuentium lactarunt, ventremque tuum, qui Cœli terręque cardines, plenitudinemque bonorum omnium portauit. Ecce vox Alma, & pręclara concupiti dilecti tui, Veni Mater mea tota pulchra requieſque mea, in Regno meo, quieſce tandem, ſede ad dexteram meam, ut mecum Regnes, mecum cubes, vt mecum pariter epuleris, mihi, filijsq; tuis gaudeas in æternum, Ecce Dei Patris hæc pia, & amabiliſſima vocatio. *Veni dilecta filia ab origine Mundi exquiſita, praelecta, coronata: veni de Libano ſponſa mea coronaberis*. Ecce Dei Spiritus Sancti; honorifica ſalutatio; *Salue columba Domini ſuper quam requieuit ſeptenarius ſpiritus meus: ſalue peccatorum ſalus, quam praueni in benedictionibus*

*ctionibus dulcedinis, vt digna Dei Mater efficereris*. Illinc igitur exultet vox tua ſancta Maria Mater Dei, ijſce pſalmographi vocibus; *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri in Monte ſancto eius*. Exultet ſpiritus tuus hac gratiarũ actione coram Deo, *Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit mihi mirabilia magna ſolus, & benedictum nomen Maieſtatis eius in æternum*, Exultet denique cor; & caro tua in Deum viuũ; Regina Cœli, quoties vides ſanctæ ciuitatis æquites ponentes Coronas ſuas ante thronum Dei, quoties audis illos, vt cœleſtis pſalmodiæ Tubas, hæc in honore Chriſti tui pſalentes iuxta ſolium Agni. *Dignus es Domine Deus accipere gloriam, & honorem, quia occiſus es, & redemiſti nos Deo noſtro in ſanguine tuo.* Ideo lætare Regina in Throno Regis, lætare ſponſa in Agni Nuptijs, quia omnis virtus, & claritas, & benedictio debetur Ieſu ſalutari gentium, & tibi in Throno, & magnificatione eius in ſæculum pacis & auri, & in omni ſæculorum æuum. Amen.

## *Quintum Gaudium.*

AVE Regina Cœli, diuinæ miſericordiæ Mater, duodecim illinc almæ claritatis coronata ſtellis, illuceat nunc mihi te ſalutanti in perfectę charitatis auro, aurea Corona tua, expreſſa ſigno ſanctitatis, & honoris, virginalis fortunatiſſimum opus, vt anima mea hoc decoris, amoriſque inſigne deſponſata Deo, ſponſa Domini, in terris gratia, in Cœlis gloria, arctiſſime, & amantiſſime cum Creatore coniuncta, tecum denique coronetur.

Aue Regina Cœli, quę de humana ſalute, & glorificatione Dei totum erudiens illuminaſti Mundum; doce nunc me vias Domini, vt ego in ſalute ſapiens, ad illius Solium erudiam multos, quo tecum mea pariter prædicatio, ſicut ſtella fulgeat, in perpetuas Cœlorum æternitates.

Aue Regina Cœli pia Saluatoris Mater, Crucifixi Ieſu, martirijque tui inſignita Aureola, & condecorata gloria, da, ut

cum exemplari meo, ſpinoſoque ſalutis capite ſtudioſe patiar, vt tecum poſtea in Regno glorificer Dei.

Aue Regina Cœli, catholicæ fidei immortale lumen, & diſcipulorum Chriſti Ieſu Magiſtra, quæ vixiſti Domino Deo fidelis vſque ad mortem; præmonſtra opportune mihi tu Stella Maris in his vitæ fluctibus, tu Sole amicta in hac peccatorum valle, mutuas doctrinæ fideique claritates, vt det tecum, & mihi Chriſtus Rex, ſplendorque gloriæ uitæ coronam.

Aue Regina Cœli, triplicis vitæ palma, in ſuperna nūc ſummi Imperatoris Aula triumphans; pete quęſo a Ieſu Domino Deoque tuo, vt ſecum in Caluarię Monte parem exponam cor carnesque meas in mutuum capitis mei ſacrificium, & in Monte Tabor, miſtico Monte Sion cohoneſter, & orner palmæ Corona.

Aue Regina Cœli, ſumi boni Mater, & altrix quæ omne pariter bonum in ijs Aeuæ malis operata es: quæ cum Dæmone, & Mundo certaſti, viteq; curſum in plenitudinē legis, ac Dei gloria expleuiſti tuum; pete nunc a munificentiſſimo iuſtorū iudice remuneratoreque Deo, vt ipſe quoque fidelis pro Chriſti cultu certator, & iuſtus, pro Chriſti nomine talis diuinaque religione viuam, & moriar, vt tibi uere gaudeam in Patria, in triumphanti iuſtitiæ Corona.

Aue Regina Cœli, in temerate ſanctitatis, ac innocentiæ Speculum, & Virgo incorupta, quæ meritiſſime tota pulchra, tota ſuauis, Dei amica, & decora uocaris a Domino. Roga nūc illum perennem gratiarū Patrem, vt miſer ego peccator affectata Stolla innocentiæ perpœnitentiam coopertus ſine macula in uia veluti paruulus efficiar, vt poſtremo mundus inter mundos iuſtorum choros, tecum accipiam Regnum decoris, & Diadema ſpeciei de manu Domini.

Aue Regina Cœli, pia Mundi Domina, Regni Cœlorum corona, Rege nos ſalutis Mater, & mutuo in amore retine charitatis, quemadmodum in plenitudine amoris adamauit te Rex ſuper omnes mulieres, & poſuit Diadema Regni ſuper caput tuum.

Aue Regina Cęli Dei Gratia, Gloriaque plena, ſuper omnes ſanctorum ordines euecta, & ſuper Angelorum coronata choros; tu quę Materna dignitate, Regalisque Maieſtate Thronus es Pacifici Salomonis, pro Cœli Gloria, Terræque Pace, tu Crucis gratia, quotidianæ miſerationes Altiſsimi ſunt ſuper omnia opera eius, tu cuius gratia mortuorum eminet vita, perditorum effulget Regnum; da vt te, tanta talique gloria, & honore coronata cupida meditatione contempler, perenni laude glorificer tecum, & viuam in æterna Patria.

Aue Regina Cœli, a Rege Regnorum de Libano coronata; quæ de capite amanna, de vertice ſanir, & ermon, quæ de cubilibus leonum, & de montibus pardorum triumphas: ijſce prę fatis almæ poteſtatis coronis, aperi nobis Aeue filijs tuarum gratiarum ſinum, vt de plenitudine tua deſerta Terrarum accipiant fęcunditatem, coronet & me tecum Ieſus, hac corona de lapide pretioſo, vt tecum pariter, & cum cæteris æterni Regni filijs conregnem in ſęcula ſæculorum. Amen.

## *Concluſio.*

SVSCIPE Roſarium, Virgo deaurata, e virtutum auro, penitus tuarum.

Suſcipe Roſarium, trini ſemper floris, triplicis coloris, in honorem Dei, trine claritatis.

Suſcipe rubentes, albeſcentes Roſas, e dolorum ſpinis, carptas nunc tuarum.

Suſcipe tuarum Garophilla actionum, ſanctitatis tuæ ſerta, & Cœli donum.

Suſcipe Roſarium, Virgo decoratum, virginarum lilijs, honorum tuorum.

Hoc ſit ſemper flores, in tuarum laudum, flore virginali, vireat in virente, & æterno vere Paradiſi Dei, ferat mihi fructum vbi eſt fructus tuus, ſint delicie meæ in delicijs Dei.

Hoc ſit cordis mei, Germen oris Melos, Melosque Angelorum coram Deo, & hominibus, de te Matrem Dei, vt te ſola

la amicta, hac fulgenti ſemper, orans Veſte veſtiam, Stellis coronatam.

Hac corona laudis, glorięque coronem, o gaudens, o glorioſa, o tui Partus Filia, Mater, & Sponſa, o dulcis, o pia, o clemens vbique Virgo Maria; dignare me te in dies laudare Virgo ſancta, da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Da mihi tãdem pôſt ęmulos tuos dolores, parile gaudium, & poſt finalem huius vitæ miſerijs gloriam. Amen.

## *Virginis Gaudium in Saluatoris noſtri Reſurrectione.*

SVRGE illuminare Hieruſalem, quia iam venit Lumen tuum, cum ab infimis Terræ tua, a ſummoq; Cœli conſurgit tranquillitas, vnde præterita ſedatur tempeſtas, amaritiesque longa puriſſimo lacte ſcatet, dulciſſimoque melle fluat in auram æternam.

Hinc deſere ſolitudinem, exica lachrimas, quia imber tranſijt; pluuia deſijt, & flores ſuauiſſimi tibi apparent, tibi refragrant, e noui Paradiſi delicijs, & vox tua vere aſſociati turturis vox auditur in gaudium, cantatur, & celebratur inter virgineos, iuſtorumque choros, reſonat in future Eccleſiæ, & in Terra noſtra.

Depone (ab Angelo ſalutata Regina Cœli) depone funebres lamentationes, lugubres depone veſtes, quia funus illius quem genuiſti, quem conſciſſi cordis plangore, toties, totidemque pauore plorasti, non eſt ad humanã iacturam, non tendit ad lachrimas, quia moriẽs unicus ille vitæ Sator, mire relegauit in inferos Dęmones, Item, *Hinc moriendo noſtram deſtruxit mortem, & vitam reſuggendo reparauit,* & idẽ a Mortuis reſurgens quem portaſti, non iterate Mortis, iterate graucdinis portat onus, ſubit horrorem, ſed immortalitatis vere diuinæ, vere paternæ; natalisque gloriæ pulcherrima Stola decorus, te totam merito pulchram meritiſſime decorat; diuina Maieſtate mirabilis, te mirabiliter oblectat; Angelorum corona præ

cinctus iiſdem agminibus te coronat; plenus Cœli Terræque gaudio, tibi gaudet; Cœleſtis circumamictus lætitia, te in ſua Patriſque charitate lætificat; infernorum clarus nobilitatuſq; ſpolijs, pacis, gloriæque noſtræ potentiſſimus Pater, ſingulariſque Nuntius fit tibi obuiam.

Repone interim Regina gloriæ, in abditiſſimis horreis diuitiarumque tuarum immenſum huius Regalis opus, huius beatæ viſionis iucunditatiſque Theſaurum; dum internus Maternusq; tuus alitur oculus oculo Solis, oculo Mundi, & illius almę puritatis, & ſerenitatis aſpectu nutritur, detineturq; ſpeculo; tu quem ardenter abſens attente ſpeculata eſt iam millies vnica tua. Tuę nunc delibent labia Manna Cœli, audeant impolutę fruetæ, & poſſidere munus Iuſtorum decus; & qui ſummum, eſt bonũ, & omnium bonorum potiſſimus intuitus, vt eodem quæ paulo ante ſupplicia, mutuaque Filij vulnera tractarunt, tuæ ad libitum reſpirent, recreentque nares illo lectiſsimo Virginum, intaminatoque Paradiſi Flore, qui tibi floruit in Ortu, in Occaſu defloruit, & hodie priſtino ſuo renouato rubore ſpectabilior, ſpecioſior clara ſuauique ſpecie, reſumpto de Mortis ſtipite ſanguine ſuper terram effuſo, decore', & pulchritudine inſignis, ex millibus electus vbique fragrans, vbiqne mirandus, in Dei, tuamque gloriam refloruit.

Depone, ſolatijs beatæque conſolationis Mater, Maternas depone querimonias, mærentem depone fletum; quia, qui olim Nubibus, qui olim ſub Nube peccatorum obſcurus velut leproſus, veluti reprobatus a Deo in Crucis turpitudine perijt, hodie diuinæ reſurrectionis inuſitato fulgore fulgidus tibi apparet, totus ſerenus; hoc Vnicum ſuſcipe deſolatorum, retineque ſolatium, o Dei Mater electa; quæ mærentium ſola meres; ſolidum haurire gratuitu, & nobis impertire gaudium; quæ mortuorum ſola vales excipere vitam; quę Viuorum ſola deſtinaris replere lumine, & ſpiritu, & beatiſsima Dei ſaturari viſione, in hac, & in terra viuentium.

Attende igitur tota iubilans, quam te ſuauiter oſculatur Os Pacis; recogita attentius, quam reuerenter te reuereri, ſtudeat

deat Ieſus Sanctorum, & Angelorum honor; conſpicare Cupide, quam amanter te amplectatur, Diuinorum Veritas, omniumque charitas; contemplare iucunde, quam placide tecum conſedat Mundi Rector, omniumque Saluator, ipſe Terræ, & Paradiſi fœlicitas, Mortuorumque Requies; memorare ouanter, quam leniter libenterque tibi monſtrat in æternum victurus, & regnaturus Agnus Dei, quem peperiſti, populum amabiliter ſuum ab Inferni carcere liberatum; perpende prudenter, quam gratioſe, quam diligenter tibi reuelat res ſibi in Inferis fortiter, glorioſæque geſtas; gloriare ſapiens, dum tecum dulciter, & honorifice magnum illud tranſigit Paſcha; quia occiſus eſt Paſchalis Agnus, qui reuiuixit in gratiam, qui claruit in æternæ claritatis Lumen, ęternæque veritatis Euangelium.

Recordare gaudens ut te detinet a præteritis angoribus vacuam, duplicis Terræ lætitia, congratulare nobis æquanimiter, dum te pacat æterni gaudij ſecuritas; votis aſpira noſtris, dum te cumulat omni gratia qualibetque gloria, omnium ſperandarum rerum ſpes Ieſus, plenitudoque gratiarum.

Tu nos denique viatores in patriam ab Hoſte protege in via, & hora Mortis ſuſcipe, memor & ſpeculatrix illius, qui tuas hodie tollit pœnas, exhilaratque lachrimas. Fęliciſſima Mater illius qui beauit Aeuæ culpas, redemit Adam, colluſtrauit Patres in Tenebras.

Depone, depone Maria de Cruce mærorem, amarulentos de Crucifixo Ieſu depone gemitus; quia radix amaræ Crucis, amarę Mortis germinauit hodie nobis vitæ lignum, ſtillauit Vitæ noſtræ Vitæ dulcedinem; qui iacuit in Morte, emerſit a manu Mortis; qui exinanitus eſt a Morte, conſurrexit in Mortis victoriam; qui maledictus pependit in ligno, rediuiuus apparuit in gloriam, qui paſſus eſt Crucis tormenta, gloriæ commeruit regnare; qui humatus itidem eſt in medio Terrę, poſt duos ſuę ſepulturæ dies, nos reuiuificauit in Morte, & poſt Triduum reſurgens ſuſcitauit a Mortuis.

Hac potiſsima lætare die Alma parens, quam fecit nobis

Domi-

Dominus; vt in ęternum exultemus, & lætemur in ea; dum hæc pręter cęteros de Sole Mundi, de Solis Artifice, de Agni reſurgentis lumine illuſtratur pręclarius, eſt prior diebus Dies quam nulla præiuit Nox, cui nullæ ſuccedent Tenebræ; hac lætare die, qua Dominus erexit, ornauitque Cœlos, firmauit Terram, creauit Angelos lucis miniſtros, in ſede lucis æternæ; hac lætare die, qua conuertit eos ad æternæ Veritatis intuitum, ad diuinę gloriæ miniſterium; dum hæc ſola pulcherrima dies; qua demandauit itidem Moyſis legem filijs Iſrael; & terra produxit Saluatorem; qua Sol idem iuſtitię aſcendit ab Inferis, cui miſericordia & veritas fuerunt obuiæ ſibi inuicē inter Cęlum & Terrā; qua dum Summus Pontifex e Terræ viſceribus eduxit vinctos de Lacu, & fregit Mortis chirografum, qui & Legem maledictionis antiquat.

Hac lętare die Alma parens; qua nos de Tenebrarum exilio ad ſupernæ lucis erexit Patriam; cum de Lacu miſeriæ, & Infernalis ſeruitutis Carcere tranſtulit Patres hodie meos ad Summum Regnum Beatorum.

Hac lætare die Aurora Solis, qua nobis Dei filius æneum aperuit Cœlum, dum Paradiſo reddidit Adam. Hæc enim dies quam fecit Dominus, & in hac mirabilia operatus eſt mirabilis ille Deus ſalutaris noſter, dum verax, Iuſtusque Sampſon portas ciuitatis fereas ſuſtinuit, & inde exiuit incolumis, in Mundo victus, vicit mirabiliter Mundum, de Mundo mortuus, Mundi frenauit Mortem, conculcatus contriuit ſerpentis capita ſeptem; & triumphator Deus ſpoliauit Babylonis Regem.

Hac lętare die æternæ lucis Sanctiſsima Parens, qua Decora Chriſti tui Maieſtas ſuper omnem Terram coram te renouata claruit; qua fortiſſimus Leo excitauit a mortuis ſuum primogenitum, vt tibi ſurgeret collapſum tabernaculum Dauid: vt tibi Sol Verax, Sol Oriens ex imis, ex alto effuderet radiata lumina, quæ per triduum in Terrę Nebulis delituerant.

Hac lætare die Stella Maris, qua egreditur vere illæſus, pręfigutatusque Ionas e Terrę ventre, e ventre Cœti, qua Mors

deficit

deficit in vnica porro tua Orientali, renaſcentique phenice;& vnde Mors oriebatur, hac cum te vita reſurgit.

Hac lætare die, tota pulcherrima in delicijs Dei; qua terra pululans floridum vitę Germen, tanta immenſitate, ſuauitateque floruit & portentoſæ concuſſa eſt; qua Archangelus Gabriel e Cœlo dimittitur, euoluti a monumento lapidis præſentes, & terrore perculſos, & animo conſternatos cuſtodes diſpulit.

Hac lætare die Alma Domina noſtra, qua idem legatus Altiſſimi, totus candidus, totus rutilans ad tuos ſeſe reuerenter flectitur pedes; qua glorioſę Ieſus reſuſcitatus, vt ante conceptus eius, Natiuitatisque Nuntius; ita, te ſalutat in ſuo Angelorumque gaudio; ita te reuerenter in Cœleſtium, Terreſtriumque reuerentia, & honore, totusq; geſtiens alloquitur: *Regina Cœli lætare Alleluia, quia quem meruiſti portare Alleluia, reſurrexit ſicut dixit Alleluia.*

Lætare Domina hac die quam fecit Dominus, in qua veritatis Spiritus loquetur de altiſſimis, ſuper Apoſtolorum ſenſus, infantiumque linguas.

Lętare Domina hac die, qua reſurgemus in Mundi Nouiſſimis in voce Tube, incorrupti, & apparebimus ante Thronũ Filij Dei viui, quem peperiſti.

Illuceat hęc tibi feſtiuitas Alma Mater, omnium feſtiuitatum ſolennitas, omniumque ſereniſſima dierum dies, qua clareſcant Spiritus, oraque noſtra, in ſpecioſa laude Dei Creatoris, Filique Ieſu in æternum; vnde merito tibi pulſat in ſuam cytharam Dauid ijſce vere Angelicis ſpeculationibus, myſticis Angelorum canticis, *& lætemur in ea.*

Delectare laudibus huius diei Regina gloriæ, qua collaudat omnis Terra in beatæ iubilationis Cymbalis, omnium laudandarum rerum pręconium; dum hæc eſt dierum dies, quam prouide fecit Dominus, & adamauit, vt foret Iuſtorum pax, in cultu, adorationeque Dei, beatorum Arrha, & ſpes futuri luminis in triumphali curia Cęlorum. Dum hodie rediuiui Ieſu ſingulare Lumen, diuinaque gloria, eſt dies.

Illu-

Illuceat hæc tibi dies Genitrix Lucis, & veritatis; quæ dies Iuſtorum, eſt claritas, & Domini ſancta, lectiſſimaque ſolennitas; quæ apparet Aurora diei, ſalutique immortalis; & illius ſempiternę lucis dies, in qua euanuerunt humanæ Tenebrę, ante lucem Procreatoris Solis, & Lunæ, qua in Mortis Regna ſedentibusque lux mirabiliter orta eſt, ab eodem lumine Lumen.

Illuceat hęc tibi dies, Radix vnica floris, campi, & lilij conuallium, qua Terra gaudet, dum noua Domini lux multiplicataque gratia perfunditur; qua Angelici iubilent pſallantq; Spiritus ante Dei Thronum, & Agni, dum illorum lucidæ va cuæque ſedes, replebuntur futura perditorum ſalute, & ſuos renouabunt ſtellatos ordines, & ſtemmata lectiſſima Dei ſydera, in gratuita gratiæ, glorięque claritatem præteritorum tenebrarum Adę.

Illuceat hęc tibi dies Dux, bellatrixque noſtra, qua intremuerunt Abyſſi profunda ante faciem Regis gloriæ, virtutisque; vnde alligatus eſt in Inferis Draco, eiectus eſt Mundi Princeps, ab eodem Principe Dominoque virtutum.

Percipe Alma Mater hac die cum Chriſto, & eius Eccleſia, de lungo ieiunio ſaturitatem, & vitam, de Chriſti roborem Victoriam, & in hoc Chriſti Deſerto porrige nobis hanc ſem per virentem, & triumphantem victorię Palmam; dum tante feſtiuitatis ſurgentis hodie Ducis; mecum innumeras enumerare laudes, commemorare virtutes, harumque concelebrare gloriam; quæ omnia tribuit hodie fidelibus ſuis Dominus Deus noſter in prælio fortis, & potens; reddet inquam nobis Mundi victoribus in fidei certamine ęmulaq; corona fidelium equitum ſuarum, remunerator ille ſublimis; æternalis eſt abſorpta Mors in ſua acerbiſſima, innocentiſſimaque Morte, vicitque Mundi armatum oppugnatorem, validam, tremendamque pugnam, Certator noſter omnipotens, & tanti certatoris nobilitata ſuper omnem Terram, omneque bellum victoria Alleluia.

Illuceat hæc tibi dies Regina Sanctorum omnium, qua Si-

nagoge

nagoge imponitur finis, vt fiat in illa perfidorum exitus; qua e contra Apoſtolica naſcitur, & Catholica propagatur Eccleſia.

Hæc enimuero dies tibi ſpectetur, tibi pateat, quæ habetur octaua Dies, quæ iuxta Dei Numen octo ante ſeruauit animas in Arca Noe, & nos pariter præſeruat Chriſti famulos in octo beatitudinibus ſuper Terram; adeo, ut expeditus ſit denique nobis aditum, in auream,& pręparatam Arcam ęternæ vitæ.

Hac decantetur nobis in dies millies, & totidem iteretur ſuauiter alleluia; vt hoc hymno, vere laudemus, vere glorificemus ſpiritu, & voce Dominum; qui mirabilis eſt in operiribus, ſanctiſque ſuis, & glorioſus nimis in Maieſtate ſua.

Hac Sanctorum, Pſalmorumque voce æmulemur, exprimamus Angelorum melum, qui diuinas canunt, modulanturque laudes, in Almo & canoro Templo Dei.

Illuceat hæc tibi dies Paradiſi Domina, qua traducitur cor hominis a Terræ ſolicitudinibus, ad diuinorum gaudium, qua demigramus de terrenorum corruptibilibus ad incorruptibilia Dei; qua euolamus a moribundis ad viuentes in ſęcula; qua peruenimus a pauciſſimo labore, ad nimiam mercedem, & requiem; de hominum peccatorumque via, conquieſcemus in Sanctorum, & Angelorum patriam.

Hæc merito dies quam fecit Dominus, vt vere exultemus, & lætemur in ea; hæc potiſſima Domini dies, qua humanæ annunciantur, ſanctificantur, remunueranturq; Virtutes a Domino; qua Iuſtorum Decor,& laus additur illis lapidibus pretioſis, auroque Mundo; quo ſtruitur, ſancta, cõcelebraturq; noua Hieruſalem, & eius ſternuntur Plateæ, auditurque per vicos eius huius laudationis, gloriæque Canticum Alleluia.

## *Auctoris Precatio ad Beatam Virginem.*

Is mihi ſuauiter in hodiernis meis pręſentibusque miſerijs commemoratis, tibique ſuauiſſime pateſa ctis a Domino, Ieſum interim precare tuum ſalutis Mater, dum Magdalenę velut olitor apparet, illamque nominatim, & amice ut intimam dilectamq; uocat; Ita mihi cum illa nunc ſurgenti, & Dominum conquirenti meum ita propitius occurrat in diebus iuuentutis meæ, vt ſerat in mei interioris hominis horto, mutuum amoris,gratięq; ſemen in centeſimum vitę fructum; conferat omne bonum,irriget ſolum ſterile meum, torrentis aquis de altiſsimis; adeo, ut cum probata a Domino, dilectaque femina, mihi flenti peccata parcat, cum illa flendo, fratris obtineam reſurrectionem, cum illa flendo, glorificati Dei mei Ieſu diuina viſione potiar, & paterna illius omnium conſolatrix conſolatione viuens, & moriens lętetur cor meum.

Iterum pręcare,quem portaſti Regina miſericordiæ Mater; dum te hodie (ipſa Mundi ſalus) ſic amanter ſalutat, in concordi charitate Maieſtas. *Auete, nolite timere*, ita ſubito, & reuerenter, dũ cum illis in omni opere bono ad Domini mei pedes, eos fidei luminibus ſpeculor, mundiſsimis labijs oſculor, perfectæ charitatis amplexu teneam; quo reſurgentem hodie Emanuelem in gloria, in tua pulcherrima carne mediter, & adorem tecum dilectum tuum, in omni vita diligam,& illi ſoli impari amore, & puritate ſeruiam.

Amplius,ante ſalutare meum intercede pro me miſero peccatore Regina glorię, dum ego hanc fragili carne veſtior, in Petro labilis, in Petro itidem obediens accedam,in omni lapſu ad pœnitentię ſalutare Sacramentum,ut ibi Ieſum clemẽtiæ Dominum agnoſcam, dum ibidem cum Simone procido in terram, dolenterque veniam ab illo omnium pijſsimo Patre peto de criminibus meis; ita cum Simone flebiliter, ita fidenter, ita perſeueranter, hęc pię mediter, hæc agam, vt dimittat

mittat

mittat amantiſsimę mihi errata quęque mea indulgentiarum ille Deus, me poſtriduum in fide firmet, in Petro conuertat.

Amplius, dum apparet Ieſus Iacobo Minori, qui in Cœna deuouerat, in Cœna iurarat, ſe non commeſturum panem ab illa hora amariſsima qua Calicem Domini biberat, donec a Mortuis reſurgētem reſpiceret, impetra a Ieſu Rege conuiuij; (Vnigenito porro tuo) Regina miſericordię, vt cum eius amanti, cum eius fideli ſeruo, fidelique propinquo meream, eidem qui paſcit omnia, pacificam, & acceptam parare menſam in perfecto dolore cordis, corporisque ieiunio; eidem Angelorum pariterque iuſtorum, hunc apponere Panem, & cum exoptato Redemptore intimo, & conſanguineo diſcūbere meo. Vt hinc, pariter ego a prouida, benignaq; manu, oreque Dei hunc benedictionis vitęque Panem innocenter aſſumam, cupideque deguſtem, hæc audiens; frater mi comede panem tuum quia filius hominis ſurrexit a mortuis. Vnde is mihi infidelium epulis, fames, ſitis, ſaturitas, ſalutaris in Cœna Domini cibus, in triumphantium beatę ſuperſtantialis eſca, ęternæ vitæ, & alimentum; quo ſempiternæ in Domino vitę gloria fruar, & glorier inter plauſus amicorum Dei, Angelorumque conuiuia in ſęcula ſæculorum.

Amplius duobus diſcipulis in ſuo Nomine peregrinantibus, dum ueluti peregrinus apparet, vt aperiret illis ſcripturarum de ſua vita, Morteque ſenſum, illosque rudes Paternis monitis erudiret, dum illorum rogatu frequenti conuiuio, hoſpitio, communi, fraterneque cęne præeſt; dum benedicit, frangitq; panem, & clara ſui notitia euaneſcit ab oculis eorum. Adiunge me gratioſiſſima, & beneuolentiſſima Domina peregrinatorem alterum æternæ quietis in Patriam, ad diſcipulorum Domini fortia, ſecuraque latera; horumque pias, immaculatasque ſemitas, vt ſecum de pane Mūdi famelice loquar, cum ſalutari meo cupide peregriner, Ieſum ameniſsimum fontem ſitiam amanter, Ieſum in hoſpitio hoc iterato, obnixoque rogatu introducam meum, inquiens, *Mane mecum Domine quoniam adueſperaſcit*, ita vt uere comes contubernalis, commen-

Kk 2 ſaliſque

ſaliſque Domini in æmula caritate, gratuitaque Pace copuler huic aureo vinculo Dei, & hominis amabilime, ſanctiſſimeque copulæ, ſuauiſsimeque charitatis; qua cum hæc ſuper Terram peregrinatio mea tranſeat cum Domino dulcis, cum Domino breuis, dulcis ſit in illa labor, dulcis ſocietas, dulce alloquium, dulcis ad mēſam Angelorū eſca, dulcis Panis dominici fractio, dū is hæc Panis oblatio ſaluberrima, eſt vere credentibus, digneque ſumentibus, per te Vita, per te dulcedo, per te ſaturitas, immortaliſque benedictio, in beatiſsimarum illarum mentium conſociatione cum Agno deſuper epulantium.

Amplius, dum ad diſcipulos ſuos in cœnaculo Ianuis clauſis uenit, mirabilium Deuş, electorumque Dominus, in medioque illorum ſiſtit plenus gloria, & fortitudine conſpicuus, ut videretur ab omnibus de illo loquentibus, in illum credentibus, diuinitatis gratiæque radijs, verax Emanuel, & Patris æterni Filius; dum ille Sol uere apparet inter Sydera, Flos ſapit & odoratur inter Lilia: ſedit Magiſter inter Diſcipulos, Pater adeſt inter Filios, Dux eminet inter Milites; oſtēdat pariter mihi ſuas cicatricoſas in bello manus ad ęmulam pugnam, vulnerati cordis patulum latus ad omnium amorem, ad omnia perſeuerantia bonorum pedes.

Poſtremum dum incredulo Thomæ palpanda ſua præbet Vulnera, ut palpando agnoſcat, agnoſcendo credat, credendo, fidei meritum ne deperdat; da ut in uirenti, ſtabiliq; fide ego contempler illa vere notatiſsima, ſalutis gloriæque inſignia; beatiſsimorum vtique Martirum lectiſsimos ornatus, Cœlorumque claritates, quæ fulgent in Regno Dei, Solis radijs ſplēdidiores, quæ mirifice renident inter Aſtra Cœli, pręter Stellarum ſerenitates, quę apparebunt in alme Terræ delicijs, uelutì pretioſi lapides in auro, veluti vernantes in ſtipite flores, ſicut rubicundus color in Roſa.

Adeo vt pulcherrimi Chriſti corporis in Terra, & in Cœlo glorificati, Apoſtolica viſione fęlix ego, & per te plene, beateque contentus, verum Deum Dominumque meum Ieſum

Dei,

Dei, Filiumque tuum, cum Thoma fatear & adorẽ inquiens. *Tu es Dominus meus, & Deus meus.* Amen.

## *Virginis Exultatio in Filii Aſcenſione.*

GAVDENS ad hanc Diuini Conuiuij Menſam exul tabis in Deo Ieſu tuo Chriſtifera Domina, quæ fideli genuiſti populo, Deum, & Hominem, vt Dei per te fieret Homo, adoptiuus, Dei naſceretur filius Dei filij oriretur frater, vt cum Chriſto ſurgeret de Morte ad vitam, hodie de Terra aſcenderet in Cœlum, futurus Angelorum conſors, bonorum Dominus hæres, Cœleſtis Regni cohæres.

Gaudens gratulare Eccleſiæ Chriſtifera Domina, quæ de viſceribus genuiſti tuis Deum, & Hominem, vt Dei ſingulari gratia diuinam homini cõciperes, proderesq; gloriam, Deum genuiſti & hominem, vt huius mortalis vita, quæ in Chriſto apparuit tota labor, & dolor, cum Chriſto in profundum tenebrarum deueniret, immæque Mortis, & ſeruitutis exiliret Abiſſum; adeo cum Chriſto rediuiua, & immortalis reſurgeret, ut ſecum in Dei Regnum aſcenderet, vbi de Terreſtri labore quieſcat, de quolibet merore gaudeat, de omni dolore geſtiat, de omni conflictu triumphet, de fluxa miſeria iubilet in æternum.

Gaudens ad hanc Diuini Conuiuij Menſam gaudebis in Deo ſalutari noſtro Chriſtifera Domina, in illo, qui paſſus eſt Crucis turpitudinem Crucisque Mortem, vt hinc uitam & gloriam nobis pareret æternam. Is inquã Crucis proclamatus reus, nos benigniſsime reconciliauit reos; Cruci ſuffixus, abſoluit, lege peccati vinctos; in cruce moriens, & mortales liberauit a mortuis; de Cruce deſcendens, ad inferos deſcendit illuc triumphator, ibidem Redemptorque noſter; dum ibi Satanam vicit, quem alligauit; vicit infernum, quem ſpoliauit, vicit Mortem, quam reſurgendo deleuit; vicit Mundum, quẽ ſpreuit, & hodie harum victoriarum plenus, in Cœlum aſcendit,

dit, vt eius Regno in ſpinarum corona coronetur, ſuo vēnali ſanguine, illud nobis uenetur, in uirtuteque Lanceæ humani extori rapiat; vulnerum meritis commereat, vt ijs finalibus Cę li clauibus, apertoque latere aperiat.

Gaudens ad hanc Humani, & Angelici Conuiuij Menſam, lætare in Domino, Ieſuque tuo, Chriſtifera Domina, quę man ducas ad beatitudinis gaudium cum illo, qui te tam diuino alit, & reficit in cibis, in potu, in viſu, in opere, in verbo; is ſa- ne fidelis erit tibi Pater, & Filius, gratiæque Deus in Regno, qui vadit tibi parare Sedem, conſtruere Aulam, gemmare Sce ptrum, geminare Diadema; præpolire Inſignia, ornare Moni- lia, extendere, & propagare Iura Regie Maieſtatis, deuoue cul- tum, deſtina honorem, o Chriſtifera Chriſto, dum tripliciter hodie exaltatur Deus caroque tua, in Chriſti aſcenſu, in terra enimuero noſtra perutile meritum ſuper Terram, per Crucis ſuſpendium, ſuper omnes Cœlos, per eius Aſcenſum: per- ſpice quam mirabilis Angelus recuperaturus eſt iuſtis, fideli- busque Regnum, quam hominibus iucundus, progreditur in illorum parata, militataque patria, quam Dæmonibus terribi- lis exurgit in ſuperborum ruinam humiliumque gloriam.

Demum pedetentim deſcende Deipara, de diuinæ Aſcen- ſionis tam ſuaui Colle, dė diuine contemplationis tam emi- nenti, tam adamato recede Monte, quia tu ſola, & cum Marijs, & cum Diſcipulis, illa ad ſingulare gaudium audiſti, illa ſpe- ctaſti, quæ non licet homini reuelari, homini loqui: Amplius Nubes candida, & fulgida quę reuerenter ſuſcepit, quæ trium phāter portauit, qui candor eſt Lunæ, Solisque fulgor, quę mi rifice continuit, quo continetur Cœlorum virtus, quæ pęni- tus claruit, quo clareſcit Paradiſi claritas, noli humana indaga ri via; noli ſuſpicere, quia ſolus hic, qui mirabilia fecit, vnicus virtutum vixit, aſcenditque Dominus; ſolus Verbo, & opere potens, ſolus in prælio, victoriaque fortis; ſolus in aſcenſu, in Regno, in ditione, in iudicio mirabilis nimirum eſt quem admiraris.

*Hæc*

*Hæc ad Apoſtolos verba diriguntur.*

VOs hic in Aſcenſione Domini collectos, tanta cura non angat; deponite uota, deponite lachrimas, de pœna damni, de Ieſu carentia: nam ad vos veniunt de Cœlo in Veſtibus albis, in corruſcāti facie ij duo oratores Altiſsimi? conſolatoresque Cœleſtes hæc verba dicentes, *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in Cælum, hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in Cælum:* quaſi dicat, quid ſtatis aſpicientes inuiſibilia? ſcrutantes ineffabilia Dei? penetrantes humana potentia; quo diuina penetrauit Altiſsimus?

Ad quid ſpeculamini Cęlum, vnde conſolationis, gratiæque Dei in ſancta ciuitate præterea expectabitis Spiritum? Hinc, vltra nolite inueſtigare, nolite quærere? quia hic Ieſus qui diſceſsit a vobis, ſic in fine ſęculi veniet, igne præuio, baiulis Nubibus, ſono Tubæ, in Maieſtate Magna ad Mundi Iudicium, in illa quidem humana forma, in qua ſubijt Mundi de ſe Iudicium; ſic in illa Regali Sede deſcendet, adiudicaturus ſingulos, in qua vidiſtis ambulantem ſuper Thronos, ſcandentemque Cœlos.

Expedit igitur vobis ijs viſis, & auditis, redire Hieruſalem, ibi expectare expectanda, tam ampla recogitare; tam glorioſa, ibi, & vbique glorificare, & prędicare ſalutis miſteria, quæ hodie adimplentur a Chriſto Domino noſtro. Date huic merito honorem, & laudem, & ſeruite in lętitia; *cui omnis affertur in Cælo laus & Regnum; cui omne genuflectitur genu, omnes tribus, & linguæ ſeruiunt; cui omnia viuunt, & hac Angelicæ Pſalmodiæ æmulamini, & frequentate canticum. Alleluia.*

Rur-

*Rurſus ad Virginem dirigitur ſermo.*

CANE canticum Chriſtifera Domino, quoties cogitas, & recogitas Chriſti præclara dicta, pia diuinaque facta; & vere mens tua Domini ſpeculum, Domini requies, ab omni coniunctione mortali ſeiuncta, ſemper in diuina perenni mente ſtabilis, cum Dominoque connexa, impolutum Dei; ſacrorumq; Templum, de Deo cogitans, dilatetur, & ſuper omnes erigatur Orbes, ſuper omnia ſanctuaria reſiſtat; ſuper omnia Sanctorum ſacella ſancteficetur; illaque dum ad magnalia tendit, tranſcenditque Creatoris; ſola Cœli nutritur Arcanis, ſola in Redemptoris abditur, deficitque miſterijs.

Nunc Deipara contemplare Ieſum Dei filium, Vnigenitum ſane tuum, contemplare in Pace Patriſque gloria ſuper Cherubim, & Seraphim, quem indeſinenter laudant Angeli, quem Virtutes cœlorum indicant, quem Firmamenti oſtentant ornatus, & Luminaria Magna nobis ſignificant in magna claritate.

Hunc Deipara lauda, qui abs te in plenitudine gratiæ eſt vere laudandus; dum tenebræ meæ tanti Dominatoris non ſuſtinent magnalia, nec ſufferunt lumen; & dirige pedes meos, ne ſine te, cum impijs coram illo condemner, coram illo a Terræ gurgite exorbear, a Mortis ęternę flammis comburer; ſed per te veniam, & vitam inueniens a Domino; hęc ad amicorum ſuorum dexteram a Saluatore meum audiam, *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum eſt a conſtitutione Mundi.*

Amen.

Au-

*Autoris, Poſtulationes duodecim ad Virginem, vt eum ſupra Montem Syon cum illa aſcendere permittat, vbi Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos deſcendit.*

CONVOCA me tecum vox, parensque Dei in Cęnaculum Montis Syon, vt a peccatoribus ſeparatus, tibi in hac Domini Domo copuler; a Mundo ſeclus ſus, dominicas ibi cantitem gratias, mediterque laudes; in hoc vero vertice Montium da, vt, vere a Terrenorum elatus, diſtractusque curis feruenti oratione Apoſtolorum ſocius, te in æmula reuerentia colam, & audiam, in mutua ſanctimonia conſociem, tecũ Domino in fide credam, in vera latria ſeruiam; in puritate loquar vobiſcum ad Deum, piæ mentis conſcenſione conſcendam, recto virtutum tramite per gratiam in pari obſequio demitar, & in vera charitate con fugiam ibi; dum mea me incuruat terrena grauedo, vetusque infirmat infirmitas: Da mihi pia Mater gratiæ, de ſublimitate, de fortitudine firmitateque Montis, vt in Domino fortis, in Domino magnus, oppugnatores Eccleſiæ repugnem. Ibidem dum præter omnes torpeo, dum egeo, da de bonorum tuorum copia, ut in Chriſti meritis affluam, conſtitue præterea me pœnitus mobilem, almæ fortitudinis Syon ſupèr hoc magnæ amœnitatis, ſecuritatisque Monte, vt tecum in Dei & Angelorum præſentia cuſtodiar, lætus inambulem, ſecurusq; viuam; in filios vere tuos, & habitatores eius hodie me admit te Porta Cœli, vthodie Aeue poſterus benedicar, ſtultus filius erudiar a Domino, qui mihi ſit propitius (Paracleti munere) exoptatiſſimus conſolationisq; Deus, ſit veritatis e Cœlo Radium, vt illum ardenter in rerum veritate diligam, in veritate fatear; ſit lingua ſapientiæ, vt illum vere ſapiens adorem; ſit par gratiarum Spiritus, charitatisque vinculum; vt pari fidei profeſſione, mutuaque chariſmatum communione, omnes peccati ſcelere, hęreſisque cœcitate excluſus ex Apoſtolicę Eccleſiæ gremio, ad eiuſdem veluti omnium tutiſsimæ

amantiſſimæq; matris ſinum conuertam, vt aliquando ex om nibus Terræ finibus, fiat vna per te Fides, in Terris, vnum Ouile, & vnus Paſtor.

II. Retine me diu ( Domina ) in hac pia, & indiuidua ſo-cietate Sanctorum, & Angelorum, vt quecũque iuſta, quecun que ſancta, a ſalutari, conſolatoreque meo peto, & impetro; tecum in fide petam, in ſpei, gratiam, meritiſque, tecum perfe cta in Dei charitate ſuſcipiam, tecum contribulatus, in tribula tionibus ſciam excitare Deum, in Deo excitare lumen, ſuſci-tari gaudium, germinare patientiam, in hac conſiſtere Spem, & perfici charitatem; quæ poſtea in ore, iuſtorumque corde diffunditur per Spiritum Sãctum, qui ſuper Apoſtolos hodie de Cœlo deſcendens, mei itidem operetur cordis in Deum aſcenſum, illisque in terra datus, det proximorum amorem, quo duo Legis præcepta in vna charitate includat; de Cœlo radians, & ſonans indicet ſe in ſonitum Cœleſtique flamma mihi, vt ſuam in dies agnoſcam, venererque præſentiam; vnde vitiorum fuga meorum virtutis eius æmulem potentiam, oc-cultorum ſcientiam, ad profundum penetrem ſapientiam; adeo, vt Domino ſemper acceptus, Dominoque amabilis, Pa-cem habeam in Ieſu meo; per te in Dei ſinu ſpe prçuenienti confidam; per te Sancti Spiritus omne bonum ſpeculer, & condecorem eius requiram; adeo, vt horum gloria veræ glo-rier in vera gloria Chriſti, famulorumque tuorum veri filio-rum Dei.

III. Confirma me Domina tecum, & in hoc ſacrorum ſa-crario, in hac almaque Viſitatione ſancta piorum Domicilio, & Dei Templum, & illuc, dum Domini Spiritus ſpirat, vt to-tum Orbem terrarumque repleat, ſpiret & deſuper incipienti mihi, proficienti ſecundet, repleatque perfectum; talis talia inſpiret, vt ſancto me timore eſpurget, pietate emolliat, ſa-pientia exornet; fortitudine roboret, conſilio extollat, intelle ctu luſtret, vitali ubique ſuo ſapore ſapiat, & Angelica dulce dine dulceat.

Talis ſpiret, vt me vitali, finalique merore merentem exhi-laret,

laret, incomptum comat, iacentem erigat, contemptum ſubleuet, infirmum ſanet, eſurientem cibet, egentem ditet, pollutum mundet.

Talis ſpiret, vt diuidat opportune mihi dona ſua iuxta Altiſsimi libitum, vt velle tantum ac nolle Domini mei, æque velim, ac nolim.

Talis ſpiret, vt quæque appetenda ſapienter appetam, prudenter vitanda vitem amanter docenda Doceam, amice arguenda corrigam; & conſtanter corripienda corripiam, viriliter impugnanda pugnem, in defenſione Hieruſalem lectæ ciuitatis, & ſponſe Magni Regis, Dominique mei.

Talis ſpiret, vt mihi, & multifariam appareat in Nubis priori ſpecie, vt ſuper Dominum meum in Tabori Monte Transfiguratum, vt huius pia clara viſione Dei, mens tota mea reſoluatur in lachrymas.

Talis ſpiret, vt in ſpecie Columbæ ſuper Chriſtum baptizatum apparuit, vt cum Chriſto mitis ſacro Fonte renaſcar; cum Chriſto immaculatus, vt columba viuam, & moriar, & utroque peccatorum fele caream.

Talis ſpiret, ut in ſpecie Ignis ſuper labia, intimoque cordis mei deſcendat, ſicut in Apoſtolorum ora, pectoraque deſcendit; vt parili gratia, & igne ſpiritus meus inflammet, & mirabiliter accendat; & mirabiliter redeat vnde exiuit, quo aſpirat aſcendat, & eleuetur vnde deſcendit.

Talis aſpiret in hoc illibato concilio famulorum Dei, vt vere germanam, & in omnibus debitam cõmuniter ego cum Ieſu diſcipulis afferre, reddereque gratiam ſalutari meo; ita, ut mihi ſit ſemper oranti aureum, & mellitum tuę orationis flumen; ſit, in veritate ſcripturarum Spiritus, ſit in prędicatione Euangelij Tuba; fiat in ſcriptura calamus, in lectione ſolertia, in fide lumen, in lumine firmitas; ſit in vita ſtola innocentiæ, ſit in Chriſti Nomine Pax, in Chriſto ſecuritas, in Chriſto cultus, & in omnibus charitas, & quotidiana gratiarum actio, quibus me verum Chriſti membrum, Apoſtolorumque comitem oſtentem; dum piæ ſanctèque meditor; dum inno-

center quieſco; dum perſeueranter exoro, dũ auide de humana ſalute laboro; dum humiliter peregrinor, cum illis de luctu ad gaudium, equanimiter tranſeo vobiſcum de exilio ad patriam. Amen.

IIII. Ciba, & pota me electorum Manna, Angelorumq; puritas in hoc Deorum Dei Cœnaculo; dum hic expletur fidelium ſitis, & fames mirifice; dum hic vulnerantur fidelium corda charitate nimia; dum ad hanc ſolennem Domini Cœnam quæ fit quotidie, in horasq; ſingulas in quotidiana Dei gratia, quæ datur in fame, in paupertate, ſaturitate Spiritus, ſic nos amabiliter aduoces; Hic libentiſſime comedite ad voluptatem, bibite viciſſim, & inebriamini amici mei, dilectoque meo cariſsimi.

Tu in hoc fideli amabilimoque cœtu Alma Deipara, dum viuis, dum ſapis vera Chriſti perfectaque charitas, per quam Chriſtus iunxit Terræ Cœlum, aſſociauit homini Deum, per quem factus eſt Cœli Panis, & Spiritus humani cibus, homini vitæ; ſola potes, ſola & vales, ſola promereris, vt nos Altiſſimi amantes perfruamur amato, ſitientes, eſurientes recreamur æternæ vitæ lymphis, copulemur capiti membra, adhæreamus viduæ ſponſo.

Tu nanque fidelis populi quotidie inuocaris in hoc ſanctuario, in hoc Chriſti Templo; ſalutariſq; ſalus; Dei bonitatis ſuſpiceris, adorariſque virgo; ad hanc diuinæ propitiationis merito ſedes, imperaſque Menſam.

Tu ſuper hoc æternæ miſerationis exaltaris Tẽplo celebrariſq; Mater, ibi conuiuarũ adamaris, dum epularum famelicis ibi multiplicaris varietas, renouariſque ſuauitas, ibi virtus vires reſcis in hac Terra pugnantium, dum victorum ibidem flores, nobilitariſque Palma; ibi Sanctorum reſides iubilatio mentium, dum inibi iuſtorum reuelaris ſpecies, & beatorum ſplendes, concupiſceriſque claritas; ita vt diuini conuiuij viuas, conregneſque gaudium; dum bonorum videaris, conſtiteriſque plauſus; illa viuentium alaris vita, ſuſtentariſque ſpes; dum beatæ computationis condiaris, orneriſque Menſa;

ſa; ita vt æternæ vitę habearis affecteriſque Ianua. Hinc per te valde cupimus poſsidere Deum, & ab ipſo carne & Spiritu poſsideri.

Viſitet igitur hic nos deſertiſsimos, & miſeros præcelſus Domini Spiritus, beatę Pacis cum munere; inflammet vt igneus, ſanctificet vt ſanctus, erudiat vt lingua, nos; Deo, ſibi, & Angelis vinciat, vt inſolubili Dei, hominiſque vinculum, vt homo terrę puluis, per Aeuam, per te Cœlum incolat, per Aeuam moribundus & erumnoſis, per te immortalis æui ſortiatur Dei lumen, & gaudium, ingrediaturque gloriam beatorum.

Doce ibidem nos Mater Sapientiæ occulta verba ſapientiæ, quę profert ex abditiſsimis ſuarum ſedium Dei Patris, Filijque, Spiritus, vt ſint omni ancipiti gladio penetrabilia, & pertingat ad diuiſionem animæ, & ſpiritus; & compagum, & medularũ eius. Viſita me Domina mutuo Dei Filij ſpiritu; vt Domini ſenſum ſenſim audiam, & teneam, profundaq; ſalutis ſalutariſque mei ſapiam. Educa me Domina, tu ſola educatrix Mundi, hoc cibi rore, vt roreat per te mihi Cœli Iuſtum, & tu Terra germines millies in dies Saluatorem; adeo, ut huius aduentu Spiritus, ſuperniquе roris in cordis hominis hoſpitium, adueniente Deo, in fide, tua puritateque excipiam, hoc Sancto Sanctorumque flore, Sanctorum capiti redoleam huius in terra diuo, inter miſeroſque beato ſemper afflatu, gloriæ Regi reſpondeam. Huius potiſsima, ſingularique virtute, virtutum Dominum induam, Dominum meum ſecter, Dominum ſuſtineam. Huius præclara, fulgurantique voce, omnes ad Chriſti fidem vocitem, Ieſum omnibus annuntiem. Huius ſerenitate, & fortitudine nimia immaculatos, & fortes Apoſtolorum progreſſus in nomine Domini proſequar; ita vt in ijs conſtantiſsimæ prædicans, in fide baptiſma, in baptiſmo innocentiam, ibidem Deum, in Deo; vitam æternam cum ijſdem Chriſti pręconibus o Domina in fidelium gratiam, iuſtorumque charitatem, Regnum comerear ęternum.

Vnde

Vnde Spiritus Sanctus, qui eſt diuinę voluntatis erga nos ſpiratio, qui eſt Trina ex Trinitate Dei proceſsio, qui eſt vna bonorum omnium ad nos per te, Chriſtumq; tuum e Cœlo emanatio, vt ſemper a Patre, Filioque procedens, ſimul, vt Trinus, & Vnus, in Triplici, & vna per te adoretur Eccleſia & glorificetur. Amen.

V. Intromitte me triumphantis Regina conuiuij in Sancta Sāctorum Syon, vt ibi tecum otier ſummum tecum attendā, ſpeculerque bonum, tecum Deo, (Dei placito, Dei Numini, cœlicolarumq; gloriæ beatorum viſionibus, meditationibus, orationibusque) vacem, ibi dum electi populi cum principibus procido, da, vt vobiſcum in mutuo virtutis Lumine conſurgam; ibi dum diuinitus inſtruor de abnegando Regno Mūdi, de Venali Regno Dei; da ut totus accendar, & rapiar Spiritu, vnde vna digrediens, & paſſim ambulans; dum Adæ lapſu circunfundor ego Terræ tenebris; pręſta, vt Chriſti ſubſidio perfundar Cœli lumine; vt in Diuina luce veritatiſque mæream, vnum Deum; Deique Filium ſalutare populorum, ſimulque credam; vnam & diuinitus concioner; vnam catholicam profitear Eccleſiam, & hunc Ieſum vere paſſum, & crucifixum pro homine vere reſurgentem a mortuis pro vita credentium aſſeuerem; vere aſcendentem in Cœli Regnum, ad humilium, ad pauperumque aſcenſum; vere ſidētem ad dexteram Dei Patris in ſæculorum gloria ad humilium porro gloriam; ſpiritu, voceque atteſter; & vbique terrarum adorem; quorum frequenti commemoratione, pia ſalutarique memoria, concede mihi ſalutis Mater, vt inter damnandorum opes inops, & flebilis in conſpectu tuo ſuauiter in terra viuentium nudis nudā Chriſti Apoſtolorumque crucem ferar; & illic nudatum Ieſum meum, cum denudata ſequar Eccleſia. Amen.

VI. Introduc me ſanctorum ſolatium in iſce ſacris, & inacceſſis Dei, ciuium, & equitum, & oratorum ædibus, vt ibi in me canora Dei excitetur Laus, vbique promulget diuinæ gratiæ virtus, æternarumque gratiarum diuulgetur magnitudo; adeo vt ſalutis ſonus, Dominique ſermo reſonet in om

ni

ni ſtatu, in omni loco, oreque meo; reſonet in miſticis Apoſtolorum ieiunijs, vt pias capiti meo gratias agam: reſonet in neceſſitatibus meis plurimis, vt Mundi diuitias exprober; reſonet in æmulis diſcipulorum Anguſtijs, vt horum magnalia ſperem, illisque ſemper contugratuler, plaudam in plagis; vt in æternum conualeam, & in beata Sanctorum ſorte oblecter, ſim in carceribus frequens, vt ab Angelo viſiter; ſim in ſedicionibus placidus, vt vere in Dei, & hominum (pacificatore Ieſu) pacificer, ſim in laboribus libens, vt in interni bôno, finalique ſede mea conquieſcam; ſim in vigilijs ſuauis, vt ſuauiſſimę in Domino ſoporer; ſim in conuitijs alacer, vt verum amicorum Dei honorem in omni terra conſequar; tranſeat hæc mea in Domino vita adeo pia, adeo ſpinoſa, adeo tecum probata, adeo cum Ieſu diſcipulis contribulata; vt tecum con triſtatus, gaudeam, in horum carcerem, vinculaque (permittente Deo) conijciar, vt a Chriſti manu relaxer, ſit mihi terræ nuditas in Arrham Chriſti theſauri, diuitiarumque Dei; ſit terræ calamitas in futuræ vitæ gaudium; ſit gladius, ſit fames, ſit perſequutio, in ſperandarum mearum ſpem, bonorumq; ęternorum refrigerium; Mundo vere demoriar, vere ſordeam, nihil hic habeam; & omnia in Chriſto, Chriſtiq; membris poſ ſideam; acriter cæſus coram perfidorum conſilio gaudeã ouãter, ab impijsque irriſus, & dedecoratus, ore, cordeque exultem, manibusq; plaudam; qui dignus habear, dignius oſten ter pro glorioſo Nomine illius, quem ad miſerorum genuiſti gloriam, qui vertit ignominiam in gloriam contumeliam in honorem. Amen.

VII. Foue me vniuerſorum Domina, in hoc vere ſancto, ſanctificatoq; Domini Templo; vt ibi cui omnia deſeruiunt, totis viribus meis ſeruiam, illic dum tu eluces ſicut ſtellarum Stella magna inter Cœlorum perennitates; dum appares ſicut Aurora Solis, quem ſubſequuta eſt Alma ęternitatis Dies; dum ſicuti rutilas Sol immortalis, ſemperque radians in facæ diuinæ claritatis; dum aſſeruaris ſicuti Vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo; propitia hominibus Dei Mater

ter de tuis ineffabilibus theſauris, immarceſcibilibusque gem mis, impertire mihi rude vt aditum pandã, pauimentum tergam, conuexum inaurem, ſacra ſignem, columnas exornem, ornem Altaria almæ Domus Dei; ibi dum nobis mitas duriſſimum diuinæ virtutis aurum, in Diuino, & humano amore fulgidum: Eſto mihi in hoc puriſſimo Vaſe, Mundoque cor pore Eccleſiæ, beatorum virtutum aurum, ſanctorumque meritorum connexio; ibi dum eleuaris Arca, columbaque Noe pia homini conſeruatione, pro diuina nuntiatione Pacis; con ſerua itidem me Sanctorum Princeps, in hoc Sanctorum con claue, Sanctorum hoſpitem; dein ſuper hosque fluctus Maris me ſuſtine, me incolumen redde Stella Maris, Pacisque Domina, vt pax in me tecum vigeat; & floreat æterna Dei; ibi dum es Cœli clauis incolumemq; terrã Cœlo conglutinans. Aperi mihi Cœli fores Regina Cœli, vt in finali Patria finalẽ ſpeculer Speculum, & cum finali Bono, Dominatoreque meo coniungar; ibi dum es gladius flameus terræ huic, Iuſtorumq; Paradiſum cuſtodiens; dum affluisque Manna Dei de Cœli quotidie deſcendens in Mundi Vita, oblectamentumq; Afflictorum. Pugna pro mea ſalute ſalutis veneranda Parens, & de tuis mãmillis me Mundi paruulum lacta, oblecta quotidie miſerabilem, toticsq; conſolare mærentem; tu enim es Virginum Candor, & Gemma, florum Decor; tu aquarum viuentium Puteus, Roſa pulcherrimę Rubens, pulcherrimę Albeſcens, ſuauiter Fragrans in vtroque Paradiſo Dei.

Faue igitur talis tãtaq; Domina in hoc ſacrato Sacello mihi peccatori, vt ſit mihi tecum innocens Dei, & Angelorum cuſtodia, merge me in tui puritate Fontis, ne ab impure carnis mortali comburar igne; obrue me peccati receptaculum, for diumque ſterquilinium vitiorum, gratiarum puteo, ne humanæ voluptatis immergar aquis; confere me inter lilia Hortis concluſe, ne coinquiner incontinentiæ luto; depaupera me tui pauperiæ Spiritus, ne dilacerer Auaritiæ aculeis; eſto in hac periclitanti vita, perennique Bello, quotidiana Victoria, mihi quotidianaque ſalus; ut cor meum vulneratum ſanes,

nes, inquinatum mundes, mortuum viuifices, excecatum illumines; adeo, vt ad Chriſti ſanctũ & ſalutare Nomen, ſalutari Apoſtolorum voce, & exemplo velut Cornelius Centurio olim conuerſus, hodie conflictatus huius vitæ miles, per te a ſalutari meo ſalutem hauriam, gentilis Cornelius per te in hoc vero Religionis cultu defigar; ita vt ad Chriſti gloriam in Chriſti Nomine vt ſordidatus abluar cum fertilitate, peccator iuſtificer, iuſtificatus ſanctificer, ſanctificatus glorier. Amen.

VIII. Paſce me iterũ Domina Domini mei ſuaue pabulum in hoc Paſcali veroq; Paſtu matris meæ, vt me benigniſſimę paſcendo foueas, & viſites in hoc pio fidelique concentu fratrũ meorum filiorum vere tuorum, Dominum pie & fidenter orantium, tecum & in Domino viuentium; ibi dum prouide, & amanter de tuæ illibatę carne carnis, de Spiritu Spiritus Dei nos lactentes enutris refocilas languentes. Cuſtodi interim nobis hoc amicorum Dei regale hoſpitium, fertileq; ſolum, vbi ſeruitus noſtra ſit Cœli Regnum; vnde pullulat Vitæ Lignum, cuius æque mentali, ac vitali eſu, mirabiliter purgamur in ſordibus, ſubito illuminamur in Tenebris, multifariam perficiamus in ægritudinibus, ſumme teneamur in laſſitudinibus. Ibi dum Panem de Cœlo uiuum (cum fide Apoſtolorum conſenſu fidelis) aſſumo, da vt ſuperſlantialis Panis in hoc ſacro conuictu ſit idem meus, quo paruulus alar, dolens iucunder, ſolitarius conſocier, victor acquieſcam, profugus vna confirmer in patria Angelorum; ibi dum ſanctum, & pacificum Orbisque pacatorem omniũ gratiarum ſpiritum vnanimes petitis; vnanimes acceptus a Domino; præſta, vt in veſtra pariter vnitate, in tuo Deiq; ſpiritu ſalutari initar meo; vt vno efficiar ſpiritu cum eo; hoc flammeis prophetæ notis excuram proficiens, perſiſtam in charitate perſeuerans; eleuer a terra perfectus, Cœleſtia mediter, terrena contemnam. Ibi dum datur vobis a charitate perfecta diuini Amoris, Spiritusq; uinculum, vnde credentes fiant per vos vnum in Chriſti corpore Corpus, & vnus Spiritus. Da ut eodem ego Creatori iungar;

Redemptori colligar, cum Ieſu prænunciar, cum perfectore perficiar.

Ibi dum odor itidem veſter ſapit ſuper cinamomum & balſamum in odorem ſuauitatis, effice vt hinc thus meum, & mirrha, hoc igne fragranter aſcēdant, Domino redoleant; adeo, ut in nouiſſimis meis det mihi talem ſomnium, vt in eiuſdem dilecti mei finali ſinu, & amore quieſcam; & det illum amoris ignem, quo ingenti lapidatorum amore flagrem; det illud Paracleti Lumen, quo videam Cœlos apertos; det illam gratiarum gratiam, qua Ieſum contempler in Dei Patris gloriam ſedentem; det illam Arborem vitę; quæ in medio Paradiſi floret, quæ inculta in me radicata gratia vireat, frondeat, germinetur in pari charitate ſanctorumque gaudium.

Det illam de altiſſimis flammam, vt cum Paulo accendar, & erudiar, det illum Altiſſimi ſenſum, vt cum Paulo de perfido peccatoreque commuter in fidei Tuba Doctoremque Gentium .. Amen.

IX. Salue piorum ſalus, iuſtorumque fomes, ſpirituum; ſalua me ad multos annos non ſuper hunc Montem de lætalibus Montibus Gelboe, vbi orauit Regalis propheta Dominum, vbi Ros, pluuiaque deſijt; ſed ſuper hoc Altiſſimæ ſpei fac me conſcendere cacumen, vt diuinę Viſionis incolere, & ſpeculari poſſim, vbi Chriſtus aſcendit ad Regna Cœleſtia, vbi Ros Cœli tanquam Manna recreauit hominem, tamquam pluuia impinguauit vniuerſum, omnium Dominatoris, & Paſtoris æterni vbi euolauit ſuper nubes Cęli Conditor, & fulgentiſſimus cęlicolarum ſtipatus, cinctusque coronis introiuit in patulam ſuique Regni Gloriam; hinc igitur hauri, hinc propina mihi tu Fons vitæ aquæ viuæ Calicē; ut hunc bibam, & bibendo, in quolibet hauſtu ſitiam, ne ſitiam in æternum; hanc irriga, ſaginaque Terram huius doctrinę pluuia, vt illā fermentet & colat ſanctus Dei Spiritus; hoc lætabili, ſuauique Vino lætifica cor hominis, vt vere caſtus, lętetur in Mundi anguſtijs, glorietur & in opprobrijs; hoc puriſſimo lacte lacta me in longa peccatorum amaritudine longęuum, vt veluti puer

ſugam

ſugam lac puritatis; ne putreſcã in deperdita innocentia; hoc dulci benedictoque Pane pabulare me eſurientem, oblectare triſtem; vt diu, & ſplendide viuam in Verbo Domini; o Domina; ſine cœleſtis Panis Azimi ſemen, o diuinorum ſeminarium in hac germana tribulorum, ſpinarumque Terra, vt mihi ſit Tempore meſsis, per te omnium remunerationis parentem, multorum bonorum collectio; per te vitæ Matrem, vera vitæ frumentatio; per te gratiarum Domina, æternarum gratiarum expletio, in hac futuraque Domini vinea.

Præbe pugnacem Apoſtolici Spiritus gladium, o terror Dęmonum, qui cum pugnaciter impios repellam, vt cum meis rebelibus viriliter pugnem. Amen.

X. Aue ſolitariorum Turris excelſa, munita Ciuitas, placidiſsimaque Societas, detine ſuauiſsimę me ſuper hoc non Dauid, non Effrem; ſed beatæ, & Angelicę ſolitudinis Monte, vbi omnium Rex populorum ſuum pauit Gregem, vbi Propheta Magnus vobiſcum, tam glorioſus, tam voluptarius toties manducauit, & bibit, mirabiliter, & totidem loquutus eſt de Regno Dei.

Obumbra me Domina pauitantem ſuper hoc non Eliſei, ſed Ieſu Monte, cuius ambitum nullus formidabilis incurſat equus; nulla huic mortalis inhęreſcit ſuſpicio; ſed ibi ſummi boni millies beata excucurrit præſentia; ſummi Dei, Beatrix effulſit Imago, Sanctorum Dei requieuitque Pax, deſcenditque Spiritus.

Amplius nutricare me Dei Sanctiſsima Nutrix ſuper hoc non vmbraticum, ſed veri, non temporarij, ſed Regis ęterni thalamusque Colle, quem nulla terreſtris inficit fames, nullus exurit ęſtus, ſed ibi Cœli Cœlorum nutritur Aura, & Angelorum alitur, ſuſtentaturque ſubſtantia, & mirabiliter homo, eius humana ſitis, & fames, multifariam, multisque modis impletur, ab almi omnium beatorum Spiritus ardore.

Iterum firmare me Domina ſuper hoc, non Ezechiæ minitantis interituro, ſed perpetuo Chriſti Ieſu ſtabili Monte; vbi tam mira ſuſpicitur, tam varia indagatur, & apparet amęni-

nitas, tam iucunda floret viriditas, appetiturque ſuauitas, tam multiplex remanet opulentia multiplicaturque benedictio, æque puſillorum, ac Dominorum, de lectiſsimo Grege Domini; hunc hodie mecum viſita libens, acole lęta, perluſtra cu pida Monte, o Montium æternorum beataque claritas; dum eundem libentiſsimæ tecum coluit, & incoluit, eadem Cœli Terræque ſpecies; eandem exaltauit nobilitauit, virtutum Virtus, ibidem magnalia itidem ſua operatus eſt Magnus ille Mũdi Architectus, omnium vtique Redemptor, Adminiſtratorque Deus.

Hic eleua me tu ſuper omnes eleuata Cœlos, ſuper hoc beatorum viſionis, admirationisque Monte; vt ibidem Abrahæ e filius benedicar ego, ſemenque meum ab ore Altiſsimi, & a benedictionis æternę vociter Voce; ibi Dominum Deumque mẽum vere contempler, vere deguſtem, vere glorificem, traſmutatum in vere ſolis gloriæque Solem. Ibi cum Moyſe Scripturæ Legem a Dei digito ſcripta, Dei manu ſuſcipiam. Ibi cum turbis ab omnium Saluatore Gentium de mea ſalute erudiar, ab omnium Pane viuentium paſcar, a Mundi ſaturitateque ſaturer. Ibi munder leproſus, Cœcus illuminer, paraliticus firmer, fidelis appellem, ſaluandus Agnus, mutusque prædicem Ieſum ſalutare meum; dum in Monte miraculis clarus, in Monte paſſus eſt crucis turpitudinem, Crucisque ſuſtiſtinuit Mortem pro mortuorum Vita; in Monte in Cœlis triũphator aſcendit, & ſuper hunc Montem, de Monte eminentiſſimo, Sanctoque Dei æternę iubilationis, & ſecuritatis hodie in nos demiſit Spiritum. Amen.

XI. Aue immutabilis Numinis pium ſapientiſsimumque Numen, & Spiritus Sancti Decor, & Amor, protege prudentiſsime me ſub umbra Alarum tuarum o ſpecioſiſsima Colũba Dei, vt immortali tecum purificer, prober, & inflammer igne, ne aquæ multæ eſtinguant meum erga Deum & hominum mutuæ tuæ charitatis ardorem huiuiuſmodi flumine; da, ut totus muter in flammam, ut hac peritum amantem, hac progrediar ad intima amati; eius omne libitum velim,

eius

eius ardore ſemper ardeam; eius lumine ſemper intuear; eius decore, & ſplendore ſemper reſplendeam, & decorer quem omnia conſpiciunt; eius conſpectum ſemper ſpectem, quē omnia perficit; eius pleniſsimo amori ſemper amem, quem omnia diligunt; ita, ut ijs gradibus gradiar ad Domini mei finalē gaudium, finalem notionem, & uiſionem, eiusque mirabilium ſuauiſsimam uere contemplationem.

Præſta iterum mihi tu tota deuota, tota formoſa, vt dum Spiritus Sanctus exornat Cœlos, ornet & animam pulcherrimæ meam, vt in amplexu, conſpectuq; Creatoris qualem crearat talis appareat, is itidem Spiritus exiſtens æternæ pulchritudinis laus, expandat ignem amantiſſimæ ſuum, vt mihi luceat per noctem; hæ Dei vox me hominem nocet ad Dominum; hoc Ieſu ſalutare Verbum poſtulet a Saluatore meo ſalutem meam, gemitibus, quidem ineffabilibus in vere internarum fluxione Aquarum.

Hæc Cœli vox mihi deſuper in Tuba canat, in Turbine ueniat; ſit Ventus vehemens, qui mihi ſemper ſpiret, qui mihi generet pluuijs; vnde me in fletu purget, commoueat Fulgura, vt me tribulatione fulgure illuſtret, gignat Tonitura, vt formido ad terrorem nouiſſimorum excitet; adeo vt cum Chriſti ſectatoribus plenitudinem Euangelij ſecter, & eiſdem cum Dei Nuntijs amici peccatori increpem, ſapienter arguam, præuaricantes exemplo conuertam, horum pariter Tenebras cum gratuito gratiæ crimine ſerenem, is Domini Spiritus ſit Regis mei nuptiale pallium, delictorum meorum turpitudinem cooperiens, ſit vera inimicorum dilectio, qua inimicos amice complectar, amice ſuſtineam, aduerſarijs vbique meis amanter obſequar, & omnia ad illorum vſum, & commoda Chriſti diſcipulus exponam, ſit mihi Domini Spiritus pœnitenti fructuoſus, proficienti lætus, fideli operoſus, perſeuerанti uictor, & cum Apoſtolis Domini Martirij glorioſus.

XII. Aue Spiritus vere ſanctus qui es diuinæ voluntatis erga nos pia, prouidensq; Spiratio, qui es a duobus Spirantibus prouiſio, qui es bonorum omnium ad nos e Cœlo emanatio,

tu

tu ſemper a Patre, Filioque procedens, da, vt te Trinum & vnum Deum in triplici, & vna adorem Eccleſia, & conglorificem. Amen.

## *Ad Beatam Virginem Mariam*, *Contemplationes XX.*

AVE dominicum de Cœlo Lumen, quod in Terra alucinantes illuminas, illo fęcundata Sole, qui ſemper viuificat, illa nobilitatis ſpecie quæ ſola Deo aſſimilat hominem; ad illam copioſam Menſam, quæ ſemper affluit, & ſatiat; illa veſtita Lucæ, quæ ſemper miratur illuſtris, & nunquam Occidentalibus occidit; illa vnctione vncta quæ mollit ferreum, & ſanat egrotum; illius ſpectata vigoris, qui omnibus viget, & vetera queque renouat; illa recreata iucunditatis Aurora quæ ſuauiter a tuis benedictis, gratiæque labijs ſpiras; illo erudita ſpiritu, qui extollit mentem humiliter orantis in Cœlum; illa Domini fulcita virtute, qua perficitur infinitas; illo expleta fonte, qui nunquam deficit, & perpetuo fęcundat, & ſubit in Deum; illo concinata decore qui linit matutina ſydera; illa gemma perilluſtris, quæ mirifica ſplendet, & admodum præſtat cæteris Paradiſi Theſauris; illa rubicunda charitatis flamma, quæ ſemper ardet coram Deo, & Agno; illa iuſti ſerenitas, quæ peccati noctes ſerenat; illa denique Pax, quæ pacat, quæ placat ſub Sole vniuerſa.

Perficientur igitur omnia quæ dicta ſunt tibi per Veteres, recenteſque Prophetas, a Domino, dum Emanuelem iam cō cepiſti Virgo; eum agnoſcet Bos poſſeſſorem ſuum, & credebit Aſinus præſepæ Domini ſui, miſericordiæ Regem adorabunt Terræ Reges, veniente Deo in Aegyptum mouebuntur idola & ſimulacra eius; erit Sacerdos Altiſſimi Magnus; ſtabit in deſerto Sathan a dextris, vt aduerſetur ei; aperiet Cęcorum oculos, & Surdorum aures, in teſtamento ſanguinis ſui educet Vinctos de lacu; exultabit vt Gigas ad currendam uiam Paternæ voluntatis, & quemadmodum fuit a ſummo Cœlo Do-

Domini egreſſio, ita & occurſus erit vſque ad ſummum eius. Sic de ſuo Patriſque Spiritu effundet ſuper inſcios, & de plebe ſua linguas ſapientiæ flammeas exire faciet, vt loquantur diuinitus piſcatores inſipientes in auditu, ſapientes in cuſtodia verbi; & fiant ignobiles in auditu, filii Dei, ſicuti ſuis prædixit Apoſtolis: ſic paſcet, & requiret, Oues de grege ſuas ſecundũ Prophetarum ora, mortuorum tumulos aperiet, reddet ſuum cadaueribus ſpiritum; ſic iudicabit orbem Terræ in iuſtitia iuxta Regalis Vatis oracula, vt qui in Terræ puluere dormiũt, alij vitæ æternæ ſacrentur in præmium, alij perennis ignis & Barathri corruant in pœnam. Hæc eſt, & erit a naturæ increatę ſapientiæ iuſſu, & Chriſti Ieſu in Regale Maieſtate iudiciaria poteſtate poſitus.

O per cuncta ſæcula prædicabilis, & benedicta paruula, ut quem concepiſti ſit Magnus Vniuerſorum Dominus; quæ in tanta nuditate paries homo, cum homine viuet in viam pacis: Deus peccatori indulgeat, vt caro tua de carne mea immoletur Chriſtus pro homine homo, in præparata ab æterno Adæ lapſu, in propicia Crucis Ara ſacrificetur inquam Hoſtia innocens in odorem ſuauitatis, ita vt in miſericordia conſcendat in gratam victoriam, deſcendat de ſtellifera Regni Cœlorum Aula cum iudiciali Cęli Curia ſuper fulgentia Tonitrua, ſuperq; ſanguineas decorati Cœli Nubes, ſui Magni iudicij Tribunal; conſtituat Thronos duodecim Iudicantes duodecim Tribus Iſrael, ſedenti ibi ſeuerus malorum punitor, immenſus ibidem bonorum remunerator Deus, cui omnis Imperij laus, iuſtitiæ veritas, miſericordiæque gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

II. Aue ſine maledicto Fęmina, ſine coniugio Sponſa, ſine grauamine Mater, cœleſti puritate candida Aurora, ſuper cœleſti ardore flamea, vt in ardenti canicula Sol, veſtita viridi ſanctæ Spei, dum in te, non e Viro, ſed a Deo generatur Emanuel; tu quæ virtutum videris circumamicta varietate, dum te ſanctus repente fęcundat, cumulate ditat, ornatque Spiritus: floridis coronata Sertis, virilem penitus ignoras conſortium,

dum

dum verbi concipis diuinitatem, de tuisque viſceribus puriſſimis humanitatem; tu triumphales fructus merito ſummis victrices a Cęleſti conſortio armillas, quæ in bello ſola virgo Iudith decollaſti Oloſernem; dum tortuoſi Colubri mortiferum vales conterere caput; hinc ſola meres audire exultantis elogium, quæ ſola Chriſti conſeruaris Sacrarium, ſalutarisq; Spõſam, præ coniugali Dei, & hominum coniunctio, quod in tui virginalis vteri Thalamo parauit Dei concelebrare Filius; vt aglomeretur ſuo Artifici immago, ſuo iungeretur corpori caput, hęreat Saluatori ſaluandus, cohęreat ſuo Genitori filius.

Meres iſtud Aue ſine macula Mater, ſine exemplo ſancta, ſine comparatione Virgo; dum tua efficitur humilitas cœleſtis gloriæ ſanctuarium, & fundamentum; per te ſummittitur tempori æternitas, vt inde egrediatur Orbis terræ Salus.

Meres iſtud Aue æterni Regis Mater & filia, quæ ſola habes (ad oſtentationem virtutis ſollite in Deum piæ propiciatorijs in homine meritis.) Sandalia ad talares Virginum robur, præcingens zona perpetuę caſtitatis aurea, reciproca Emanuelis pietas, quæ reddis fidentẽ Domini ſponſam, qua gratię plena obtinet cęcus lumen, viſitat Paſtor ouem, ſuſcipit Pater prodigum caditque ſuper collum eius mutuam Dei benignitatem; homo ſic a Deo mutua ſimilitudine procedit, ut a Sole Radius, a Flore Mel, a Radice Germen. Tecum ſit cuſtos Spiritus Sanctus, nam ſola prębes miſeris beatę lęticie gloriã; ſola cooperis gementes, & flentes palio, nauigatori portum, ęgro vitam, derelicto præſidium, & oppreſſo ſubſidium paras.

Hinc ad tuos ſanctos Mari, Terręque pedes ſtupidus Oriẽs, & Occidens proſternuntur, & ad te vna luce, vna voce laudis, vno adorantur ſpiritum conclamantes Aue Dei humilitas, humilis ſublimitas ſanctæ Ciuitatis aurea gemma, eburnea, criſtalinaque Porta; nobis aperi in remigratione ad atrium eius, & ora pro nobis Filium in æternam ſalutem. Amen.

III. Gaude plenitudo Figurarum, documentum Scripturarum, deſiderium Prophetarum, adimple vota mea de Diuina generatione tua viatorem ad Deum; hodie præmoſtra mihi

hi rectos impolutoſque tramites vitæ ianua, & os meum aperi in canticum laudis; dum pacis Speculum, gaudij fomentum, meriti præmium, in pacifica fidelis Eliſabeth, & Zachariæ tecta appropinquas; educ me miſericorditer tecum, Alma Dei iuſtorumque Mater, hac de Terrenorum planitie, ad altitudinem ſanctorumque Montem, vbi amabiliter influat in aures quotidie meas ad gloriam vox Spiritus Sancti; intromitte me ærumnoſum huius uitæ militem, in beatam domini Domum, in qua tecum debito honore ſuſcipiar, cum probato & ſancto Sacerdote, admitar Altiſſimi Solium, cum vaticina coniux Eliſabeth acclamem Domini Matrem, cum afflatu col laudem inter fœminas benedictam, cum præcone, Deum in Virginis vtero agnoſcam, & exaltem vellata porro tui virginalis clauſtri, præſentia Saluatoris Dei mei; en ecce, dum vix præ fatas horum Aedes ingrederis, quam demiſſa, quam ſtupida, quibus exhilarata gaudijs, ad te in fide aduolat Comes annoſa mater Prophetæ Domini, quæ a ſancto Spiritu præuenta, & erudita, de Dei incarnata ſapientia, hæc de ſe effudit memoratu digna. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui Ieſus*; quaſi dicat, in te ſane ſpecioſiſſime floris virga electa e radicis Ieſſe, egregie pręcognita, e Iacob vaticinio ſydere decerpta, e campi flore inueſtigata, æterna fęminei ſexus perijt ſeruitus, & reuiuiſcit benedictio; dum quæ ſeuit Aeua in lachrimis, tu metis in gaudio; per te namque propagatur Sarre ſeminarium, Rebeccæ amabilis innouatur integritas, ſpecioſe Rachelis repullulat pulchritudo virginis Delbore roboratur bellica virtus, Bellipotentis dilatatur fama Iudith, beneuolę Michol appetitur benignitas, pia reſplendet ſanctitudo Eſter, potiſſima Lie exaltatur humilitas; dum concipis Virgo in fide Deum, & in profundum humilitatis conſortium hominis expers, generas Hominem, & vt adiungatur gratia ad gratiam, hodie ad reciprocā fidei deuotionem fęcundatur ſterilitas, vt concipiat decrepitas, vnde benedicta dicaris inter omnes fœminas.

IIII. Gaude pulchra amicorum Dei dilectio, viatoris ad

Dominũ ſemita,cuius viæ piæ virtutũ pulchritudinis pulchrę, cuius præuiſa fulcitur ſtola floribus, hortorum irrigator fontibus, veſtitu fulget deaurato,cuius innumera, luciferaque merita,clariſſima fiunt veluti ſtelle Cœli, quæ iuxta viſiones ſanctorum in ſuis cuſtodijs dederunt in lucem ęternam; tua itidem plena, maternaque gratia, eſt odorata nimis veluti fumi virgula ex aromatibus hodie; dum tibi propono ob oculos fructum a Patre, ab Angelo, ab homine ventris tui benedictũ; adſta mihi immortalis laudationis, contemplationisque Lampas, eſto itineranti Stella, peregrinanti Robur, curſori Brauium,pugnanti virtus, a benefica Domini manu Merces;dum ſic profecto ſolus e laudabilis in Cœlo,& in Terra,& ſuper omnes exaltatus; hunc memorare Regem Regum de domo Iacob, qui regnabit in illa miſericors in æternum, hunc reminiſcere pacifica filia de ſemine Abraam,dum ſanctus ſanctorum in te introcluditur ſuperni Imperatoris æternũ Orientem, in cuius puro,mirabilique cõceptu efficeris Porta Cœli; & dum Regnum ab illo recipis virginitatis, eundem generes Regem caſtitatis;ſic, vt nequaquam de manibus tuis perdas Clauem auream pudoris,dum benediceris Mater Saluatoris. Hic eſt ille a Patre, qui eſt in Cœlo ſedens, in Terra iacens, qui uenit de Deo ad hominem vere Magnus,vt omnibus præſit, vere ſapiens,qui nouerit omnia,vere prouidus,qui cuncta gubernet, vere mitis,cum proprium ſit miſereri ſemper & parcere, verę amans, qui omnia ad ſe ſuauiter amantem trahat, vere Rex Regum,quia Rex Magnus ſuper omnes Deos, vere Deus, qui Cœlum & Terram de nihilo condidit; is itidem in ſumma tibi quoque fuit reuelatus ſapientia, & diuinitus prænominatus ab Angelo,a Mundi futura ſalute Saluator, ab eccellenti primatu Paſtor, in Altari ſacramento Sacerdos, a Mortuorũ reſurrectione Vita, in iuſtificatione peccatorum Gratia, ab æterna generatione Dei, Deus, a virtutum Domino Dominus, a miraculorum magnitudine Magnus, a pio miſericordiæ Regno Rex,& de Paternitate Regni æternus.

Hic pariter tuo conferatur in corde; qui eſt in gloria uiuẽs

in

in ſæcula benedictus; qui tuum elegit ſacrarium in Spiritus Sancti Templum, vt interminatum erigat Dei Deus ſuum Tabernaculum cum hominibus, exaltetur tentorium Abrahæ quod ſtrauit humi Bethel, ſtetit propugnaculum Syon, quod ſtruxit ſapiens Dauid, in tutiſſimum Regis Iſraelitarum præſidium.

Hic tamen uenit in ſua ſanctitate humilis, in omnipotenti Potentia obediens, in præexcelſa Sapientia Creator, creaturæ addictus, Pater filiæ ſubditus, in Paterna claritate pereuntibus Paſtor, in Regali nobilitate ex milibus electus.

Venit amplius iuſtorum caput glorificare iuſtos, miſericordiæ Deus tollere Mortem peccatorum, ſalutare Dei ſaluare in Terris oues quæ perierunt, diadema Patris, ut faciat tibi ſuũ coęquale in Cęlo, Terraq; Regnum; vt a facie ſanctorum Principis deleatur peccati Tiranus, & in te appareat tanti Regis ſanctitas, & miſericordia in ſæculorum ſæcula; vnde merito benedicaris ſuper omnes fęminas.

V. Aue virgo de Ancilla Domini, Domini Mater, de humilitatis Filia Cęli ſublimior, de homine nata Sole purior, de Aeue partu Cherubim glorioſior, de Adę ſemine Seraphin ſanctior, de ætate ferrea ſæculum aureum; te porro tantum diuinat hodie vates fidelis Eliſabeth, dum te amplexatur debito cum honore, & pia oſculatur, ſummę pro talis parentem, quæ meritorum tuorum memor ſic affatur Archangelo credula. *Et vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me, beata quæ credidiſti, quoniam perficientur quæ dicta ſunt tibi a Domino*, quaſi labijs ipſis hæc ęternæ veritatis afferat, ad quid Almę Trinitatis Mater, & Filia, venit ad ſeruulam? reſpicit infimam? honorat abiectam? Beata quę credidiſti quia cum fidei vinculo tu homini cõiunxiſti Deum, cum Verbo copulaſti carnem, cum ſeruo pariter cõiunxiſti Principem; ab hac potiſſima tua, incarnati Deique gratia, diluas Alma Dei Mater ab humana Natura culpam, gratia plena, a culpa pœnam, vitæ Genitrix Ortum ab Occaſu, ſummi boni fructus, a virginitate ſterilitatem, deiparam, a dolore partum. *Beata quæ credidiſti*, quia es

illa Dei præuiſa, præcognita, prædicta, præcelebrata Mater, quam Patriarche præfigurarunt, Prophete promiſerunt, nunciauit Archangelus, fidelis credidit Iſrael, & primi in Tenebris Patres per te de ſuperno lumine lumen expectarunt. *Beata quæ credidiſti*, quia quem audiſti, eſt Dei auditor attentus, quo tenebaris nulla terrena commouet affectio; qui tibi tam inaudita ſpondet, de ſumma nobilitate deſcendit, qui tã magna prænunciauit, in æterna claritate ueritatis habitat, qui tam abſconditum reuelat noſtræ ſalutis miſterium, nulla humana obſcurat infirmitas, caduca non corrumpit perdicio de uia non inflammat affectio; hunc bonorum Dei reminiſcor hęredem, quem nullus liuor immutat, eundem in charitate manente tecũ, quem ira non excitat; ita ut in te operetur amanter Dei Saluatoris opera, vt expedit tanti dominatoris Imperio pleno, in hominis gratiæ, & veritatis, vnde benedicta dicaris inter omnes fœminas.

VI. Aue Luna Cœli miſtica, virenti caſtitate frigida, natali humilitate humida, Sol diu charitate radians; adeo coruſca æternorum Sapientia rutilas, vt in albore germano Luna, in pulchritudine Solis viuide Stellarum Regis Thronus, ſpecioſa virtute aureus, eidem candeſcas Alma puritate niueus, errigaris Imperatori Syderum, & Nubium præcelſa Mater; quę dum ſolari lucæ luceas cum ſtellantibus oculis, ſola Terræ Tenebras relumines, talis nunc de vero Sole, & Oriente Deo, tua micat, fulget, clareſcitque intrinſecus effigies, & huiuſmodi extrinſecus fingitur imago, vt de aromatum Cella, quam ſeruaſti Paradiſi Principi, vt de plenitudine tua odorifera, talis nunc vnguentorum tuorum ſpargatur odor, guſtetur iucunditas, diletetur amænitas; qualis in te de Libano diffunditur ab illo, qui ſuauiſſimæ floret, & flagrat, indeſinenterq; paſcit inter lilia, vnde benedicta dicaris inter omnes fœminas.

VII. Aue miſeratoris Dei Nubes, quæ hodie tam expedita defers Terra Cœlum, tam obediens educas Creatura Creatorem, tam reuerens conſocias Famula Dominum, quem in humilitate meruiſti ſubditum, in credulitate ingeneraſti Deũ,

in

in obedientia humanum,ad infima traxiſti Regem, Virginitate cõpegiſti hominem, in ſanctimonia hauſiſti de Regno Cęlorum Sanctorum Sanctus. Tu dum iuxta Domini Nuntiũ, Domini Prophetam fidelis adamas, Dei Saluatoris aſcendere Montem, & Domum Dei viſitare Iacob, vt Virgo grauida cuncta continentis,& prægnantis congratularis Eliſabeth. Eleua interim me humi ſtratum, ſuſcita ſepultum, quo religioſe mercis in Deo mutuo delectatus,hoc ſolenni aſcenſu conſcendens, collium illic ęternorũ tecum occupem; iuſtus, & congaudens tecum fruar amænitatem. Tu dum pariter progrederis animatum Regis Angelorum Palatium, geſtans in Vtero qui Verbo portat Vniuerſa, & Viatoribus occurris in non humana, ſed Angelica curia coronata; duc tecum me, Virgo dilectiſſima, vt illis gradibus charitatis tecum ambulem, quos te docuit infans Emanuel deambulare vias ſuas, dum decuris hodie Mundi via, veritas, & vita veras fidei ſemitas, & hoſpitalitatem, vbi tecum, non de ſolo pane viuam, ſed de vero ſalutis verbo recreer quod de ore Dei procedit. Hinc Iuſtorum laus proclamabit, te benedictam inter, omnes fęminas.

VIII. Aue amica Dei per humilitatem, columbam per charitatem, formoſa per caſtitatem, memorare læta, quam honorifice ſentit & pręloquitur Zacharias Sacerdos Prophetaq; Domini; dum benedicitur,prę Regis Præcurſoris Pater; dum mutus eloquitur, magna fide incredulus; os aperit ſibi præ miris filij natalibus in Hymnum,in Panegiricon illius,qui erat,& æternus eſt concentus.

Memorare,vt hæc de increata Sapientiæ Miſteria enunciat; dum a ſancto Propheta benedictus fructus ventris tui recognoſcitur benedictus Deus plebis ſuæ Viſitatio,adoratur redẽptio,de ſemine Dauid naſcitur,ſaluandis de Iſrael, ſalutis cornu noſcitur, Terræque ſalus, & miſericordiæ conglorificator Dominus, Teſtamẽti ſui ſancti promiſſus ſuſcipitur Angelus; eius Propheta, & Præcurſor, pręditur filius; dum tot clarer ante Paterna vicinalia lumina miraculis, prodiens Dei Vates, Iudicis Præco, Saluatoriq; præuius,de ſterili longęuaque Eli

ſabetha

ſabetha matre, vt idem abluto a peccato, præcurrat vox Ver bum, præco Iudicem, ſeruus Dominum, cinis ſuum Deum, humilis Altiſſimum.

Hic eſt ille Alma pietatis Mater, qui in ore Mel, in aure Me los, in pectore Robur, in corde Iubilum, in oculo Gaudium, in carne Puritas, in ſpiritu Lux, in anima Salus, viatori Baiulus, militanti Palma, & gemmata de Regno Dei Triomphanti Corona.

Vnde Regina Cœlorum primæ terrenam ademiſti mulieri ſeruitutem; Vitę Mater, ſuſtuliſti mortem, deleuiſti maledictionem; gratiæ plena, vbique locorum audies, vnde in æternum benediceris ſuper omnes fœminas.

IX. Aue Domina glorioſa excelſa ſuper ſydera, dum qui te creauit prouide, ex te in Mundum natus, fit Viator, atque Comprenſor; hic eſt, qui nondum in hanc caliginoſam Mun di lucē prodijt; tamen deſuper incolit inacceſſum; hic eſt qui Mundū pugillo cōtinet vt Deus, & tamen continetur vtero par uulus, paruulus repente concipitur homo, & generatur, a Deo Deus in Cęlo Maximus, paruulus alitur de tui puritate ſanguinis, & eſt omnium Vitę Auctor, & nobis iam vitam gignit, perficit, & meretur æternam.

Hic eſt ille, (o Sancto Spiritu fœcunda) qui mirabiliter in te deſcendit oriens a Patre Lumen, vt exaltet Altiſſimus humi lia, amictus Carne Deus, eleuet hominem ad Deum, traducatque de Inferno ad Cœlum, de exilio ad Patriam, de merito ad Præmium, de Aeuæ liberos, ad Gloriam Paradiſi.

Hic valetudinarius pręmittitur Medicus ad ęgrum, prouidus accedit Vitæ Pater ad mortalem, ſalutis ſuppeditatur farmacum ad moribundum, dum venit huius Mundi Reparator.

Hic noſter naſcetur, Germanus in natiuitate, Frater epulabitur nobiſcum interim amantiſsimus in fraterna charitate, Sponſus perſeuerabit fidus, in labore Socius excuret vigil, in via Mundi coaceruare quæ diſperdit homo; vnde merito bene dicaris inter omnes fœminas.

X. Aue deſiderata a Gentibus Mater, quæ fide meruiſti

prin-

principaliter ſcrutari Verbum, e veterum recolligere figurarum veritatem, & Dei Vnigenitum recipere in Filium, & totius conſolatus corregnabit Deus cum fidelium, dilecto vitę ęternæ conſolationis Conuiuator, & Paſtor; qui ſolus procreat, & paſcit animantes.

Gaude dum hunc in plenitudine gratiæ habere in vtero Deum, & hominem meruiſti, Deum in Sancti Spiritus ſanctificationem, hominem pro homine in holocauſtum; En ecce Deus quem penitus ſitiens, & eſuriens flameo meruiſti per charitatem, Diua reuoluere mente, per Sapientiam meliſluam, deoſculari labijs, per canticum laudis Angelice ſpeculari, uiſu per dulcedinem, Materno fouere, & amplexari ſinu, & beato potiri ſpiritu Gloriam. Ideo reſpice Chriſtifera, quo cultu pia, quo ſpiritu afflatum, quibus accentibus Canora, Huic manibus & voce plaudat, & iubilet cognata tua, quo grauamine plena, & iam coram Emanuele exultat Propheta Domini Ioannes, quo laudis pulchritudine vitam Mundi cantico pandit, Lumen æternũ Vas minus precioſum, opus excelſi mirabilis, vbi reponitur ſolius Dei Patris oblationem, vnde benediceris ſuper omnes fœminas.

XI. Gaude Virgo diuinitus honorata, quę ſola vertis primæ fœminę dedecus in honorem; tam ſublime exaltata, cui virtutum Dominus per fidem dedit ſoluere quod alligauit Aeua per incredulitatem; Altiſſimo tam accepta, quæ in perditorum gratias ante ſæcula viuentem produceris; tam ſingularis, & caſta, vt tua Virginitas partu Deum nobis dones; tam ſancta, vt ſuper te amabiliter conquieſcat vbique Spiritus Sanctus; tam ſine macula, vt ipſe ſibi ſtellarum pulchritudo tergat decorem, in ſæculum; tam intacta, vt Virginum ſponſus exhornet in ſponſam; tam fœcunda, & diues, vt meritis affluens tua de Cœlo gratia virtuti præmiũ retribuat; tam in fide beata, vt quæ fide concipis, producat in ſuis fidelibus fructum in vitam æternam.

Beata quæ credidiſti, quia Virgo glorificaris coram Angelis, Virgo ante ſponſum, Virgo cum ſponſo, Virgo ante Filij aduen-

aduentum, Virgo perſiſtens, mira, & laudabilis nimis poſt Filij partum.

Beata quę credidiſti, quia fide ſola potes, & vales, ſuſtinere, & fidus ambigere Solem, Centrum circumcludere ſpheram, in terrę ventrem declinare Cœlum; dum ſtatuit Mundi Fabricator in te ſalutis operari exordium; dum in tuo volucrit coarctari clauſtro; ut ibi fiat Terræ Cœli copula, longitudo Domini breuis, Dei latitudo anguſta; iaceat Altiſsimi profundum, planities, cubet ibidem Cœleſtis Altitudo, Regis humilitas; vt nos infimos, e tam miſero malorum pelago ſubleuet, ad bonorum magnitudinem; Filij dexteram, conuocet Emanuelis hoſpitalitas, traducat omnipotentis Poteſtas, tam potenter, vt infinitum apprehendas pro finito potentiam; tam ſapienter, vt ſummam enutrias pro infimis ſapientiam; tam amabiliter, vt immenſam ſuſtentes pro humana imbecillitate virtutem; adeo, ut primi hominis triſtitia compenſetur in Cœli gaudijs, primi Patris perditio commutet in ſalutarē gloriam, vſus de terra labor, & dolor, ſuam ſibi aucupetur in omnium bonorum requiem, dum per te ſaturatur eſuriens, per te diligitur vt filius, in patrias remittitur; & fit vnum in nouitate Dei, & Sancti Spiritus Ouile, & Trini, & vnius nos paſcit in Trina, & vnica factori vniuerſitate Paſtor requie; vnde vt benedicaris Pacis Domina, Dei Mater, & Nutrix, pudici amoris Idolum inter omnes fœminas benedicta, Dei honorificeris Mater, & Dei, benediceris ſacellum, vt apprime benedicta pronuntiauit te Angelus inter omnes fœminas.

XII. Suſcipe Verbum (verbi ſacra Parens, flos de ſpina, ſpina carens,) quod tibi tranſmiſit per Angelum Dominus in aſſenſu fidente, vt illud fidele dum corde perpendis ad iuſtitiam, Maternis ad dignitatem vlnis amplexeris ad meritum, humeris portes, omnium vocem audias, Mundi pabulum Paſcas, ſpecioſus præ filijs hominum Materna cum temeritudine oblecteris.

Hoc interim Cœleſti fructu gloriare pulcherrima Virginum qui producet in Terræ vmbra zelatæ Mortis, vitæ lignū,

morti-

mortiferę plantę immortalia germinabit beata Poma; cum apud nos omnes derelictos ſuauiſſimus remanebit Emanuel.

Hic eſt ille in ſęcula viuens gratiarum Deus, cui ab ęterno placuiſti paruula, cum gradiebaris cum illo cuncta componens, vt de paruula fieres Mons Domus Domini in vertice Montium, vt paruula uiſceribus illum generares Deum, & hominem; paruula geſtares in vterculo cardines Cœli, paruula Mundi ſuſtineres firmamentum, paruula proderes Aurora Solem; qui nullum patitur Occaſum, qui in te naſcetur ſpecioſior, clareſcetque Luna, Stelliſque clarior, adueniet matutina Aurora expectatior, Lucæ lucebit amabilior, ſic; vt inter Matres emineas, vti ille Luminare maius inter Mundi Tenebras, & dum mutua tibi datur a tam pręclara conceptione celebritas, illam complearis plena, perfectaque gratia, in Ventre; qua perfunderis in mente; & ſic exurgas inter hominum filias, vt lilium inter ſpinas vnde benedicta dicaris inter omnes fœminas.

XIII. Suſcipe Verbum (Virgo ex milibus Mater, electa,) quod iam de Cœli ſede reſonat, quod ſpirant terreſtribus, de humana carne pacem, cuius aduentu adueniet ad te ſanctum per ciuitatem fluminis impetus, Terrę qui plantas lętificet, qui primæ Matris dolore alleuet; vt in fidele cor, labiaq; tua, confluat, ad irrigandum Paradiſum; ideo profer Dei benedicta Mater, humanum, & diuinum in hominem verbum, ut permaneat, ſonet, & ſileat; prębe virginalis cubilis aurea, odoraq; clauſtra hoſpitali Deo tuo Saluatori Domino noſtro; vt qui te creauit, qui te prælegit, qui tibi tam magna parauit, te ſibi carpat perennis iucunditatis Pater, in miſericordia Filius, Spiritus vero Sanctus totus amor deſcendat in nuptiali conuiuali tabernaculum; ita, vt te ex gloriæ inquiat, hęc ab æterno requies in ſæculum ſæculi mea, hanc mihi reſpexi prouide, hanc amanter elegi Domum, hanc requiem in Terra, Cœloq; meam; huic præbe Angelorum Domina Archangelo aſſenſum, vt deſuper Cœli Nubes pluant iuſtum, intactaque Terra germines Saluatorem, ſtillent Montes dulcedinem, Colles

annuntient æternæ amęnitatis flores,& fructus conquieſcāt, deſerta terraque exuberet, & ſuper terram fluctus, & flumina fluant, & plaudat omne viuens.

Suſcipe *Gratia plena* a Domino gratiam quam tibi creauit Deus Pater, nobilitauit Deus Filius, ſanctificauit Deus Spiritus Sanctus, in tui claritatem; hāc ſumme a prouida manu Patris, hanc vtere, & fruere a Fili incorrupta Sapientia, hanc ſuccurre miſeris, virtute Spiritus Sancti; iſta lætare gratia quam non perdidiſti vt Adam, non abſcondiſti inobediens ſæpius vt Aeua, ſed fidei paritura conſumatorē miſericordiarū Dei Mater Adæ maledicto remedium inueniſti,& obſequium (filia benedicta Patris ab æterno) in æternum accreuiſti. De cuius ſublimitate gratiæ, ecce verus finaliſque Salomon, qui erigit ſibi Thronum ex ebore grandem;ecce Mundi perfector, qui in Altiſſimis intrat in ab ęterno clauſam humilime vitæ Ianuam; ecce viuentium vita, quo ibi reperitur hominū eſca; ibidem manat Manna Angelorum; ecce Iuſtitia, & veritas, quæ collectaneę confirmantur; ecce ſublimitas, & humilitas, quę copulantur in æternum, Dei & hominis beata fercula, beata pocula, beata vincula in ſęcula, vnde benediceris,ſuper omnes feminas in æternum.

XIIII. Suſcipe Verbum Chriſtifera, Matrum integritas, quod erit ſub homine Deus, vt per illud homo redeat per gratiam, vnde corruit per culpam; quod erit in famula Dominus, vt pręuia Domini humilitate, in terra lachrimarum recuperaretur famulus, quę deperdit primus in deliciarum Paradiſo præuaricator; quod erit in Cęlo excelſum,& in terris infimum, vt tecum de terra extollat humiles ad Cœleſtia merita, conſtituatque tecum Spiritu pauperes ad Regni Cęlorū promiſſam hæreditatem; hunc agnoſce tuū de Cęlo Patrem, lacta in terra Filium, excipe de ſinu Dei, Deum; concipe de tuis Alma Virgo ſanguinibus hominem; eundem confitere virtutum procreatorem; qui prouenit a Patre ſine te in Cęlis; qui vere fit in te ſine Patre in terris; vnde multiplicabitur ſemen hominis in filiorum adoptionem Dei; huic lætare cele-

berrima

berrima Matrum, cuius ſemper intactum, ſemperque clauſum ingreditur, & egreditur Aluum, Sanctorum caput; præ cuius inuiſibili introitu, & puriſſimo exitu ſanctificatum, hodie ab Angelo comendatur puritas; vnde nomineris *Gratia plena*, Mater benediceris ſine pudore Genetrix, ſine grauamine graui da inter omnes Mulieres benedicta.

X V. Suſcipe Verbum Matrum fœcunditas, quod indeſinenter concernit Angelorum Melos, in quo rutilant puriora Cęli ſydera, quod facit Prophetarum ora plane diſertas; hoc Sile, hoc loquere, hoc contemplare, & ora; hoc aperi, hoc moderare purgata, & dotata labia Sapientiæ; hoc age, habeque gratias Deo Saluatori tuo, qui fecit tibi magna, qui ſolus eſt Altiſſimus & dedit tibi Nomen (Virginis Deipare) quod e ſuper omne Nomen, hoc eſt æterni Patris Verbum, quod in te non veſtitur cęleſtis, ſed terrenis hominum ſpolijs, non circonſcribitur ab Angelo, locale, finitum, vt pateat; ſed cęlitus in tuas deſcendit Aures, in tuaque deſcendit viſcera, vt incōprenſibile, indefinitum, vt tuo loquatur ſpiritu, celetur, reticeatque ſenſui; hoc non exprimitur, vt tranſeat, ſed vt in te Virgine lilium floreat conualium, ad Fili Dei propaginem; illoque plane reconditum, plane inauditum. Tu ſola Altiſſi mi Mater habere valeas præ Oculis, præ Auribus, præ Manibus; vnde tam præexcellenti merito, ſic merearis ab Angelo prædicari ſuper omnes fęminas benedicta.

X VI. Aue gratia plena Dominique Mater, dum reddis Archangelo, haſce fidei, humilitatisque voces. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* Ecce Verbum quod ore profers, iam in te dimittitur Paſchalis Agnus, Hoſtia Mun di, & erit Dei Mediator; & hominum coram Patre Aeterno. Ecce Verbum quod ſanguine gignis, iam de Deo, Deus ve nit Triplicis Eccleſiæ caput, & tua nunc repente carne perficitur. Ecce verbum quod tibi tantopere, dulceque loquitur, quo amando exultas, quo toto pſalis Spiritu, quo incomparabiliter ruminas. Ecce Verbum, quod conſenſu recipis, vt in deſenſu Patri videtur obediens; qui vult venire Dominus

ad ſeruos, vt venit Magiſter ad diſcipulos, vt inſtruat; Medicus ad egrotos, vt ſanet; Miſericors ad peccatores, vt ſaluet; qui vult Angelicus manducari Panis, omnium Cœlorum infirmari virtus; & vult omnium Mori reſurgereque Vita. Ecce Verbum quod tibi ſonat intrinſecus, & non auditur, cuius ſonus in omnem iam exiuit terram, & orbis terræ fines ſenſum illius peruagarunt.

Hoc hodie fit in te riuulo Fons, idemque ſitit, coruſcat ibidem Sol, & decoloratur, Panis conficitur & eſurit, iacet immenſus Deus homoque paruulus, vt hic videri poſſit inuiſibilis, palpari impalpabilis, & a te Matre & filia naſci, quæ mereris hodie matutina Stella producere Solem, paruus vitæ Riuus, eminentem exuberare Fontem, vnde ſolenniter proclamaris benedicta inter omnes fęminas.

XVII. Aue ſempiterni fœderis Arca, non ab homine manufactâ, ſed conſtructa, & perpolita diuinitus ab vniuerſorũ opifice ab æterno; nunc aperi mihi profugo, miſero, & perdito tuarum gratiarum gremium plane ſalutiferum, ſume diuinum; dum ibidem contines immenſum vitæ Theſaurum, aſſerues Mundi precium, & miſericordiæ Deum, obumbra me Terrę Filium, *Gratia plena*, Domini Mater, pallio materne charitatis, quo digner (exul patria) paterno amplexu, prodigus, & vagus, ſinu Pacis, ſanctificationiſque meæ; eripe mitis, animam meam de Morte, o Vitæ Genetrix; Tolle pedes meos a lapſu, o miſtica ſcala Iacob; abſterge ab oculis meis lachrimas, o tu quæ ſolavertis Aeuæ luctum in gaudium; vt ego Chriſto fidelis, (tuo ductu Chriſtifera) in Deo viuam; tecum amplectem, tecum innocens & immaculatum, tecum perenni amore ſeruem tecum, ſtillentque oculorum meorum pupillę (præ hodierno ſalutis gaudio) internæ dulcedinis riuulos, coram tuo ſalutari, germano vnico conſolatore miſerorum.

Hinc miris hodie modis, dum Virginali tuo concipitur in vtero, illum pollicere mihi, qui me de nihilo pepigit beneuolum; oſtendas qui gratis redemit propitium; & tu, quæ Dei ſuſcipis Filium, in ipſa cordis intima, in vteri clauſtris flam-

mas Spiritus Sanđi, & quem ſummum in hominem amorem æmulum nutris; Adæ filijs, porrige in verum Saluatorem; tu quæ ſic ſalutaris ab Angelo inter fœminas benedicta.

XVIII. Aue lucifera Maris Stella, Mare Magnū, diuinæ infinitatis receptaculum; tu ſola Maris naufragij portus, & ambulantis, hodierne vitæ fluctus ſecuritas; hodie hoc horridum nauiganti mihi Mare nauigationi propitiare meæ, vt vere tutus, vere ſecurus ab iſtis peccatorum ſcopulis piratarum capitibus, præ riuulorum vndis, cū electisque tuis, toto Spiritu glorier euaſiſſe, ſic inquiens; hodie per Virginem Matrem conceſſit mihi Dominus ſalutem, & Pacem; porro Virgo, tu ſola contines gremio miſericordię Deum, vnde merito ſic ab Angelo ſalutaris inter fœminas benedicta.

XIX. Aue dulcis, Aue clemens, præ natali, præ finali, prę Materna in peccatorum miſericordia, Virgo Maria lucifera Maris Stella, Virgo mitis, & ſpecioſa, Virgo placida ſuper omnes Virgines, Virgo Spiritu, Virgo mente, Virgo immaculata carne, Virgo in Virginali puritate; Maria, Mare Magnum, totum purum, tranquillitate liquidum; Mare fulgenti pulchritudine precioſum, Mare diuinę immortalitatis receptaculum: Maria Maris portus periclitantium, Mundi ſalus; & ambulantis ſuper hodiernæ vitę fluctus ſecuritas: hodie hoc horridum Nauiganti mihi Mare, tu propitium e Cœli Terræque Numen nauigationi propitiareq; meæ, vt ſub alarum tuarum vmbra tutus, tot peccatorum ſcopulos ſub tua & Angelorum cuſtodia tollar, & piratorū capitibus Materno, Filique tui protectionis dextera eripiar; & ab hodiernis periculorum vndis ſaluer, per te, quæ ſola annuntiaris a ſingulari Nuntio, dilecti Dei miſeratoris hoſpitium, conſalutarisque Mater decantaris a nouo cantico Cherubim; Vitę fons de fonte Sapientiæ adamaris a flameo concentu Seraphim; primaria conclamaris a choro Sanctorum; in charitate decoraris a Virginibus ſtellarum ſplendor in puritate; & tandem Cęlitus Cœli Porta ab omnibus adoraris, & Cœli Regina. Hinc benediceris in fęcunditate partus ſuper omnes fęminas.

Aue

XX. Aue gratia plena, quæ humilis Ancilla Domine, tuis pronontiata labijs, traxiſti de ſummo ad imum Altiſſimum, mortali vitæ Auctorem immortalem; Veſtiſti carne, qui fecit omnia; fidenti hoſpitio, fidelique conceptu; omnium commereberis iura Regnorum; omnium in expreſſa humilitate percipies Dominum, ſeruitus, & Regnum, & ſuper cunctis quę fiunt ſub Sole; & horum quæ Cœlis exaltantur, tota mitis, & miſericors mereberis imperium.

Inueniſti (lætiſſima Virgo) gratia apud Deum, quia cum Deo Patre meruiſti Filium habere communem,& hic erit Magnus, quia magnus Propheta, Doctor, & Sacerdos, illuſtrabitur ab Ortu Solis vſque ad Occaſum: hic erit magnus,quia ſumittentur illi omnes terræ tribus, potentes, & poteſtates.

Hic erit Magnus, quia conturbabit, ſolus profundum Maris, & ſicis ambulabit Mare pedibus, & imperabiti ventis, & Mortuos coram illo viuent.

Hic erit Magnus, quia dabit illi Dominus Deus imperialē Patris Dauid ſedem;& in glorificandam Patrum ſuorum Domum Regnabit in huius ſæculi gratia, in futuraque gloria, & Regni eius non erit finis, vnde merito vt Mater eius humilis, ſic denuntiaris ab Angelo inter ownes fœminas benedicta. Amen.

## *Ad Virginem, quæ luci comparatur, Salutatio.*

AVE ſine comparatione Serenitas, quę tota diuina, Dei totam refereuaſti Fidem, amplificaſti Cœli Lumen, diei lucidum diluxiſti Solem, Noctis candidam candidaſti Lunam, immota mobiliaq; ſydera tremulo tuo,& aureo coloraſti colore, quę, diſertiſſima lingua? quæ ſpecioſiſſima laus? tuis videtur habilis laudibus? ſi clarificauit in Tenebris, diſtinxit in Cao, ornauit a Centro vſque ad circonferentiam variam Mundi Machinam, varia lux, Virtus, Pulchritudoque tua? Num ſola ſuſtulit de Abiſſo Noctes? e Tellure horrores? Ab aere Nubes, & Nubila?

&

& ab Igne fumos? Num attenuauit craſſos ab Aqua Vapores? Cuncta purgauit elementa? Hillarauit Cœli gaudia? Diu inuiſibilem, illico viſibilem, triſtem admodum, apprime iocundum, in omni Climate ingratum; vbique ſine fineque gratum nobis reddidit tuus aſpectus totius Mundi conſpectum? Quæ mihi oblectatio, quæ conſolatio ſine te Lux? ſi cum Tobia luminibus captus, te non admiror mirandam? ſecumque dum in tenebris ſedeo, Cœli clementiam conſpicari non valeo, quæ mihi ſine te requies? ſi tu refrigerij locus? ſine te bona? ſi tu diuitiarum Theſaurus? Qui Albor, quæ Puritas, quæ ſine te Gloriatio? ſi tu Angelorum Candor, Stellarum Puritas? Paradiſi Gloria tuis pararis amantibus? O bona, Cara, Clara, Diua, ſanctaq; Lux, quæ tam valde Dei luxiſti, & arriſiſti oculis, quæ in Mundo ſpeties? præ tua pulcherrima, lectiſſima, ſereniſſimaquę ſpetie? Quę in Cęli ſummo ſumma, in Cœlo media, in Terra infima bellitudo? Quæ lampas? Qui incompatibilis Nitor? Qui rutilans fulgor? Quæ diuinitus allucinans? Quæ in te perfecte non compleatur? diuinitus non luceat? Beatiſſime non reluceat? Non appareat mirifice? Non pingatur beliſſime? Non figuretur amabiliſſime? Non repreſentetur ſpectatiſſime? Non exprimatur ſuauiter? Quæ auſit tuas intueri ac dinumerare claritates? ſi in ſe olim ſe ſe clauſit, ac te totam hodie coronat Dei claritas? Qui tua meditatur ornare ornamenta, Firmamenti ornatus? clarare Lumina, Solis, radia, decorare decora, decora Paradiſi effigies? concinnare concinnitates, omnium Cœlorum concinnitudo? Delibare delicias, ſummi Boni ſuauitas, Venuſtare Venuſtates; omnis pulchritudini lepor? imaginari Maieſtatem Magni magna, optime optimi, maximi maxima, mirabilis admiranda Dei, Mater, & Soror, Sponſa, Conſors, & Filia?

Aue ſine exemplo Virago, & Virgo, Vis & Virtus, Filia, & Mater illuſtris; ſi ſola tibi datur, plantis præbere Vitam? Planta me in Terra Dei, & putrido, mortalique præſta, incorruptos incorruptæ Vitæ fructus. Si ſola Animantibus

ſenſa,

ſenſa, hominibus intelligentiam adauges? exauge viſui meo viſionem huiuſmodi, ut proſpiciam perſpicax, viuaxque tua pulcherrima videam; Hebetem intellectum acue, quo te acutiſsime intelligam. Si ſola ſolis formaſti corpus, cum concepiſti, peperiſtique Cœlo, Terræque Iuſtitiæ Solem? Num es mihi Stellarum Stella? Solis Aurora? pulchra vt Luna? Sola vt Sol? Num per te facti ſunt Apoſtoli Cœli? Elementa ſacramenta? Duo Mundi Poli? duo fidei Cardines? Qui diuinam, humanamque Chriſti ſuſtinent in Eccleſia Naturam? Num præ tua prælatione, apparent prælati Montes? præ tuo Principatu, Principes Colles? præ tua humilitate planities Populi, Præ tuo Pelago ſcripturæ Maria? præ tuæ Doctrinæ ſplendore, Doctores ſtellę? Prophetæ Nubes? prę tua mira potentia, Tonitrua Miracula? Terremotus, conuerſio Gentium? Externa bella Tirannorum Conflictus? Domeſticę Hęreticorum inſidię? Num e tuo Rore pluit Doctrinæ pluuia? E ſancto flamine afflatu Sancti Spiritus flatus? In tua ſapientia Mundum reformarunt Apoſtoli? occubuere Martyres? Præſtitere Confeſſores? floruere Virgines? Num e tua ſemper beneuola, benigna, ſerenaque facie diuina rutilat Gratia? dieſcit peccati Nox? Spirant pietatis Aure, reſpirant Comitatis Venti? Dependent Amoris illecebrę, feſtiuitatiſque blanditie? Scintillant fauille Charitatis mille? Innumeri deriuant nimię dulcedinis Riuuli?

Aue ab æterno concepta, & genita, æterno veſtita Sole, ſi te ante ſæcula creauit Creator, vt secū cuncta componeres, & quando præparabat Cœlos aderas, vt qui Deum quæreret Conditorem, te cum illo inueniret; & ibi inueniret Vitam. Num in tua priſtina luce Matutinus oritur Lucifer? In tuo puriſsimo Speculo ſuam puritatem agnouit Gabriel, in tua præſtantiſsima albedine alba dealbatur Luna? In rubicundoque Natali rubicunda rubet Aurora? in tuo æterni diei Meridie Meridianus reſpicitur Sol? In tui partus creata increataque Sapientia omnis eſt Natura varia? Vitale Animal? Velox meus? Vno omni Viuens ad vnum tui Vteri furtum velut

vnicum

vnicum vniuerſorum rapitur eſſe? Vna conuenientia conuenit? Vna catena contrahitur? Vna componitur? In vna illius æternorum Pacificatoris æterna pace firmatur, lętificatur, & pacificatur? Qui te æſtimare, capere, indagare, reuelare valet Matrem illius, qui facit in ſublimibus concordiam? Qui fecit vtraque vnum? qui pax eſt in omni bello noſtra? Nonne myrrha e millibus electa? dum peccati fugas, internecaſque vermes? Et cum peccatorum contriuiſti caput, tua dediſti ſuauitatem odoris.

Salue pulchra Virginum integritas, Viduarum honeſtas, Coniugatorum fœconditas, pulchræ dilectionis Mater, & ſocia: In cuius regali ſemine placuit Altiſſimo Dauid, ſapuit Salomon, propagauit in Dei Gratiam ſuorum liberorum propaginem Abraham; eandem obtulit Iſaac, & approbauit Iacob. Tu dum tuas deſuper congregas Abrahę filijs diuitias, impertire de manu Domini, quæ me ditent, quæ me ſaluent, quę homini penes Deum inueniſti Gratiam. Suſcipe me ſancta Gratiarum Parens, quæ ſola (quem Cœli non capiunt) tuo contuliſti Gremio, me peccantem reuoca Aduocata peccatoribus: imum eleua, Virgo glorioſa, quæ aſſumpta es præ humilitatis Gloria in Cœlum ab Angelis.

Mane amabiliter mecum mea Magiſtra, & Mater, ne ſine tuo lacte dulciſſimo amareſcam amarulentus, euaneam paruulus, ſine tuo complexu euaner tenuis, euaſter Infans, ſine tua ſcientia perecliter inſcius, ſi de plebe tua ego ſum; non dedignare me plebeculæ nepotem, qui ſolam in domo mea cogor habere nutricem, obſeruare Reginam, & ſperare Tutricem. Si tu Dei ſedes, & requies, a me homine diſcedis, vbi requieſcam? quo ego deſcendam? ſi me fugis, quo confugiam? ſi a me abes, qui aderit? ſi deſeris qui proteget? Si me non paſcis, qui alet? ſi a te dijungor cui coniungar? ſi a te digredior, qui cum congrediar? Vbi ſine te, Vitę Matre, ſecure viuam mortalis? Vbi ſine tuo beatrici Vitæ germine, beatę moriar in Morte damnandus? Amen.

## *Ad Sacroſanctum B. Virginis Sepulchrum, Salutatio.*

SALVE fulgidum Angelorum Gazofilatium, illibata Dei Domus aurea, e qua proſiliuit Vitæ Fons, inondauit vaſtæ Charitatis Pelagus, exorta eſt ſanctitatis laus, conſurrexit Regum Magnificentia, floruit Terrę fertilitas, dimanauit Aeuę iocunditas, reuiuixit Adæ innocentia, claruit Limbi Paradiſus. Te nunc viua fide recolo, tota mente luſtro, hyperdulia adoro, alienigena longinquum, prophanus ſanctum Intaminatæ Deiparæ Virginis Sepulchrum: quod per triduum fidiſſime ſeruaſti Deo ſalutis humanæ pignus, Cœlo, Terræ ſecuritatem, ruinę Stellarum Hierarcharum Propugnaculum, ęterni Numinis decreto pietatis, humanitatiſque Dei Monimentum. Tale dum ego te pius, humiliſque reuereor, totaque mente viſito, impetra mihi a Gratiarum Genitrice Gratiam, qua vbi emines adoleſcens, ſenexque videam Crucis dilatatum in toto Oriente Imperium, & celeberrimum ibidem audiam Mariæ Virginis magnum, & memorabile inuocari, adorari, & concelebrari Nomen. Amen.

Salue præcelſus Mons Sinai, Mons pinguis, intactus, & coagulatus; vbi ſibi toties complacuit habitare Dominus, vbi quieuere beatiſſime Dauid ædes; vbi iacuit Adæ Filia, Dei Mater, quę peperit Patrem, nati ſoboles, nati nata, ſine peccato Filia, ſine ſemine Mater, ſine crimine Fœmina, Virginum puritas, Candor Angelicus, Matrum fœconditas, Matrum integerrima, impoluta Domini clauſtra, Dominique membra, regale Solum, ſacra Tellus, Terra virgo. Tibi dum placuit Altiſsimo ſuum credere Tabernaculum, concede peccatori mihi peccatoribus Aduocatam, eiuſque propitiale germen emitte in Ara propitia propitium. Tu quæ Vitæ continuiſti Librum, & ameniſſimum nutriuiſti Collem, vbi aſſeruata eſt Terra ſancta, quę fructus protulit pretioſos, vnde paſcuntur

Terræ

Terræ Gentes; retine quoque mihi tuarum laudum amantiſſimo, deuotiſſimoque cultori in tuo nobiliſſimo ſinu Vitę venas, Vitæ paſtus, & interni oculi gaudium. Amen.

Salue ab æterno paratum, nobilitatumque Dei, & Hominis, Filiæ & Patris, Angeli, & Virginis diuerſorium; vbi diuinæ ſanctificationis ſtetit Arca, apparuit Hiems, Ver, Obſcuritas, Claritas, Sterilitas, Vbertas, Luctus, Cantus, Meror, Melos, Terra, Cœlum, Funus, Vita; ſi in te per triduum dormiuit in Domino, quæ genuit mortalibus Vitam; ſponde mortali in extremis gemitibus eius emulæ Mortis in ſpem rediuiuę Vitæ ſolatium; ſi in te quæ Mortis fregit Legem, & clauſum patefecit Cœlum recubuit; alliga me tibi in Lege Vitæ indiuiduum, diuum aperi Cœlum, Deiparæ famulo patulum; ſi quæ Mortem ſuſtulit, & Peccatum, te non refutauit deligere in dormitorium; tolle, a me peccati interitum, in Chriſtifera Virgine gratia; ſopora lætales artus meos in præuium Virginis ſoporem, eiuſdemque Angelicam aſſumptionem. Amen.

Salue fructuoſiſſimum, & floreum Reginæ Angelorum, primariæ Sanctorum, omniumq; Patris, Matris Receptaculum; quod excepiſti corpus, quo formatum eſt triplex, & vnum Chriſti Corpus, Trinum pariter, & vnicum in Dei gloriam Angeli Munimentum, & hominis ſalubritatem corpus beatorum. Tu dum ſuſcipis quæ Carnis videtur Filia, ſed re uera conſtat ſpiritus Mater, quæ Carnis exiſtit, & ſpiritus Domina, quæ ſimul Filia, & Mater eſt, & Ancilla, & Domina, recipe caduca, & oſſa mea in tantæ Genitricis, Dominatricisque Gremium; vbi cupidiſſime Mundum cępit redimere Mundi effector, vbi Angelorum quieuit inſtaurator, vbi Vniuerſo Imperauit ſub famulo Dominus, & ſub homine Deus, vbi ſe ſe prouidentiſſima Dei occuluit ſub Imperiali ſubmiſſione Potentia, ſub ſeruili humilitate Sapientia, ſub humana infirmitate Virtus; vbi eiuſdem affluxit in terreſtri nuditate opulentia, in vilisſimo famulatu Regnum, & in turpificata deſpectione Gloria. Amen.

### *Aſſumpta eſt Maria in Cœlum ſuper Choros Angelorum.*

CIVITAS Vera refugij, & Sanctuarium Dei, Dulciſſima, & Beatiſſima Virgo Maria mortalis ego peccator benedico tibi; quæ cum vitæ primordia, exitumque Nati, & illius ad gloriam aſcenſum diurna, nocturnaque cogitatione, curaque verſares, varie, pioque luctu, & dolore effecta Genitrix, quodlibet reliquo vitæ tempore dicendi genus a Chriſti Natali die ordiebaris. Sæpe vero numero Bethleem humilem contemplata caſam, vbi ad reprimendos altiſſimus faſtus humanos, Paracliti ſatu, tuo quoque ventre puriſſimo erat ortus, deuota, & cum ſuſpirijs iucunde ſæpe, totidemque dolenter, horum ſpeculatrix aſsidua, dicere conſueuiſti. Hic Dominus Ieſus, Dei Filius, Dei quoque gratia meus, Archangeli trutinato Oraculo, eſt nuntiator, & me innupta Virgine natus. Et alibi, hic innocentiſsimus mei, Humilis, & intactæ Mariæ Fœtus, inter Nequiſsimos duos, pro Mundi Vita, crudeliſsime fuit Crucis in Aram actus. Multis denique verbis vltro, citroque tecum, & libentiſsime habitis; alioſum ita Meditationes peroraſti tuas. Hic Deus Virginis fructus, Maieſtatis paternæ ſplendor, & figura ſubſtantiæ eius, tertia die ſurrexit Immortalis, & Glorioſus. Reminiſcor ut Diuinitatis iure ac merito clariſsimis accenſa radijs, cupida imprimis tecum vitalis limphæ, ac ſalutaris, ſacrato fonte, & ſummi; & ineffabilis boni coniungere Gremio; Tectis occulta Patrijs, & operoſa, reliquum vitæ tempus filiale ſimulachrum perpetuo cultu venerata es. Splendidiſsimo itaque candore Gabriel Palmam ad te deferens (Cœlicolarum vt pote ſolam, & probatiſsimam Imperatricem) ſalutem plurimam dixit, & in Domino ſempiternam. Ab eccelſa te vero Maieſtate petijſſe opera Nuntij, vt ſupremo, ac prænunciato vitæ diei adeſſent Apoſtoli, animo & oratione, qui longe licet, lateque toto

terra-

terrarum orbe diſperſi, ſcientiæ Vitæ Præcones vagarentur; occulta tamen virtute coactis ante grauiſsimam tuam, Sanctiſsimamque perſonam, horumque ſubito aduentus oſtento, benigne, ac liberaliter, declarato, funeris, & ſepulturæ, immaculati corporis munus, illachrymantibus aſsignaſti. Merito ſane viderunt, & adorarunt Beatiſsimam Animam, ab Angelicis Choris aſſumptam, Empireique Gloriæ Reginam iutroductam a Domino, dum materna quadam neceſſitudine degens, officiorum, & voluntatis ſimilitudine, cum his coniunctiſsime, vixeras, & amantiſsime. Nullius hic tantum eſt flumen ingenij, nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis, tantaque copia, quæ laudum Virgo tuarum; quæ in Cęlis perennis melodiæ præbent argumentum, vix minimam attingere partem queat. Ius itaque, omneque fas poſtulant ad Altiſſimi Thronum cum penetraſſes; Triumphalis nunc, & ſemper Eccleſiæ Canticum commemorare (ſic enim illa mirificis, & Clariſsimis vocibus.) *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt Caſtrorum acies ordinata.* Memento ut ſuper luculenta cunctos intellectualis, rationaliſque ſubſtantiæ ſublata gradus; penes filij dexteram fulges, aurea veſte, circundata Varietate, vnde Theotochos, Angelorum Domina, Stella Maris, & Porta Paradiſi, prædicaberis; quia Chriſtifera, Fide repleta, Spei columen, & Sanctę charitatis Radix Luminare maius, deſuper, & in terris extas. Sub tuo tandem felici, Vexilloque Crucis, militantibus nobis miſericordiam, atque ſalutem concede Alma Parens, cuius magna paſsim, & mirabilia celebrantur opera, & Agni, Iuſtæ, & ſalutares viæ tuæ, Regiſque ſæculorum. Amen.

Duode-

*Duodecim Stellis Coronata Regina Cælorum ſedet ad dexteram Filij Dei.*

THRONVS Salomonis, & Gloria Hieruſalem, dulciſsima, & beatiſsima Virgo Maria mortalis ego peccator benedico tibi, iuxta vero Ioannis Apoſtoli reuelationes ampliſsimos proſtratus honores, diuinos quoque tuos intueor. Quæ in Aula ſummo ſplendore Cœlica, dum obualata mices; Veritas quæ ſola (Chriſtus) Dei Filius, qui te crearat, Naturæ, Auctor, Fons Gratiæ, Rex itidem Gloriæ, omne, ſummum, & pręſtantiſsimum bonum, & plenitudo Diuinitatis, requieuit in cubili tuo; incomprehenſibilis a ſempiterna, Idea Maieſtatis glorificata Domo. Idem porro Ieſus, Catholicæ, & triumphantis Eccleſiæ Sol vnicus, viuus, & verax. Lunam præterea pedibus cum ipſa premas, toto Vitæ curriculo, irritamenta ſenſuum, & voluptates humanas, (Deipara) Virginitate frænaſti. Ideo ſanctũ vbique locorum, & temporis, eſt Templum tuum; Gloria, & Diuitijs, & Aequitatem mirabile, Iuſtitia vero potiſsimum, quæ manet in ſæculum ſæculi. Prouide nimirum tuas; & ſapientiſsime Dominus dilexit Portas Sion ſuper omnia Tabernacula Iacob; quibus eſt vnica libani, germanaque attributa Laus, Stellis quoque deſuper coronata duodecim, Lilium Caſtitatis, Innocentia Roſa, Floſque Virgineus, Myrrha electa ſuauiſsime flagrans, vbique odorata flores. Cella Aromatum, Fons Hortorum, Paradiſus Delitiarum Virga Aaron ſine Rore germinans, Paupertate gracilis, Humilitate flexibilis, Intentione, Charitateque recta. Te meritiſsimo Matrem Creatoris, & eodem tempore, Filiam, & Sponſam, omnis caro veneratur. Tu cum Antiquo dierum amas in Seraphim, vt Charitas; rapis in Cherubim, vt mater lucis & veritatis domicilium; in Thronis ſedes, vt Aequitas, es Dominationum Domina, vt maieſtate referta, es Regimen Principatuum, ut temporalis origo Principij, tueris vt Virtus, in Virtutibus in Archangelis

changelis vtpote lux reuelas, adſtas, vt Pietas in Angelis. Iure igitur omnis tibi lingua proclamat, Sancta, Sancta, Sancta Maria, Emanuelis Genitrix, & ſemper intacta, Cœli, & Terra, & plenitudo eius, Ventris ſunt tui fructus vnicum Magiſterium. Te probatum Apoſtolorum Collegium priſtinam Patronam agnoſçit. Tę ex Agni ſanguine Martyres in adoptionem filiorum Dei regenerati, vnde ſalutaris fontem appellant. Te Confeſſorum lectiſsimus cętus Fœnicem Sapientiæ ſuſpicit, & contemplatur. Tibi Aureolarum effectrici ſuarũ, Virgines ancillantur. Te vniuerſum pœnitus Gloriæ Regnum Reginam adorat. O Arca Beſeleel de lignis Sethim, intus, atque foris Auro ędificata puriſsimo, in qua ſic portentoſe delituit Redemptionis Humanę Theſaurus. (Hinc Salus Mundi, Tartarea Captiuitas, & Beatitudo Cœlorum) Tuum hiſce maioribuſq; nominibus Numen imploramus o glorioſa, quę glorioſa Sedes ad dexteram Nati vt tuis noſtrum excipiat extremum denique precibus in Pace Spiritum. Amen.



# PIÆ MEDITATIONES, AC CONTEMPLATIONES D. Ludouici Zibramontis Mantuani,

## PARS TERTIA.

*Ad Sanctiſs. Altaris Sacramentum, Salutationes.*

SALVE fidelibus ſaluberrima caro, & ſanguis omnium Saluatoris Dei, & Hominis, natiuum Chriſti de Virgine Corpus, Cibus, Potus Angelorum, Mē ſa lauta Beatorum, & triumphale Chriſticolarum in æmula Charitate Conuiuium. Hodie me famelicum ſatura, beata ſatietate in te credentium; dum ego te ſector per omnia ſanctuaria, tuæ nimiæ paſsionis cognitor, & memor; dum itidem contemplor a te vitæ Domino, Mortis exterminatore in Cęna vltima antequā patereris, eſurienti, ruentique Mundo in Mundi Vitam, Morti oblatum, apparatum. Effice me tuum (Diuina Pietas) in miſtica potione Calicis commenſalem, dum ſodalibus Apoſtolis ad ſuum vere reciprocum, vereque noſtrum Altare recumbentibus, te in perennis iocunditatis, ſalubritatiſque ferculum meditor porrectum. Exple nunc in omni puritate, & ſanctitate affe-

ctus

ctus omnes, ſenſusque meos; tu omnis guſtatus ſuauitas, omnium deliciarum amœnitas, æternarum diuitiarum Theſaure, corpus Domini Dominantium. Et dum te vere credo de Deo Patre genitum pro regeneratione primi Hominis, & filiorum eius in adoptionem prolis Dei, dic vt terræ ſoboles renaſcar ego fidelis Homo per te Cœleſtis Adam in Dei filium. Dum indubitanter fateor de Paracleto cõceptum, ſpira omnimodæ confeſsioni veracis oris, cordisque mei Veritatis Spiritum, dum Angelicæ puritatis caput de Vergine natum in fide ſentio, in fide cupio; da vt fidelis, & Virgo cum Deipara fidei parente, & Virginum florem integre odorer, integre affectem, Lilium Angelorum integre deferam, integre concipiam. Dũ ſuper hac olim rappræſentata Crucis Ara introſpicio immolatum pro homine, cura lippitudinem meam, quo iſtud ſacrificium agnoſcam in ſalutare Gentium, in Sacramentum ſanctitatis, in opus iuſtificationis, Speique meæ. Amen.

II. Salue Corpus Regis Regum, diuinæ reconciliationis pignus, elargitum iræ Filijs, nimia miſerationis Dei teneritudine ſuppeditatum Gehennæ Regis; ſub hac Hoſtia conſecratum, ad peccatorum gratiam, mortuorũ Vitam, humilium gloriam. Te dum verum Chriſti Corpus, Cœli Manna, Terræ fructum, Mundi pabulum meditor; paſce ſuauiſsima paſtione tua ouiculam me porro tuam, de ſancto vtique Grege Petri multiplici lapſu, erroreque deuiam. Te dum in rerum omnium æque patula, quam abdita ſapientia, & prouidentia adoro, fac vt in tam ſalutifero Sacramento ita te ſummam Viator ad Patriam, ſalutis ęternæ Conſors, vt ad fidelium Viaticum finale tutiſsimamque miſerorum beatitudinem, e fide, e conſenſu, vteroque Virginis ſumptum eſt. Vſitata cum lenitudine para in prȩelecto ſinu Eccleſiæ Sacri Cœlibatus, Nuptiale Prandium, Agne triumphantis Cœnę magnæ, vbi ſuauiter Vnica mea præ creatione filia, conformitate imago, natiuitate ſoror, paſsione ſocia, hoc maritali conuiuio ſponſa tua, ſponſalibus tota ſpectabilis, ſpectetur, tota decora decoretur, natalibus tota conſanguinea tibi coniungatur, tota

amica adametur; tecum conuiualibus oblectamentis conuiuat, & recreetur; die noctuque diuertetur. Voca ad te voce Sapientiæ inſipientem, quæ recipiat, quæ te audiat, audiendo ſapiat, incomptam come, inornatam ornaque ſponſam, quæ coram te vere amabilis, vere pulchra hoc præcipuo honore dignetur, te ſanctorum in ſanctum coniugationis Thalamum intromittere decorem, ſolitaria tibi ſociari, merens exhilarari, eſuriens ſaturari. Communica te panem in omni loco, terraque Cœleſtem mecum Terræ puluere, ut poſtea in cinere iuſtificet impius, in paupertate Spiritus diter egenus, de te Verbo Vitæ paſcar famelicus; quo tuum verè membrum in præſentaneis ſpinis moriar, in futuris floribus reuiuiſcam, in viciſſitudine Agonis ad Victoriam vulnerer, in coronis bellicis reſurgam. Porrigat & Aeue ſemini te Angelicę benedictionis aureum, gemmeumque Calicem tuorum miſteriorum Interpres, integerque Miniſter, vnde amabiliter fias communicatio Sanguinis æquè Redemptoris, ac Redemptionis meæ. Amen.

III. Aue propitiatorium pro Viuis, & Mortuis Sacrificium, pium Vitæ, Mortiſque ſpectaculum, immortalis Viuorum, Mortuorumque Vita, Dominicæ perpeſſionis tam ſingularis, quam admirabilis commemoratio. Te dum piè rememoro Paterna charitas, hodie memorare ærumnas meas, quæ me circundederunt totum hominem, intimas non de dignare lachrimas, quas dolenter effundo in miſericordiarũ tuarum hoc tam inſigne facinus, & memorabili monimentũ. Propitiare miſeri Peccatoris Hoſtia nimirum ſancta, penitus innocens, & glorioſa, amiciſſimi iudicis oblata pro meis, alieniſque delictis Domino meo. Tu omnia ſanè potes, quę mirabiliter Cœlum, & Terram comples de plenitudine tua. Tu ſola Cœlifera, & Cœli Cœlorum Architecta, & Adminiſtratrix æterna, præ manibus Diuini Numinis habes totam Mundi Machinam, & Regna Regnorum; dum es potiſsima coram Patre peccati Venia, Iuſti Palma, Terræ Gratia, Cœli Gloria. Iam ſcio verè quod ſine te Ieſu, Vniuerſorum Eſſentia,

tia, Cauſarum Cauſa, Sęculorum Serie; Animantium Vita, remiſsioneq; peccati, tendit homo peccati fœtus, ad ſtipendia Mortis peccatorũ, pondus fecis, in profundũ lacus captiuorũ, eſca Vermium ad interitum; quia in te ſummi effectore, & diſtributore boni, conſtructore, mercatoreq; Paradiſi intaminata conſiſtit pro Mundi Occaſu iam totius Polutę Terræ ſalus. Memor ero quia ſine te vero Lucifero ſtellarum, & Oriente illuminatorum oritur, & occidit Terræ filius, non tam nudus, & famulus, quam miſer, quia tu ſolus eidem obtines Dei Patris in probata vſque ad Mortem obedientia, & humilitate Regnum; nullaque obliuione delebo te habere Claues Abiſſi, & Ianue Cœlorum, quia mortifere Crucis Claui æneum Adæ patefeciſti Cœlum, apertioneque lateris tum mortalibus vitæ aperuiſti fontem, cum crucis patibulo viciſti Satanan, conculcaſti Virtutes, & diſpoliaſti omnes poteſtates eius. Hinc fideles vbique populi vna Vox te vocitant Gratiarum Auctorem, vnus Grex te inuocat fidelem ſibi Dominum, & Paſtorem; dum abſte cœcatorum exoritur viſio, luminumque lumen: de te perenni bonorum fonte ſtillant pœnitentibus aquę, in amaritudine dulces, in ægritudine ſalutares; per te placatur Sancta, & indiuidua Trinitas; in ſingulos pie gementes peccatores, ſanctificantur Impij, glorificantur Iuſti in mirabili compenſatione Meritorum. Amen.

IIII. Salue ſacratiſſima Deo, ac pro homine acceptiſsima, reuerendiſsimaque Euchariſtia; diuinæ dilectionis munus nimis prætioſum, noſtræ præſentis, futuræque fęlicitatis minime dubium Argumentum. Tu dum in purgatorij flammis ſuauiter expias pœnitentes, vt inibi puri redemptique Spiritus per te conſurgant ab Inferis ad Cœleſtia, quæ illis ab origine Mundi definiuiſti Tabernacula, ablue de rubentis lateris lympha hodiernas maculas meas, ne deſcendam ad horrida Tenebrarum; ibique Dei Patris manum, vere Virgam Iuſtitiæ, vere ferream, toto ſpiritu ac ſenſu ſentiam, & deplorem. Tu dum omnis ſpecioſæ laudis ſola retines, ac ſola tui Amantibus impertis immenſæ Gloriæ Cantica, & gaudia, vere Ca-

nora, vere noua in hoc, & in futurum ſeculum, influe lacteum, mellitumque flumen labia, faucesque meas, vt mihi amarulento mellifices, tuaque melliflua ſuauitas ſit omnis gratiarum actio, immortaliſque laudatio, in Iuſtorum, guttureque meo. Tu dum aſſeruaris ab Angelis in Sacellis, in Templis, in Tabernaculis, ibique coleris ab hominibus ſummum omniũ, & maximum Sacramentum; humanam præſerua Naturam a peſte peccati, dum hanc vere ærumnoſam, & miſeram, tu totius miſerationis a nobis ſemel aſſumpſiſti Deus, vt os de oſſibus noſtris, ſanguiſque pius de Sanguinibus Virginis, in dies non deſinas eandem extollere iacentem, leuare onuſtum, redintegrare latentem, ſaluare perditum, ſanctificare peccantem, tecum denique conglorificare merentem; adeo vt ineffabiles porrò tuæ veræ Dei, & ſupernorum delitiæ ſint amabiliter per te Deum filium cum filijs hominum. Amen.

V. Aue credentium Vita pacata, Vita beata, Viuentium Aetas æterna, & defunctorum vnica conſurrectio. Talis, & tanta, & tot exaggerata gratijs, pacifica Domum meam, quę in toto ambitu diſcors, duos continet hoſpites, pacis vtique neſcios, perennis belli aſſectatores, & aduerſantes ſibi ad inuicem. Tu qui ad pęnariam hominis mortalemque carnem Ieſu mi de immortali ſinu Glorięque Patris deſcendiſti, vt te nobis exponeres omnium humillimum, & nouiſsimum, noſtręq; captiuitatis offerereris ſpontaneum Mancipium; Tolle me a Veteriſq; hominis lætali iugo, & tributo, tu Cęleſtis, non Terrenus Adam, qui Vitæ, non Mortis Pater; omnium ſator, ipſam non horruiſti guſtare Crucis Mortem, pro mea Vniuerſorumque vita in te credentium. Tu dum vera, germanaque caro de carne noſtra in humana fraternitate occurris nobis in natiuitate frater, laborum requies; ſis huius militantis Vitę ſocius, Iuſtorum Merces, perſiſtis in tribus Mundi legibus Magiſter. Hos tempore, locoque carnes reſpice tuas; circumſta repugnantes ſuper terram, & erudi rudes exquiſitiſsima ſapientia, Regnoque Dei. Tu dum homini pates Angelorum Speculum, Deus gratiæ & veritatis primus, nouiſsimuſque

Prophe-

Propheta, ſedes ſuper ſubſelijs Sapientum; Viatorum Prę-curſor, inſtituis in quolibet greſſu Pacem; eſto viſui meo incorruptę, caſtitatis obiectus, doce me Sanctæ agnitionis, dilectionisq; legem; quā tuliſti,& impleuiſti tu Euangelij Doctor & Præceptor: fac vt placidiſsime tecum Vigilem, tecum Dormiam, in pace; Tu enim rediuiuus de Morte, de Dęmone, de Mundoque triumphator, paraſti in Morte Vitam, de liquore lateris pretium, in deſcenſu ad exules Patriam, in reſurrectione de Morte Victoriam, in Aſcenſione Gratiam, in Cœlo Gloriam, in Regno Præmium. Amen.

VI. Aue Corpus & Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini a Domino in vltima Cœna conſecratum, & Apoſtolis ſuis, ſuis manibus porrectum; da vt te Verum Chriſti Corpus vt in Almo Spiritu adoro, in fide confiteor, ita in hoc Sacramento ſummam, ſicut verum ex Virgine ſumptum eſt; da vt te digne manducem, vt digne manducarunt Apoſtoli. Frange te mihi Panem Cœleſtem fidelis ſuper terram Chriſti ſacerdos, fidesque mea, quā Dominici corporis particeps efficiar. Benedicat te mihi Calicem benedictionis Chriſti Miniſter, vnde fias mihi communicatio Sanguinis, æque Redemptoris, ac Redemptionis meę. Amen.

VII. Salue, diuinę paſsionis pia cōmemoratio, Hoſtia Sancta, & immaculata, amantiſsime in dies oblata a Deo Domino meo. Tu Cœli gloria, Tu Terræ Salus, Tu Inferni perditio, Tu Dei Regnum, Tu hominis Virtus, Tu Dæmoniſque Carcer,& Horror; Tu omnium Vitiorum finis, omnium Gratiarum inuentrix, omnium Bonorum perfectrix; dum ex te fidelis populi proficiſcitur Salus, ex te pœnitentium oritur Lumen, ex te peccatorum pendet Remiſsio, per te placatur Deus in horas ſingulas in ſingulos peccatores, per te iuſtificantur Impij, & glorificantur Iuſti in Regno Cœlorum. Amen.

VIII. Salue Sacroſancta Euchariſtia æternæ Charitatis Ara, opus noſtræ, ſalutis, pœnitentium in purgatorijs flammis admiranda Expiatio. Tu omni Virtute præſtas, omnis es lau-

laudis argumentum, es omnis Gratiarum actionis perfectio, & Gloriæ plenitudo; Sacramentorum omnium Summum, & Maximum Sacramentum. Dum Naturam humanam, quam ſimul a nobis Deus aſſumpſerat, in dies per te millies, ac millies reparare, regenerare, ſanctificare, communicare non deſinat; dum Cęleſtium itidem bonorum Theſauros innumeros, totidemque benedictionis æternæ Cœleſtis Pater te iuſte, te pie frequenter ſuſcipientibus aperiat. Adeo vt te delitię Dei delitiæ ſint per te cum filijs hominum. Amen.

IX. Salue Iuſtorum Vita perennis, æterna Pax feſſorum, & Tranquillitas; viuentium ſpiritus, & Mortuorum vnica Reſurrectio; in te ſe totum nobis communicauitq; Deus; ſe in humana Carne exinaniuit Altiſsimus, formam hominis ſerui accipiens, vt nos a priſca ſeruitute peccati cęleſtis ille Pater, & Redemptor redimeret Ieſus. Se nanque nobis fratrem vera germanaque Caro in Natiuitate prębuit, in Vita ſocium, in moribus Magiſtrum, in prædicatione Doctorem, in conuictu Pacem, in operibus exemplar, in te mirabili Sacramento illuxit Panem viuum, & ſanctum, in Morte pretium, in Inferis Redemptorem, in Reſurrectione Vitam, in aſcenſu Gratiam, in Cœlo Gloriam, & in Regno pręmium. Amen.

X. Salue Angelorum Manna, Panis Viuus, qui de Cœlo deſcendis, qui in Chriſti carnem conuerteris pro Mundi Vita; ſacrorum ſacrum. Effice Sanctiſſimum Sacramentum, vt quemadmodum te beatiſſime deguſtant Angeli, & adorant in Cœlis, ita & ego fidelis Angelica puritate exuriens recipiam ſuperne, beate, cœlicolarum vitam; adeo vt per te ſemper iuſtus in Via, te iuſte recipiam; vt veluti in carne cibus, ſic & muter in Deo. Da ſacra ſuauiſsimaque Caro, & iuſtiſſimus ſanguis Ieſu, vnicum in Cœlo, terraque corpus Chriſti Glorioſe, vt in ſtatu gratiæ ſic te manducem, & bibam, vt in me ſemper maneat Glorię ſpes mea, & portio mea Ieſus. Amen.

XI. Salue ſuauiſſimi ſuperis Panis azimi, Altiſſima diuinæ poteſtatis Occultatio; dum quæ ſub ſpeciebus viſibilibus, & minimis inuiſibilia Dei, magnaliaque Deitatis, in Anima, &

Caro

Caro Chriſti Ieſu continentur; cuius ſacrata Caro beatus eſt Angelorum cibus, cuius ſanguis vere eſt potus, totus tamen manet ſub vtraque ſpecie Chriſtus; dum hodie Panis æternę Vitę quo Cęlites beata conſummatione perfruatur in Gloria. Quem nos præſentem, ſed ab oculorum ſenſu remotum viuenti fide ſumimus in ęternæ Vitę meritum; Catholica Religione veneramur in Chriſti cultum, in Chriſti Nominis honorem. Amen.

XII. Salue Panis, & Hoſtia ſacrata, quam ſinguli in toto corpore Eccleſię recipimus, ſorte tamen inęquali; qua integrum in ſingulis portionibus, & Hoſtiæ particulis ſe præbet Chriſtus in ſingulis; in qua non generatur, non immutatur, non augeſcit, ſed in ſua totus ſubſtantia permanet Dei, Virginisque filius. Amen.

XIII. Salue dilecti populi Panis, in quotidiano cibo Iſrael, dum Iſraelitæ ſemper fuere nutriti Manna in deſerto, donec peruenerunt ad promiſſam terram; Panis ille deſcendebat de Cœlo, tu pariter de Cœlo deſcendis; ille e noctis affluentiſſimo rore, tu e rore fęcondiſſimo Dei Patris natus es in medio Noctis, in medio Terræ, dum omnes itidem quieſcunt Animantes, & omnia ſilent; illum Veteres manducauerunt Patres noſtri, & mortui ſunt; ſed qui te digne manducat Vitæ Panem, viuet in ęternum; qui te guſtat Panem fortitudinis, Panemq; ſalutis, ambulat cum Elia ad Montem Dei Horeb, hoc eſt in virtutibus ambulat, aſcendit Gratia, eminet Gloria; ſed qui te manducat in fide tranſmigrat cum populo electo a Babylonis, & bello in Regno Beatorum, & Pacem Filiorum Dei. Amen.

XIIII. Salue Verbi, & Carnis Hypoteſis ſummi, & infimi Coniugium; omnium Miſteriorum miſterium, omnium Sacramentorum finis, & Sacramentum triplici Gratia repletum, triplicis quoque Gratiæ Symbolum; dum tuis Gratijs plane diuinis triplex glorificatur Eccleſia Chriſti; Oblatione pœnitens, militans Gratia, triumphans Gloria. Da igitur Sancti Spiritus Patris, & Filij, celeberrima Charitas; da quoque

Cęle-

Cęleſtium, & Terreſtrium ſancta; & pręcipua Oblectatio; vt te talem omnes vna fide credant, voce confiteantur, æmula charitate adament, & vnica Religione adorent. Amen.

XV. Salue Catholicæ, fidei intaminatum, ſemper eodem ardens, & ſingulare Lumen, quo accenduntur Solis, Lunęque lumina; quo beatæ immortalitatis amori flagrant in hac iuſtorum animæ mortalique Vita. Tu es quidem mirabile in ſacrorum magnitudine Sacramentum; tu pietatis, & diuini cultus ſacrarium, adeo vt vna per te Vox Spiritus ſonet in auribus fidelium; vt tu es Ieſus filius Dei viui; vt vbique Terrarum ades; vt Deus omnem locum occupas; vt Homo, & medio diuerſaris, vt Deus, & homo Chriſtus; ita vt te in Cœlo adorem Deum aduocatum, in Terra Deum, & Hominem contemplem; & in quacunque Hoſtia ſacrata Panem Angelorum manducem; & ſolemnis Paſchalem Agnum in odorem, in ſaporem ęternitatis. Amen.

XVI. Salue Deus noſter in hoc Venerabili Sacramento in te credentibus ſalutare; te digne ſumentibus, & ſapienter recogitantibus mirabile Speculum, in cuius fragmentis non fracta, ſed integra, tua ſemper beatrix, introſpicitur Imago; tu quidē hinc nobis in miſerijs noſtris es glorioſus; tu ſemper intactum in deformati Mundi Tenebris es Solis radium, cuius radia ad Terræ facies, lutumque penetrantia nequaquam decolorantur; quemadmodum tu in hominis peccatorum ſordibus ſub hoc tanto Sacramento non prophanaris. Amen.

XVII. Salue Chriſte Virtute Verbi Panis noſter ęternę Vitę Viuus; e Cœloque cœleſtis; in Verbo Caro, in Vino Sanguis, in fide Cibus, in fide Potio, quibus nos amantiſsime paſcis, & recreas, amantiſsime Pater Cęleſtis, in Terra Gratia, in Cœlo Gloria. Amen.

XVIII. Salue inęſtimabilis Charitatis eſca, Paradiſi voluptatis ſuauiſsimo lacte, & mele fertilis, ſcatens mellitis flu minibus; & Cœleſtis balſami liquoribus, ad contribulatorum gaudia, & eſurientium ſaturitatem fluentibus. Da nunc pręfatis delitijs, affluens tu Rex ęterni Conuiuij, tu Rex, Miniſter-

niſterque Gloriæ; vt ſponſa tua tibi perpetuo fidelis fideli con iugetur ſponſo; dum nuptiali indumento amicta, ad diuinam Menſam tuam accedit; vt in hoc Sacramento tecum in fide, & in Charitate coniuncta, ſolo ſpiritu lætetur, quo tibi gaudeat, tecum viuat, & tecum epuletur in æternum. Fiat hinc vt Vnica Filia, hoc eſt Vnica mea, alium in Cœlo, Terraque Regem, alium in coniunctione Sponſum non inuocet, non exquirat, non concupiſcat niſi te Sponſum, fidens adeo, & incorrupta, confidenti puella Virgine, deambulet ad tuum San ctum Sacramentum; vt Nuptialis ille paretur Thalamus, Nuptialiſque Cœna, ijs Angelorum Canticis in Regno Cœlorum Choris; *Gloria in Altiſſimis Deo, & in Terra Pax hominibus bonæ voluntatis*. Fiat tandem nunc vt nuptam tuam in Do mum Patris tui introductam, ad tuas pulcherrimas epulas in uites ijs vocibus; *Veni ſponſa mea, accipe Coronam quam tibi parani Dominus Deus tuus Rex ab æterno*. Amen.

XIX. Salue Panis pereuntiū Salus, & Mortuorum Vita, omnis ſaporis ſuauitas, omnis guſtus ſaturitas, omnis deſiderij perfectio; te porro cupide ſumentes ad gaudia Paradiſi reuocas, quos vetitus Adæ cibus ex illius extrudit amęnitate. Tu benedictus ventris Mariæ fructus, cuius ſapida Virtus aperit nobis tam diu clauſas ſacri Conuiuij fores, vt, maledictus Aeuæ fructus introducit in orbe Terrarum æterni boni famem; fuit ille filijs hominum Mortis cauſa, tu Vitæ panis; fuit ille Iræ filijs in Terra labor, tu in Cęlo requies, & gaudiū. Amen.

XX. Salue occulta Summi Dei Veritas; mortalium ſenſibus ſub ijs figuris occultam; ſacrorum miſteriorum tegmine corporis te fidelium oculis occultans; huic prudentiſſime delitas Diuina Maieſtas, vt in prouida ſaluandorum vocatione Lumen appareas; & in conſummatione ſęculi Terrarum tene bris pateas, ad reuelationem omnium Gentium. Tibi porro ſoli flectitur omne genu; dum omnis tibi debetur Honos, & Virtus; tibi ſoli ab æterni Viuenti, & in ſæcula ſæculorum Regnanti ſubijcitur omne Regnum, & potiſſime cor meum; dum tui claritate Nominis, clarent nunc Mundi Tenebrę, &

Tenebræ meæ,& in te æterna Charitate, meus, & omnium te contemplantium deficit Spiritus. Hinc vere credo, & indubitanter confiteor quæcunque dixiſti Ieſu Fili Dauid,quęcunque præcepiſti Rex Gloriæ, veras, & immortales,audire,& cuſtodire geſtio; credo te ſolam e ſinu Patris in Terras deſcendiſſe Veritatem; vt Verbum Caro efficereris; vt in Dei Patris Verbo tu pacis benedictus ſator ſereres æternæ Veritatis Verbum in ſalutem credentium populorum. Hinc itidem Credo Ieſu Nazarene, vt quemadmodum in Cruce diuinitatem abſcondiſti, ſolum, vt Dei Filius non cognoſcereris, ita in hoc Sacramento non vna tantum, ſed vtraque Natura te abſconditum eſſe, & inuiſum dilectæ plebis tuę Viſioni;ut tuę pręterea vis in Cœlis maiorem gloriam fidelibus reueles; hoc vnicam Almę Veritatis Oraculum edo, idque potiſsimum ſalutis meę articulum fateor, (o Domine) ut in pęnitēti Cruce, & in Altaris ſacrificio abs te petam, & in pia petitione,adorationeque mea conſequar, quod olim petijt, & repente conſequutus eſt in Cruce pœnitens fideliſque Latro. Hinc non vt Thomas in plagarum contactu, ſed ſolam fide te agnoſco, te appello Dominum Deum meum; Hinc cum Vgone de Sancto Victore humano dolore abiecta, longa in Valetudine languens, & iam profligata ad mortem Anima mea, in hęc tantum ſalutis, Verba prorumpat; tranſeat demum Filius ad Patrem, & nouiſsimus Spiritus meus ad te Creatorem meum,adeo vt exeat e tenebroſo carcere corporis in Lumen Glorię, Regnumque tuum; adeo,vt exul reducatur in Patriam, deſtitus excipiatur, & Redemptus in Redemptoris ſui ſinum: & ab humano labore requieſcat, in æterna requie ſeruorum tuorum Deus. Amen.

XXI. Salue Virginum, & Martyrum Virtus, quę in tot ſalutaribus tormentorum,& Tirannorum certaminibus illis fuiſti firmitas, eſto nunc huic mobili Vitę meæ ſtabilitas, eidemque militanti Victoria; vt Munda per te Caro, per te martir non inglorius, per te Veteranus miles, ad te conuerſus, vbique Spiritus in nouiſsimo bello, & martirio meo, in

nouiſ-

nouiſſimo orationis templo, integrę confeſſionis orante cum Simeone recipiam; contriti cordis complexu contineam;& te uirentis fidei luminibus contuear pari iam cum Prophetæ Spiritu,& prędicem,vnicam amicorum tuorum pacē,ſalutare Lumen,& gloriā inquiens. *Nunc dimitis ſeruum tuum Domine, ſecundum Verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem Gentium, & Gloriam electorum tuorum*. Amen.

XXII. Te ſalutamus ſalus perditorum, te concupiſcimus panis angelorum, qui de Cœlo deſcendis, ut manduceris ab homine, ut homo fiat Dei filius; hominis ſapis,vt viuat telluris Incola; Cœli hæres; Mundoque moriens conciuis Angelorum,vt exurgat,& triumphet omnium Regnorum cohæres; ita vt in Summis Cœlis Cœlorum redoleas, & excellas ſuper omnia aromatha diuinorum. Illinc tu Mare magnum omniū mirabilium receptaculum, dum plurimis affluis Sanctorum Virtutum Torentibus, totidemque gratiarum fluminibus profluis ad plenitudinem opulentiæ egenorum, ad ſaturitatem Terræ populorum; Immitte me in tuas immenſitatis, & mirabilitatis vndas. Dein, dum te feliciſſime deguſtant beati deſuper, & adorant in Throno Gloriæ in omnium appręhenſione bonorum; hinc operare ſacrorum ſacrum,ſanctiſſimumque Sacramentum; ſic ego pure,iuſteque merear te manducare in eſcam, teque guſtare in ſaturitatem ſupernæ Vitæ,vt per te ſemper immaculatus in via, te totius innocentiæ verum Deum,& Hominem innocenter excipiam; Cœlicolarum conuictor,cœleſtis ſuper Terram homo viuam ſanctorum Conuiua;ſit mēs mea auiditas Verbi Dei,ſit eſus meus Vox tua in ſanctitudinē, & ſalutem; Dei,& triumphantis Agni cultor,te Deum de Deo adorem Agnum, Mundi victima recogitem, Vitæ fontem eſuriam,& ſitiam;ita vt velut in carne cibus,ſic ego æqualiter mu ter in te ſalutare meum. Nunc præſta te mihi tu Vera Vitalis Caro, ſuauiſque ſanguis Saluatoris mei,in huius,futurę; Vitæ ſubſtantiā; quæ a mortalibus in fide ederis,biberis in Vitā; quæ & immortalitatis vere ſempiternis fructibus exhuberans

Virentibus paſcuis; nunquam deficis in Gratiam; ita vt arctiſſimis ſancti huius Amoris vinculis copuleris homini Deus per ſacramẽtum in Terra, perfruitionem in Cęlo; te inquam Cęli, Terręq; copulatio, ita vt ſis tota ſpes mea Ieſu Almæ amicorũ ſocietas, illuminorũ claritas, & portio beatorũ. Amen.

XXIII. Te ſalutamus ſalus perditorum, concupiſcimus æternæ fragrantiæ Panis Angelorum; qui nimia Charitate ductus de Cœlo deſcendis, vt in mutua plenitudine manduceris ab homine; ita porro amanter, ſic innocenter, ita triumphãter, ut homo fiat Dei conuiuator; ſic hominis ſapis, ut uiuat homo de Telluris incola Cęli hęres; ſic hominem paſcis, vt eius paſtus ſit dulcis, immortalitatisque paſcua; ſic enutris hominem, hominemq; ſeruas, vt innocentium ſocius, & conciuis Angelorum exurgat, & mirę mendicitatis, & captiuitatis ſpiritus ſui triũphet omnium Regnorum cohęres; ita vt in ſummis Cœlicolarum conuiuijs, te collaudet cum Angelis, & conſociet in ſęcula. Amen.

XXIIII. Te concupiſcimus nimiæ dulcedinis Mel, & Fauum; dulciſſime ſaporis panis azymus, humillimum oculis hominum, altiſsime viſioni Angelorum, diuinæ Maieſtatis occultatio; quę ſub ſpeciebus nunc viſibilibus minimis, diuina Terræ, inuiſibilia ſenſui, incomprehenſibilia famulo mortali, mirum immodum abſcondis. Per te ſane æque vere, ac mirifice floret cum Homine Deitas, cum Carne Anima, cum Terra Cœlum, dum in te Chriſte Deus, & Homo, Deitas, & Humanitas indiſſolubiles permaneant, ita connexæ, ita connaturales; vt altera a Patre, altera a Virgine prodijt, ad abſolutionem peccatorum, ad liberationem captiuorum; & ad Gloriã Ingloriorum. Hæc eſt illa illibata caro, quæ moribundo paratur in Vitæ cibum, in Vitæ ſpiritum mortuo; hic eſt Sanguis, Lac puritatis, Torrens Gratiæ, iucundatorumque Riuulus; quem propinas te ſitientibus; quem exhauris tecum merentibus ad aquas; hic ibidem Corpus, triplicis in Eccleſia Dei corporis compago, in quo latet beatitudinis eſuries; Mundi eſus; depreſſoque ſcatet leuamen; vnde demanat Sanctorum

ſaturitas, & glorificatorum halitus; quocommutatur panis in carnem, in Angelum homo; quo cœlites in ſolemni conſecratione omnia poſsidentur, ad huius, & futuri ſæculi gloriam; quæ vario concentu concinunt, duplicisque tubę miro clangore reſonant ad tuum dulciſsimum Chriſte Cōuiuium. Hinc te diuinitus præſentem, inibique delititantem indubitanter credimus; Gratiæ, meritisque ſperantes; vt in ſinu omnium Matris Eccleſiæ conglorificemus in ſęcula. Amen.

XXV. Accedo Medice Cęleſtis ad tuam Piſcinam leproſus, ad tuas Epulas famelicus, ad tuum Theſaurum egenus, ad tuum æternę vitę Fontem mortalis, & ſitiens, vt in almæ ſanctitatis ablutione munder, in Cœleſti Conuiuio homo cum Angelis epuler, gloria miſer, & diuitijs inops, paternæ Domus diter, & bibam de aquarum Viuentium puteo dulciſſimæ Vitæ Venas, & perennis ſaturitatis Aquas. Suſpitiam peccator homo hanc Beatorum, & Angelorum Menſam, mediter illam tot plenam miſterijs, ſentiam tot virtutibus affluentem, oſtentem fidelium luminibus tot cumulatam gratijs, quot fluminibus Mare, quot animantibus Terra, quod ſyderibus Firmamē tum, quod Cœlum empireum Angelis. Hinc impinguā Domine in oleo caput meum, vt mihi ſit hoc Sacramentum, in carnis fomite refectionis Aqua, in gratuito gratiæ munere, Manna de Cœlo deſcendens, ſuper Eccleſiæ Petra cordis firmitas, & tuo Patris Hoſtia, pro Mundi Vita conſecrata in patulo conſcientię meæ libro. Eſto debitorum meorum in aſperſione ſanguinis deletrix; Prębe te mihi Domine in tali prouidentia Deum, molitudine Patrem, charitate Fratrem ad manducandum, vt aſſumam carnem Chriſte tuam ſacroſanctam, in ſanctitatis alimentum, ſit mihi Sanguis tuus innocens innocentiæ ſuccus, puritatis potus, Anima in pretium, latus in lauachrum. Toties ſint lumbi quoque mei præcincti coram te Agne immaculate Dei, ſint, & lucernæ in manibus meis ardentes, quoties ad hoc Sacramentum accedo, toties in baculo meo tranſeam Iordanem iſtum, quoties tu largitor munerum Deus, me hoc ſuauiſſimo lachrimarum Pane cibas, & hoc

Ange-

Angelorum Manna recreas. Eſto mihi Hoſtia ſancta, vt vnica Mundi ſalus, periclitanti ſalus, vt omnium ægrutidinum, ægrotationumque ſanitas, ægro, ægrotanti incolumitas, ut omnis oneris leuamen, laboranti requies, & perfecta Cęli gloria, exultanti Patria. Amen.

## Ad Sanctiſs. Sacramentum, Hymnus.

*SALVE ſalus perditorum,*
*Summũ pignus Saluandorũ,*
*Magnum munus diuinorum,*
*Nimiumq́; ſalutis pretium.*
*Aue pium, vere ſacrum,*
*Vere diuum Sacramentum,*
*Vere, & diui Chriſti Corporis,*
*Cæli Panis, Verbi Carnis.*
*A Deo Patre Geniti*
*Pro gignenda plebe Dei,*
*Illibatæ Matris fœtus,*
*Pro ſanctorum puro partu.*
*Acti in Cruce, & litati*
*Pro ſalute creduli,*
*Acœcati lancea effoſſi*
*Pro cœcorum lumine.*
*Noti ignoto, cæco viſi*
*Pro dubiorum veritate,*
*Infirmorum firmitate*
*Pro humilium gloria.*
*Te hic imum video Deum,*
*In germana Carne meum,*
*Vere Fratrem, vere Patrem,*
*Creatorem, & Paſtorem.*
*Te conſortem meæ Mortis,*
*Et de Morte triumphalem,*
*Vitæ Fontem æternalem*
*Guſto in cibo, ſumo in potu.*
*Te ad hoc altare Dei*
*Mortis finem, Vitæ exordium,*
*Vitæ Vitam, Mundi victum*
*Sentio in ſenſu Eccleſiæ.*
*Aue humilis, & excelſus,*
*Conſecratus, Immolatus,*
*Incruentus, cruentatus,*
*Pius Cæli Dominus.*
*Hic ſub Panis, Vini ſpetie*
*Tuum Corpus occultatum,*
*Et oblatum Sanguinem*
*Edit, bibit fides mea.*
*Te ſub ſpinis colo Regem*
*Magnæ gloriæ Regni Deo,*
*Te Caleſtis Curia honoro*
*In deſpectæ Cruce honorem.*
*Hic de illius Morte imploro*
*Vitam moriens, Patriam exul,*
*Gratiam reus, & Peccator*
*Peccatorum Sanctitatẽ.* Amẽ.

*Ad*

## Ad Sanctiſſimam Chriſti Crucem, Contemplatio.

O Crvx Auctoris Vitæ, Mortiſque Debellatoris ſola in Cœlo, & in Terra æque ſanctificata, ac nobilitata Palma, efſla ex tuis brachijs peccati filijs diuinæ ſanctitatis odorem, & pretioſæ in Domino Mortis ſpira mortalibus, & ignobilibus nobile deſiderium.

O Crux Virtutum claritate tuarum Sole, Lunęque clarior, Stellis Firmamenti præſtantior, eminentioris Cœli luminibus plenior, quę immortalis Cœli Cœlorum Solis ſola tuliſti Occaſum, vidiſtique Tenebras, da vt in meis, & alienis tenebris videam docoloratum ſuper te Lumen omnium Gentiũ, quod parauit iam æternus Pater ante faciem omnium populorum: da inquã vt illud incomprenſibile Lumen cum Simeone prædicem, & mediter, vaticinę mentis acie contuear, illa Iuſtorum beata face delecter, in cuius viſione cœci vident, e cuius mutis eloquijs muti loquuntur, e cuius inuiſibili Spiritu mortui ſuſcitantur.

O Crux Sacrorum Sacra, in qua deficiens Ięſus, Opus fidei, redemptioniſque noſtræ compleuit Myſterium, Cęli, Terręque fabricator; in qua iacuit Rex Gloriæ omni dolore confertus; in qua mortuus eſt Vitæ Pater, pro Vita, pro Gratia, pro Gloria noſtra; Tu in Dei, & hominis perfecta ſanctitate ſancta; tu in Chriſti ſanguine pretioſa; tu in Dei Filij meritis glorioſa, da vt ſuper te patibulis glorier, & ſuper te terrenorum diuitijs cum capite meo denudatus, tua immortali hinc moriturus incendar, coronerque gloria, ne tuo, mundi delitijs nõ ſpoliatus, diſpolier honore: Operare Crux ſacroſancta, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere omnium Creatorem, & cõprehendere Saluatorem, vt quemadmodum, e tuo diuinitus coronato capite Agnus Dei pependit innocens pro Mundi peccatis, ita nunc verſa vice multiplicis peccati mei pondus ſit mihi mearum in te miſeriarum in omni ſanctitate leuamen; effice Vitæ lignum ſemper floridum, ſemper reſipiens, & ſem

per

per frugifer, vt ſuper te adeo ſpinoſum Domini mei myſticũ vere membrum extendar, vt conglorificer; te meæ conuerſio-ſionis Virgam experiar deuius; te Mundi pretium poſſideam, libertus; te probaticam piſcinam attendam æger; te ſalutis ſtipitem ſubeam, damnandus ſub te militari ſanctorum militer diſciplina; Miles te finalis Gloriæ meæ Vexillum oſtentem triumphans.

O Crux amicis tuis in omni amaritudine dulcis, in ægritudine fœlix, in dolore iucunditas, in pęna requies, & in terrena Morte Vita Cęleſtis; excipe me ſoliuagũ te cupidiſſime quęritantem, & tui ſtudioſiſſimum foue, ſerua, conſerua, & amplectere; adeo vt ſalutari meo viuens moriturus, vbique, & ſemper cum Domino, te mei Redemptoris, ac Redemptionis Lignum agnoſcam, te omni dulcedine dulcius ſugam, & ſuauiter, in dies magis, magisq; ſentiam tecum dulcia Mundi verbera, dulces peccatorum ſpinas, dulces charitatis clauos, dulcem tentationis haſtam, dulce erratorum meorum fel, & acetum, dulcia quoque ſalutis ętern æ vulnera, quę pertulerunt innoxia innocentiſſimi Saluatoris mei membra, ſalutaria pariter in ſpiritu, & corpore meo geſtem. Amen.

### *Ad eundem, Salutatio.*

AVE ferrea Virga, quæ ferreos delinis animos amplexu diuinæ pietatis, quæ regis, & moderaris intimos hominum affectus, omnium moderatrix, & arbitra, quę comprimis mortalium ſenſus, Regina Dominaque virtutum, quæ nobis de Mundo, de Carne victoribus victoriarum Duce, Remuneratoreque Chriſto, eidem mortalitatis noſtrę Victore, immortalitatem proponis. Tu quæ omnibus in materna caſtigatione prouidens, vere magiſtralis Virga appellaris, quę nos æternæ Iuſtitiæ præuaricatores percutis, & in verberationibus multis veluti cordata Mater erudis ad ſalutem; Eſto nunc mihi iuſtiſsime vitę Dux, ut proſequar iuſtorum Caput in via; veni expedita tribulationũ

mearum

mearum ſociæ, vt ſpinoſo, glorioſoque capiti meo adhæreã; occurre Chriſtianæ Religionis Lucerna, qua peccati tenebras ſpeculer; ſuſcipe me in veteris ſacrificium, vt oblatio in dies mea ſit coram Domino Deo munda; veni Catholicæ perfectionis emula, vt in æternum vireas ortodoxæ fidei Sertum, & Paradiſus. Amen.

Aue Moyſis Virga, quæ in Terram proiecta, portentoſus efficieris ſerpens, quia tu ſola omnipotentis Virga Virtutis, omnes Magorum deuoraſti Virgas, ſolaque ſerpentum clades, & Dæmonum fuga; omnis omnium terribilium extermi naſti ſerpentes; dum Dei ſumma, & exinanita ſapientia, quæ in te tantopere eminuit, per Chriſti reuiuiſcentẽ propagatamque fidem, & per fidelem filiorum Dei ſobolem, omnem gluti uit Mundi potentiam, confuditque ſapientiam, quæ eſt myſtica, & inanis Terræ pompa, & ſapientia. Tu igitur, quæ cecidiſti veterem, nouumque Pharaonem, veterem ſcilicet, recentemque peccatorem, in peccati gemitibus, atque tenebris; tu quæ nouum pariter vaſtas Aegyptum (qui eſt peccati culpa, doloreque perditus) adſta mihi ſalutaris Sapientiæ neſcio, ſcientiæ ſalutis oraculum, multiſque peccatorum faſcibus de cliui ſubminiſtra ſpiritalis grauedinis alleuamentum, in pari pœnitentiæ põdere; mane hic mecum pia laborum ſuſceptio, vt per te requieſcam in tranquilliſſimorum pace; mane voluntaria malorum perpeſſio, ut tecum ſummo bono perfruar; mane bonæ voluntatis vbique firmitas, vt in me augeſcat æternæ Vitæ meritum; mane hic potens bellatrix, in bello, vt mihi ſis æternæ requietis præuia; mane omnium virtutum educatrix, vt finalis retributionis meæ laus, ærumnarumque finis, & beatitas. Amen.

Aue nodoſe peregrinationis noſtræ bacule, qui nos, a canibus, a ſerpentibus, a ſuibus in hoc fallaci itinere protegis; Tu nos vere ex inuido, & famelico Cane defendis Lucifero, tu ex ſerpentis itidem præſeruas veneno, quod eſt virulenti Mundi contagium, & a peccati vindicas turpitudine, quæ in ſuilla ſceleratorum fœditate conſiſtit, hinc tu perfectæ virtutis, digni-

tatiſque Virga, eſto mihi ſanctę patientiæ Nutrix, quaprober; aſſide ſalutis Comes, vt in ſalute perſiſtam; præcurre meas Viatorumq; Vias, vt recto iuſtorum curſu ad laureandorum brauium accurram, ita vt te ſola ſtipatus, & altus, in tuis Chriſtique meritis amiſſam recuperare patriam meream, & poſt Vberes bonorum ſeminum fructus, longasq; fatigationes, & excubias in magnitudine meritorum commeream Pacis, Vitæque Regnum. Amen.

Aue Chriſtianæ militiæ Signum, vera, & immota radix Ieſſe, quæ ſtas, & flores, & germinas in perennis victoriæ argumẽtum, & in ſalutem credentium populorum, ad cuius auſim pro clamare ſacros impollutosque pedes proiectus humilis exaltatur, proſtratus impius iuſtificatur, ambulans iuſtus glorificatur; ad cuius almæ quietis, & ſęcuritatis Vmbram concurrit fidelis pro Chriſto miles, & illuſtris ibidem ſuas enumerat bellicas cum Angelorum plauſu, & recognoſcit cum corona gloriæ coronas; ſub cuius inquam purpureis, & Imperatorijs inſignibus extollitur infimus, ſubiectus imperat, incolumisque viuit, & pugnat totus Chriſti fidelium, Chriſtique Regnorum exercitus. Tu iſtis, plurimisque nominibus, eſto mihi in hoc lęthali Vallo (perpetuo penitus certatori) pacifera laurus, & triumphalis, vt te acerrimo vltionis Angelicæ telo, venenatą ſatanæ tela in me furtim iacta retundam, iniecta depellem, te ſola ſanctorum Claue mihi Cœlum aperiam, dum tua doctrina omnes irridet iniurias, omnes effugit honores, terreſtria bella pacat Mundi Regna conculcat, humana quęque contemnit, Dei innectitur Gremio, & diuinorum miſcetur dulcedine. Amen.

Aue Crux dulciſſimi fructus fœcundiſſima Sycomore, quæ a Mundo deſpiceris, & reputaris inſania, quam tamen diuino Numine aſcendit Zachæus, hoc eſt omnis iuſtificatus, pœnitensque Peccator, vt non corporis tantum agnoſcat oculis ſui reatus gratiam, Vitæque Dominum, ſed internis quoque luminibus Lumen illud de lumine inſpiciat, quod eſt omnium ſyderum fulgor, & Terrarum claritas; Tot ergo præfatis, & ineffa-

ineffabilibus diua, beatáque Crux repleta bonis, & locupletata miſterijs, propitiare interim nobis ſub te, plorantibus, faue amabiliter contemptis, quæribundis, & inglorijs; dum in te benigniſſime hodie ſuſcipitur mitis in omnes Agnus, & propitius flebilibus Deus; humanis per te indulgeat erroribus, Ieſus hominum ſalus, & peccatorum indulgentia, dum ſuper te nudatur hodie, & perfoditur, mire exacerbatur, exanthatur, vehementer paleſcit, langueſcit, prouide noſtram ſitit incolumitatem, ac humana potatur amaritudine; dum hominis moritur in vitam, & patitur in gratiam; faciat per te mirabilia magna ſolus, ille cuius Nomen eſt ſumæ ditionis, Maieſtatisque Nomen, cuius ſingularis nimirum Virtus, & Miſericordia coram omnibus Terræ finibus claruit vt pateat Cœlis, & Inferis in ſæcula ſæculorum. Amen.

### *Ad Eandem; Salutatio.*

SALVE Crux non Culpæ, ſed Gratiæ, non Mortis ſed ſalutis Lignum; quod terrenus olim deguſtans petijt cum terreſtri ſemine tuo, vbi Cœleſti Adam vixit, triumphauit moriens cum Dei filijs, Mundo pariter morituris fratribus, & cohęredibus vtique ſuis; Tu ſola ſuper Montem Montium excelſa, ijs excellentijs es Cœli Clauis, quę Cœlum Adæ filijs æneum aperis, & Infernorum gurgitem claudis.

Aue Cœli Palma, terrę fructibus ſemper virens, & florida, in qua myſtice vincit Aaron Virga ſterilis, & arrida, in qua floret humilium bona voluntas, vbi vberas emittunt fructus opera bonorum.

Salue ferculum vnius in Cœlo, & in Terra Regis, vniusque triumphantis Salomonis, qui omnia moderatur; & regit in ſalutis ſapientia; tu vere ferculum Imperatorium, quo mirifice continetur ſimulacrum veracis Dei, & Hominis, & triumphantis Imperatoris: Tu vere ferculum omni laude dignum & honore, dum in te reponuntur optima ſpolia Virtutum, &

Poteſtatum,& plures ibi Certantium Laureæ annotantur,aureatæque Coronæ.

Salue Maris huius inſtructa, & ornata Nauis, multis ditata mercibus, & cumulata Theſauris; quæ maximis quandoque turbinibus, & fluctibus agitaris;quæ rectum tamen,& incolumen hic tenes curſum ſcientiſſimo gubernatore Ieſu: tu nos ſola a Mari,Terraque expulſos, & naufragos aggregas, ambulasque ſola Maria, Terrasque nauigas, tu nos ſæpe ſine Nauigio,& Remigibus, in hoc Mari magno periclitantes in votiuã ſalutis æternæ Portam aduehis. Sit igitur Vela tua penitus aurea, cœleſti vbique fauore extenta, & ſemper Dei tumida Gratia; ſecundiſſimis vtere Ventis, in maritimo curſu tuo; cedant hic fluctus, & ſcopuli valide nauigationi tuę, iratumque placetur Mare ad nutum Gubernatoris illius; qui fecit, qui domuit, qui ambulauit Mare, & qui ſacram, & immobilem ſuper procellas Anchoram tenet.

Salue bacule Iacob quo nititur humanę mortis,dolorisque contemptio,vbi firma, & ſtabilis adeſt humanarum rerum deſpicientia; tu vere firmus baculus Iacob, qui firmas omnes huius Mundi contemptores ſuper fidei Petram, bellatoresque ſemper ſub triumphanti Chriſti, Victorięque ſigno retines; tu vere baculus noſter, ſeniorum ſcilicet ſuſtentatio, pupillorum tutella, adiumentumque puſillorum, adeo vt tetantummodo tranſeant Iuuenes,& ſenes Iordanem iſtum incolumes.

Salue ſcala aſſenſus, quę mirabiliter emines in ignominię gloria multarum patibulepœnarum, cui configitur cum Chriſto fidelis homo; vt poſt tuas pias, & ſanctas,& ſalutiferas breuis doloris ſpinas conglorificetur tecum afflictus, & miſer in Dei gloria,& Sanctorum.

Salue Chriſti torcular, quo Chriſtus ſuum nobis propinat ſanguinem, in æternæ Vitæ potionem, quo illius vitis, & palmitis exprimitur ſuccus, qui eſt omni fonte liquidior, liquoreque dulcior.

Salue præpotens ſignum Thau, de Cœlo deſcendens, vt ſignes in Terris Victorię noſtrę, ſalutisque Signum,quod horrida

rida indies, & irata Dei fulguras fulmina, culparum diſperdis grandines, interimis peccati Virus, peccatorum ſanas contagium, humanaſque tollis ægritudines, & infernales deducis ſerpentes ad Inferos. Tu certaminis Vexillum; Tu Diadema Coronæ; Tu amaritudinis modicæ, ſed plurimę dulcedinis Lignum; Tu militantis Eccleſię Clypeus; Tu Michaelis Torax, & fulgur in cadentis pugna Draconis; Tu Gladius anceps in manu Domini; Tu ęternę Iuſtitię Miniſter; Tu irreparabilis ictus in bello, per te pugnamus inuicte, & pugnacem, & impium, & lacertorum Gloriam humiles, imbelles, & inermes decollamus.

Salue Vitę Liber, qui nobis polliceris in nuditate Diuitias, in paſſione Gaudium, in contumelia Pręconium, in ſeruitute Regnum, in patientia Coronam, & in ęmula Chriſti Morte Vitam cum Chriſto ęternam. Amen.

## *Ad Eandem, Adoratio.*

SALVE lignum vere ſanctum, vere pium; quod alme pietatis Procreator ſibi produxit ad Mortem; quod ab æterno præeligit ad Mundi Vitam, Mundi Faber, Mundi Redemptor; quod inquam ſanctorum caput ad Montem Caluariæ detulit, vt ſuo ſacrato Corpore amplexaretur Moriens, & ſacro cruore aſpergens, ſanctificaret: quis poſſit hic tuas attingere laudes, ornare geſta, & percurrere Virtutes? Quia ſuper te tantum cuius, immorta liſque Sol Iuſtitiæ Ieſus occidit, vt Iuſtorum pariter corpora ſuper te pie morerentur, & horum animæ beata pœnitus immortalitate completæ, cum Chriſto merito ſurgerent de Mor te ad Vitam, de exilio ad Patriam, de Luctu ad Gaudium, & de Captiuitate miſerorum ad Cœleſte Regnum Beatorum. Tibi ſane debetur omnis hominum laus, & Angelorum, quia tum humanam redemiſti Naturam, cum Chriſtus ſuper te vltimum Patri efflauit Spiritum, cum Chriſtus deſcēdit ad Inferos, & captiuos eduxit; tum humanam necaſti Mortem, cum Chri-

Chriſtus moriens, & rediuiuus triumphauit de Mortuis, tum Angelicos itidem reparaſti Choros, cum Chriſtus in Cœli Regnum aſcendit, cum illo ibidem diuinæ, & humanæ Naturæ dignitas eminuit, & Dei,& Hominis conglorificatio Ieſu gloria, & ſplendor eluxit.

Aue ſæculorum Regis quamque maxime lecta, & probata Palma, quæ ſola Mundi pretium, Lymbi ſpolia, aureas Cœli, ferreasque Abiſſi Claues portaſti; tu ſola Cœleſtis honoris decoraris inſignibus, quæ Mundi Opificis, Redemptorisque Dei ornamenta bellica geſtas, tu ſola mirabiliter obtines Chriſti triplex in plenitudine Regnorum Imperium, dum Chriſti Coronas Martyres, dũ Chriſti fidelibus aſſeruas æterna in ſpinis gaudia,& ſummos in martyrio, pioq; ſanguine triumphos donas; tu ſola Chriſti Corpus nobis Chriſti membris ſub veló inſimul noſtro velatum reuelas; tu ſola Arcana Cœli contines, & perſcrutaris inſcrutabilia Deorum Dei, adeo vt Diuinorum miſteriorum interpres, & conſeruatrix adoreris egregia.

Aue Regis exercituum beata, & beanda, decora, & decoranda Palma; vbi defecit Vitæ Spiritus, prælectorum Spirituũ beatiſſimo, vbi dator Vitæ perijt, pro demortuorum Vita; cui Mundi portitor ſuccubuit, pro eleuatione noſtra, cui affixus eſt Dei filius inglorius, pro Cœli, Terræque gloria, vbi impugnatus eſt ad Mortem Leo Victor de Tribu Iuda pro expugnatione Inferorum. Sit igitur tua laus o Palma Regis Regum ſemper in ore Angelico, oreque meo, quæ gloria es Angelorum in renouatione Stellarum, quas traxit de Cœlo Draco cauda ſua; ſit porro frequens, ſit ſpetioſa in ore Iuſtorum, quæ alligaſti Principem tenebrarum catenis igneis ad ignem æternum; quæ ſerpentis contriuiſti Caput, & capita ſeptem in humilitate Dei Filij; quæ eneruaſti, & vicisti fortem armatum in bello, in nuditate, in verberibus, in vulneribus, in paſſione Ieſu.

Salue pium pietatis Donum, & reuerenda pacis Ara; dum iræ quondam, vltionisque Deus ſuper te nunc immolatur Altiſſimo pro ſaluanda plebe fidelium, Miſericordiarum vere

Deus,

Deus, & Pacis Sator, & Nuntius, & deprecator ſalutis.

Salue humanarum ſcute pugnarum, illuſtrium vtique victoriarum nobiliſſima congeries; tu diuinæ & humanæ communicationis conciliationisque ſignum, de Chriſti ſanguine pium, de Chriſti rubicundo latere in æterna Charitate purpureum, amabiliſſimoque cólore Miſericordiarum Dei coloratum; tu diuini fœderis Arca, vitæ ſpiritalis conferta ſubſtantia; vbique Panis humilitatis abundat in ſperatæ gloriæ alimentum; vbi Panis patientiæ reponitur in virtutum cuſtodiā; vbi Cœleſtis charitatis ſapit, multiplicaturque cibus; qui nos alat, & recreet in perenni conuiuio Angelorum.

Aue immenſæ magnitudinis, fortitudinisque Virga, quæ quanto magis in terram deprimeris, tanto in Cœlos Cœlorum erigeris, quę terrenum diuexas hominem, vt erudias, Iuſtum, angis, vt paces, vbi conquieuit ſeptenarius Domini Spiritus, vt ſit nobis Cęlitus gratia Dei ab humanis laboribus mutua, ſperataque requies, ſuper quem multifariam Sanctus deſcendit Spiritus, vt Deus gratię Ieſus, vere ſanctorum ſanctus, tollat ſeptiformes a nobis mortalis peccati ſpiritus.

Salue ineffabilis Dei Iudicij Virga, vbi totus apparuit cruore rubens, Mortisque nube tectus ille Sol Orientis æterni, qui æternam nobis noctem ſerenat; ille Sol qui rediuiuus ab Occidente trahit nos te Duce, te præuia aurora Solis, ab Adæ Lymbo ad ſuam, Deique Patris Lucem.

Saluete quatuor florentis Vitę ligni brachia, triumphantis vbique terrarum Inſignis Domini noſtri decor, & laus, vbi viget nobilitata Palma triumphi; vbi diuinæ lenitatis floret Oliua; vbi immortalis vitæ Cedrus ſuper omnia aromata ſapit; vbi beatę immortalitatis olet ſuauiſsime odorata Cypreſſus; cupide iccirco vos diuinę Charitatis brachia complectantur in dies cor, caroque mea, volontario quidem multiplicique martirio, vbi omnis cum Chriſto martirij appetitur, deguſtaturque ſuauitas, vbi Martirum eſt pendula virtus, & honor, vbi laureatorum in horas fere ſingulas milleſima glorificatur corona.

Aue

Aue pacis Vinculum, miſerorumque Solatium; eſto nunc paternæ domus meę diutinis, inueteratisque diſsidijs, ſancte Domina Pacis; ærumnas compenſa meas miſeriarum præmio ſempiterno, dirige me in rectas fidei, ſalutisque ſemitas; & conſona tandem mœroribus meis largire gaudia, recipe me pia pupillorum Mater, in tuum, & agni Dei in te Miſeratoris gremium; ſi tu es languentiũ tuta, pacta, & præparata quies, & humanæ medicina ſalutis; ſi tu es eſurientium Angelicus Panis, & ſacrum & plane purum, cœleſteque Lauachrum; hodie cura langorem, ęgritudinemque meam; tu fidelis populi puritas, & ſalus refice famem meam; tu Cœlicolarum voluptas; tu egentium ſaturitas: munda me totum in veteri lepra leproſum; tu finalis Piſcina ſalutis, & Calix medicinalium tribulationum mearum.

Salue Crux fidei Catholicę robur, & incrementũ, in qua fidelis Latro Regnum cũ Chriſto inuenit ęternum, Crucis reus, de cruce tranſmigrauit in Cœlum, Mortis ęternæ reus; de Morte tranſijt, euolauitque in Paradiſum, ſuſcipe me pariter latronem tu Domini Crux vere fœlix, vereque beata, ſuſtine me in tua; & Chriſti gratia, tu millibus millies quotidie euecta, & nobilitata gratijs, ut ſuper te moriar peccati Victima, vt cum Chriſto corregnem; permitte me capitis nocentem hominem, ut hic liuidus condemnet, quo acutiſſimis cum diuini amoris clauis in te ſuſpendar; me omni latrònis Vulnere vulneret, cruciatuque cruciet; vt pius cruor cruciatusque meus cum morienti Latrone commerear filiorum Dei Regnum; reſtituat hodie mihi clemens diuina Maieſtas amore, & meritis patuli lateris filij Dei Viui, quicquid ademit humana miſeria; vbi abundat hodie meum, alienumque crimen, ibi in æternum exuberet ex fœcundo vitalique fonte tuarum gratiarum gratia.

Aue Veteris lapſus auxilium, veteris infirmitatis remedium, ſi e priſcæ quondam pręuaricationis ligno pullulauit Serpentis dolus, hominisq; germinauit ſeruitus, & ſuper omnem Terram viuentis Adæ Mors in terræ ventre ſerpſit, ſeſe

diffudit,

diffudit, & inueterauit æternalis;prode opportune mihi tu Cę leſtis obedientia ſemper triumphale germen egerminans, victricem Arborem ſapientię, innumerabile ſalutis pretium, & immortalem Mortis vitam;ſi ab illo itidem Stipite nobis Adę propagatur poſteris, Aeuæ luctus tributum in Cunis; Aeuæ exoritur, conglutinaturque ſeruitus in Vinculis,in ærumnoſa Vita nos conſequitur Labor, & Culpa, in acerbiſſima Morte horrida nos mouet pœna, & anguſtia; num ſuper te prouidētiſſime fuit nudatus Ieſus perditis noſtræ miſeriæ ſpolijs? nōne exſiccato exſiccauit corpore noſtras, & primorum parentum lachrymas? non ne ſuauiſſimo alleuauit iugo humani laboris onus? non ne qui olim vertit Vxorem Loth in ſalem Moſis Virgam in colubrum, Aegypti flumina in ſanguinem, aquam ad Nuptia in merum conuertit, ſuper te quoque mirabilis virtute Ieſus hominis Culpam in Gratiam, Mortem in Vitam, Pęnam in Præmium,Anguſtiam in Gloriam? Amen.

## *Ad eandem, Meditatio.*

AVE Cœli Palma, Terrę Pax, Paradiſi Planta, & Mortuorū Requies ſempiterna; in qua Mundi pependit Salus; in qua penitus miſer, penitus,& omnino beatus homo; in qua virtute præpotens in ſanctis mirabilis glorificatur Deus, & longanimis paſſus eſt Chriſtus. Te veſtiget anima mea Cœleſtium bonorum pleniſſime Theſaure, te ſitiat fœcundiſſime flumen; vnde nobis diuinam Charitatem effluis; unde nos de filijs iræ Dei filios efficis; quia cum adhuc peccatores eſſemus, peccatique lege in mortalitate generaremur,pro nobis ſuper te flagrāter,& amanter mortuus eſt Ieſus.

Aue Mortis Morſus, amaritudinis Dulcedo, dulce Lignū, dulcis Virga, lignis Cœlorum excelſior, quæ contines Terræ Salem, Lac vitæ, & Sapientię Theſauros; fiat nunc, vt nihil ſine te cogitet homo, nihil cum Paulo ſapiat,niſi Ieſum ſuper te conſputum, maledictum, incognitum,& crucifixum.

Aue benedictionis germen, oſtentumque Mortis, & Vitę, vbi deſijt hominis maledictio, quando Mors perijt, vbi Mors adamatur, prægustatur lacte, & Melle dulcior, quando mortua Vita fuit, in te porro ſola infirmata Virtus viuit, & denigrata claruit Potentia.

Aue prouidens captiuitatis noſtræ Meta, libertatisque Signum, in quo victus eſt Mundi Victor; quando occiſus eſt pro Mundi Vita Dominus Virtutum; vbi contritus eſt Poteſtatum Princeps, quando exinanitus eſt ad Mortem Vitæ Cibus, & halitus omnipotens Altiſſimi Filius; vbi mirabiliter Vita reſurrexit, vnde Mors oriebatur; Tu Lignum iccirco Gratiæ, tu Veniæ pignus, quia per te vetus homo cũ Chriſto Ieſu crucifixus eſt, ut deſtruatur peccati corpus, ne vltra ſeruiamus peccato.

Aue diuinæ bonitatis Imago, & perfectæ Charitatis Monimentum, vbi ſummus factus eſt infimus, vbi impatibilis videtur patibilis, vbi vbicunque vltionum Deus miſericordiarũ Pater, apparet adeo, ut miſericordia Dei Saluatoris noſtri glorificet omnis Terra; hinc tua floreſcit omnigena Laus, emanat, propagaturque Gloria; quia vbi perditi quondam hominis ſemel abundauit delictum, ibidem, & Saluatoris, miſeratoriſque Dei in ſęcula ſęculorum ſuperabundauit, & Gratia.

Aue Domitrix, & Dominatrix Inferni, quæ portas illic confregiſti ferreas, & vacuaſti Infernum; tu ſola conciliatrix es hominum, & Angelorum, quæ Cœlum imples, Terra integras in ſanguine occiſi, & triumphantis Agni; tu ſola e Terræ tenebris eripuiſti nobiliſſima Dęmonum ſpolia, inſuperabiles exſuperaſti Principatus, bellipotentes viciſti Poteſtates; tu Palam vbique locorum triumphas; Tu hominis Scutum, Dæmonis pauor, Angeli Gaudium, Terræ Seruitus; tu Trium Regnorum, quæ in Cœlo, quæ in Terra, quæ in Infernis potens; & ſapiens adminiſtrauit Deus; es mitis, & pia, & Imperatoria Maieſtas. Mihi autem abſit gloriari, niſi in te amabili, & venerabili Cruce vnico ſigno Redemptionis meæ, in quo eſt Salus, Vita, & Reſurrectio Mundi per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, per quem ſaluati, & liberati ſumus. Amen.

*Ad*

## *Ad Interiorem Hominem Soliloquium.*

QVID habes Homo quæ non acceperis, & ſi accepiſti, quid gloriaris? ſi tua ſolida gloria ab vnico Gloriæ proficiſcitur Rege? Tuum vt, vt eſt, & vtcumque fuerit eſſe ab æterna manat eſſentia? a Vitæ fonte Vita, a ſummo Motore Motus? a ſuperna Intelligentia Intellectus? Ab infinita Sapientia Scientia? A præſtantiſſimo Bono Bonitas? Ab Excelſo Cooperatore Operatio? Ab Immenſo benemerēte Meritum? A ſupremo Remuneratore Merces? Et ab vno ſolo (in quo cuncta ſunt gaudia, & bona) Fœlicitas?

Quæ ordinas, quæ texis, quæ adimples homo terreus, Cœlis mutabilis, Vita fragilis, Morti natus, Miſeriæ ſubiectus, in Deo Vitalis, ſine Domino Mortalis? ſi rerum omnium initia, media, & extrema Deus Alpha, & Omega attingit, diſponit, & perficit æque ſapienter, ac ſuauiter? Deſine, deſine non credere fallaci, in volubili commorari fortuna, & ab eius volubilitate omnia tua reputare bona, ab optima Natura corporea, ab eruditiſſimo animo animalia, quia verſat omnia fata Deus; te de limo fecit, quo limum rationis pedibus calcares; ad ſuam te formauit imaginem, & conformauit ſimilitudinē, vt ſummi delectabilis appareres imago, & ſummi pulchri exēplum, viueres in homine Angelus, fieres in Terra Cœleſtis, oſtentareris in Cęlo diuinus, & glorioſiſſimū tanti Architecti, & Speculi in futurę apparitione glorię contēplareris exēplar.

Quid habes homo, quæ non acceperis? & ſi accepiſti quid gloriaris? ſi intēdis reprobare malum, & eligere bonum, nonne ſummo bono duce declinas, a malo, & in te omne bonum in omnibus bonus operatur Deus? ſi te educant, nobilitant, ornantve moralia? hęc educatio, documenta, & ornamenta, vnde niſi, a Doctore Gentium? ſi rationalis, & ciuilis, ſi Catholicæ fęlicitatis quæris ve præmia? a quo hæc tibi polliceris, expectasque munera, niſi ab illo, qui te olim ingenitum genuit, generatum regenerauit, a Morte captiuum, ſua Morte

redemit, tua peccatrici humanitate perditum, ſua diuinitate ſaluauit, tuis miſerum delictis, ſuis præclariſſimis meruit glorificare meritis? Quæ audes, quæ vales, quæ cogitas, quæ perficis homo rerum mirandarum, atque magnarum audax, validus, excogitator, perfector? quarum priora non ſuſceperis a Magno Vitæ Seminatore ſemina? & nō collegeris a Cœleſti Meſſore fructus?

Quid habes homo, quæ non acceperis? & ſi accepiſti, quid gloriaris? ſi tuis turges diuitijs, nonne tuæ apparuere diuitię in natalibus nuditas? in vagitu mendicitas? In exiguitate fragilitas? In ortu plangor? vita labor? obitu dolor? morte factura? perditionis angore, horroreque anguſtia?

Quæ tuæ dicendi vires Orator, ſi in tuo toto miſerabili Aduentu ad nos aduenisti miſer, & miſerandus appares, nefaria infans affaris? nobiſcum peregrinaris cum gemitu ad Mortem, gelu, terroreque plenus ad ſummam ſine lingua & eloquio deuenis eloquentiam, & ad ſummam ſine patronó cogeris accedere Iudicem?

Quæ tua fortitudo fortis? ſi omnibus imbecillior Animantibus, corruptibili ſemine ſatus, genitoris conceptio te genuit? genitrix corrupta concepit? menſtruata coagulauit? fędata portauit? debilitata parturijt? ſemiuiua lactauit? Infirmata educauit?

Quæ tua Dominatio Terræ Dominator, beatitudo fœlix, lætitia, ridibundus, armatura armatus, victoria inuictus? Nōne quę te talem, & tantum edidit, partus dolore, viroque ſubdita, te omnibus peperit ſubditum? Tulit miſerabilis miſerum? Protulit flebilis flebilem? Proſtrata dolore, & affecta proſtrauit & affecit humi ex humo hominem humilem, inermem, dolentem & imbellem?

Quid habes homo, quę non acceperis? & ſi accepiſti quid gloriaris? ſi quę ſapis, nil te ſcire adocet? quę in dies diſcis, innoctes obliuiſceris? quę in ęterna olim ſapuiſti ſapientia, hodie non reminiſceris?

Quę tua ſpeties ętate floridus, eiusque flore ſpetioſus? ſi men-

menſtruali ſanguine implexus, vnde prodiſti, te fœdauit fętida fœditas? Quæ te nutrit, deſtruit, quã paſcis, eris eſca, quã comis, huius te terribiliũ vaſtabit & deformabit deformitas?

Quæ tua Sanctitas Sanctus, nonne te genuit, quę te produxit, in originali peccato? Te alit, quę lac præbuit in patrum, peccatorumque culpa, hæreditariaque pœna? Nonne tota videtur hominis affectatio, in peccatis abominatio? Cogitata peccata? Carnis ſtudia? Spiritus repudia? Hominis defenſio? Dei offenſio? Hominis electio? Dei deſpectio? Mundi Ius, Dei Iniuria?

Qui amor amabilis, & amandus? Quæ tua gratia gratioſus? Si tua te prodidit mater Iræ filium? Aeuæ filia Deo inuiſum? Hominis cum Deo in aditu Eccleſiæ pactio, Deo in ſinu eiuſdem omnium Matris rebellem? primi parentis execratio, Cœleſti Curię execrandum?

Noſce, noſce, te tandem Homo; quia omne datum optimum deſcendit a perfecto largitore luminum; tuum penitus eſſe eſt Dei donum, quia ſolus fecit nos, & non ipſi nos; dum viuis in Domino viuis, quia in ipſo viuimus; dum intelligis, crede quia intellectum vnicus dedit tibi Dominus; dum ſecure Terram incolis, memorare quia Domini eſt ſalus; dum in ſalutare credis, crede quia Domini eſt fides; dum ſperanda ſperas, recogita quia horum omnium te regenerauit ſolus Deus in ſpem viuam; dum Deum, & hominem diligis, a ſumma agnoſce Charitate Charitatem, quę mirum in modum in tuo corde diffunditur; quæ te de ſtultitia ad ſapientiam, ab errore ad prudendentiam, de miſera ſolitudine ad beatiſsimi Amoris Menſam, & Beatos amantium, & amatorum Choros, amantiſſime ſtipabit, & congregabit. Amen.

*Ad*

## *Ad Veterem Hominem Theorema.*

QVID ſuperbis homo Pauoni ſimilis, dum iactanter inanis gloriæ contueris, iactasque pennas? num fallacem ſuper terram tuam pulchritudinem perdite ſpectas, & fraudulenter oſtentas? dum fucatus, picturatusque rotas, cur gemantes caudæ pennas audes in Orbem explicare millies in dies? Reſpice, reſpice fœdifragus, & miſer natalis fœditatis pedes deformes, & abominandas conſidera plantas, vt ibi hodiernę ętatis legas exordium, & recorderis a capite, vſque ad calcem finis tui.

Quid ſuperbis Terra & Cinis? quæ cinis es, & in Cinerem reuerteris; ſi dum oriris occidis? dum orta occidunt, adoleſcens ſeneſcis? quia cūcta ſeneſcūnt, volutaris, dum ſtare cogitas? dum nil ſub Sole ſtabile; quæ igitur affectas, quæ tractas? ſi eadem omnia Dolus, & Dolor Interitus, & Vanitas?

Quid ſuperbis Terra, & Cinis inter floridos populos, numeroſaque Regna, celebresve literis, & armis, imperijsque Prouincias? Num ineffabiles periere bellicæ, præclariſsimę iam obſcurantur Nationes? Num tot videntur diruta Regna? Totidem humo æquata, vix ſignantur Imperia? Ad quid ergo Terræ Abortio vis ſuperbire veluti Babylon, & Babel? quia cum vtroque cōfunderis, veluti Carthago, licet ſteterit olim æmula Romani Imperij. Velut Athenę, quamuis liberales fouerit diſciplinas. Tamquam Corinthus, & Thebæ, etiam ſi tot excelluerint geſtis, geſtorumque in Virorum ore reuiuiſcant monimentis. Horum dum voluis, reuoluisque facinora, veterum attende Pyramides pretioſis lapidibus ſtructas, vltra omnem excelſitatem faſtigiatas; immodica proceritatis dimetire Coloſſos, a fabre aculeatos, ſpeculare obeliſcos; & illos Licęi, & Academię Philoſophicos philoſophare Porticus; quorum nullum hodie in terra veſtigium imprimitur, in Terra noſcitur; & dum te meminis, illium recordare Dardanidumq; Gloriam; quia nunc ſeges eſt vbi Troia fuit.

Quid

Quid ſuperbis Terra, & Cinis, de tuorum ditione, pulchritudineque Regnorum? Si nullum ſuper Terram Regnum tam ineſpugnabile, quin eſpugnetur? tam ſtabile, quin dilabatur? tam diutinum quod terreum, non vertatur in Terram ſuam? Vis maioris Aſię fortunatas Inueſtigare Regiones? Recole in magna proſperitate Aſſyrios, qui tam diu fœliciterque regnarunt, & illos poſtremo ( eiſdem tranſuerſa Fortuna) debellauere Medi. Medorum ſciſcitaris in mirabilitate curſus, & exitus; vide vt illos paululum dominatores extruſere Perſæ: Perſarum acies annotare in Aſia, Europaque Dominium? Ecce vt iuxta Aſſyriorum fatalem vere Dominatum, illorum euanuit ſtatuta Dominatio. Tentas ſpatiari nobilis in totius Gręciæ nobiliſsima ciuitate? Tu per ſeptenium illic Athenienſes liberos, Dominos, ingenuarumque diſciplinarum profeſſores inuenias, dein ad illos in Lacedemonum ſeruitutem adductos deduceris. Cupis in Lacedemoniorum perſiſtere Regimine, & legibus, optime a Lycurgo inſtitutis? His Peloponneſum, totamque Gręciam per trigeſimum annum adde, & poſtea Spartanos a Thebanis opinare extinctos, a Macedonisq; Thebeos. Regis Macedonum illius magni percunctaris Annales? Ecce dum Thebas euertit, durumque vincit, dum Scythas laceſsit, eiusque fundit Regem, dum indomita ſibi domitat, & lata adiungit Imperia, dum Montes tranſcendit, & flumina traijcit, dum terras ſubmergit, deſertaq; permeat, dum ad inacceſſa accedit, & ambulat inuia, eius anguſto tumulo immenſę circumcluduntur victoriæ: ſic vt omnis homo humus, Caro Cinis, hominum concupiſcentia Gehenna, Gloria contumelia.

Quid ſuperbis Terra, & Cinis? num tibi ad Mortem curſori caduca Cęſarum occurrunt Imperia? Xerſis centena millia, & armata Caſtra? Pompei, & Cæſaris ciuilia, & memoranda bella? Tamburlani Scytharum Regis ingentes exercitus? Antigoni florentes pedites, & equites? Antiochi magna, & armata manus? Athenienſium in Syracuſanos muniti triremes? Parthorum præpotens in Antonium militia? Anto-

nij contra Cæſarem equitatus, & conatus? Cęſaris de Antonio clara victoria? Craſsi bellicę contra Parthos legiones? Mitridatis ingentes machinę,& curſus? Tygrani in Romanos tot ueteranorum millia? Nirei in Bactrianos nimia virtus, & terror? Xerſis in Gręcos ſumma poteſtas, & horror? Ecce, vt omnes ſemper vna, & eadem vicit victoria Mortis, & omnia antiquanda annorum antiquauit antiquitas, ſic vt nullum illis reſtet in terra, & ſub terra nomen, excepto ſui ſpiritus, puluerisque ſepulchro.

Quid ſuperbis Terra, & Cinſs? equeſtri duceris laude? Quære Scytharum in equitatu Gloriam? Sagittaria vis nobilitari fama? Sectare Ithurços, Medos, & Parthos; Vis arte vigere paleſtria? Phęgei, Lycei, Pollucis,excurre incurſibus, & perſequere ſtadia; Vis ſuperna ſciſcitari Arcana? æmulare Aegyptios, & Babylonios, quorum nullum in ullo loco apparet elogium, & inſiſtit monimentum.

Quid ſuperbis Terra, & Cinis? dum tibi Cæſareas tentas attollere Statuas, heroicos victorum ius promereri Arcus? Eburneas Palatiorum ſperas erigere columnas? Num ad mortuorum aliquando miſcellanea recurris Sepulchra? miſcellas veterum vides, & miſereſcis Vrnas? Memorandorum meminis Monimenta? Regum, & Imperatorum agnoſcis Mauſolea? tot in proceros herouin, viuentiumque calcas Sarcophagos? tot pia Pontificum deambulas cemeteria? vnde aliud tibi humanæ miratori tragediæ non ſpectatur,nec apponitur, quam laruali s, & fœtens cadauerum imago, & oſsium congeries, quam cineris, & pulueris miſeranda, annotanda, flebilique materies.

Quid ſuperbis Terra, & Cinis? in huius diuturnitate Vitę, an ſperas forſan Neſtore, Pandora,& Matuſalem, diutius viuere poſſe? Num Adam, Seth, Enos, Malaleel te fortunatiorem,& viuidiorem obiere? Num omnia immortalitate generantur? Ad mortem naſcuntur? Ad mortemque vergunt & tranſeunt?

Quid ſuperbis Terra,& Cynis? De fragilibus quos tibi dedit

dit omnium Dator honoribus, & opibus? Num obliuiſceris labiles Craſsi, Creſi, Mydęque diuitias? Darij Perſarum Regis totum aureum, & gemmatum non æſtimas ſcrinium? Platoni a Dionyſio decretos non honeſtas honores? Tot Poetarum de Viris illuſtribus neſcis poemata egregia? Tot facundiſſimorum Oratorum ad Cęſarum Lumina loculentiſſimas hodie non tenes, neque recitas orationes? Tot ſapientum Philoſophorum de Viris magnis non ſapis Anxiomata? Non Commentaris Scomata? non profers Encomia? Num quando clara, quando funeſta illorum recordatione vides, vt horum hodie celeberrimę negliguntur Artes? liberalia fiũt ſeruilia Studia? Iacent deſpecta ſpectata Muſca? confricta Idola, deculcata Simulachra, inauſpicata Auſpitia? deluſa Theatra? confutatæ Academiæ? improbata Problemata? refutata Inſtituta? & damnata Proſcennia? Num hæc omnia Mortis reſecata falce deſuetudine ſublata, obliuione deleta, ſempiterna nocte offuſa? in infima caligine ſepulta, errore inueterata? de tenebris in tenebras ruentia, Cinis, Dolor, & Vmbra?

Quid ſuperbis de tua fortitudine Cinis, Fragilitas, & Infirmitas? An neſcis quia te præceſſit in fortitudine Cleomedes? In lacertis Crotoniata Milo? In viſcinis, Cacuſque Latro? In iaculorum iactu, Munycus? In viribus Turnus? In victoria Taurorũ Leonumq; Polydamas? In memorabili robore Sabinus Syrus? In euerſione Portarum Vrbis Sãpſon? In dextera Tritanus? In certamine ferarum Agatho? In firmitate Seleucus? In inuicta Valentia Ariſthomenes? in ſingulari agone Marcus Seruilius? In Thauri geſtatione Bithon? In diſſipandis hoſtibus Vffo? In conflictione Centaurorum Theſeus? In coliſione aprorum, luporumque Peleus? In conflictibus Telamon? In cruentisque Tropheis Hercules?

Quid ſuperbis de tuo valido corpore, & comitatu Puluis, & Vmbra? An neſcis Cyri, Darij, Mitridatis, Annibalis, Cleomenis, Demetrij, Epaminundeque res Domi fortiter, foriſq; geſtas? Neſcis Seleuco, Antiocho, Pyrrho, Codro, Leonidæ

Magnas olim, & Regias affuiſſe copias? dum militaris, vbi tot interiti milites, qui pro tuo capite militent? Dum graderis in hoſtes, vbi tot Centuriones electi, quos tibi deligas? Tribuni, qui faueant, Legati, qui iuſſa nuntiant? Conſules, qui conſulant? Dictator, qui exequenda dictet? Myrriates, qui decem millibuspro te belligeris præſit? Vbi ad opportunum auxilium Auxiliatores? Vbi Legiones, vbi Cohortes, quibus fortiſſimi omnium Triarij, eximijs nobilitati, priuilegijs candidati, munitiſſimi in bello Catafracti, ſimplares, duplaresque Torquati, de Patria benemeriti ſeruiant? Vbi ibidem Aſtarij, Anteſignani, Ferentarij, Sagittarij, Funditores, Baleſtrarijque, qui deſeruiant? Num omnes Adæ poſteri, in Ade Morte deficere? Vbi Aquiliferi, qui tua veluti Romanorum ferant inſignia? Imaginarij, qui Imaginem? Signiferi, qui ſignum? Scutigeruli, qui ſcutum? Teſſerarij, qui militum Teſſeram? Campigeni, qui in Campo præeant? Beneficiarij, qui faueant? Tubicines, Cornicines, Bucinatores experti, qui tuba, æreoque cornu, & Bucina tuos excire milites audeāt ad prælium? Num omnes in primo mortali Patre mortales, Mors diloricauit, necauit, humauit? Vbi Megiſtanes, militum proceres? Ecatoncarchus, ciuitatum primarius? Dynaſtes, nobiliſſimi Regni Dominus? Strategus, militum Præſes? Eparchus, Prouintiæ Præſul? Et Nearches, multarum gentium prior? Irenarches ciuitatum præfectus? Philarchus, tui amator Imperij? Democratichus, qui tuum alat principatum? Vbi tot tecum in Regno illuſtres Tetrarchæ, & Monarchæ, Priſci, Tritaui, Abaui, Proaui, Aui, Patres, & Poſteri, omnes mortui? Et nos, noſtra, noſtrique natorum nati tranſibunt, & qui naſcentur ab illis?

Quid tuis tantopere tumes, paſceriſque laudibus Terra, & Cinis? Num in te forſitan Laconis attenditur breuitas? Ariſtotelis excellit doctrina? Platonis reſurgit Philoſophia? Græcorum innaſcitur Ingenium? Ciceronis eloquitur eloquium? Catonis ingrauatur grauitas? Lyncei reuiuiſcit viſus? Niri formatur formoſitas? Ganimedis pingitur ſpecies? Orphei reſonant lyrica? Amphionis ſonant concentus? Alexandri

xandri

xandri diffunditur largitas? Sybhariſtarum iteratur proſperitas? Reguli dignoſcitur fides? Radamantis viget iudicium? Scæuolæ conſtat conſtantia? Cineæ reuiuiſcit memoria? Zoroaſtris renaſcitur Magia? Apellis repullulat Graphium? Praxitelis reficitur ſculptura? Cleantis referuet Labor? Hyppoliti inſurgit pudicitia?& Traiani integratur integritas? Nũ tecũ omnes de Terra in Terram, illorum, tuaq; meta eſt Cinis? Vis hodie Martiale Scytharum flumen? Ecce in vitro fragilius, fulminatur a Morte; ſectaris victricia Gallorum Lilia? Ecce, ut inuita vicit, quæ omnia vincit. Tentas ſubire imperialibus Romanorum Aquilis? & ſuper geminis Coralorum triũphare rotis? Ecce quæ ſummis æquat infima, horum Imperatrix, & triumphatrix. Studes Præliatorum audire ſynthemam, obſeruare ſyntheſim, & videre ſyntagmam? & veterum ſimphonia clangore, & ſonore, & tot ſuſcitabulis ſuſcitari Martis? Ecce vt indomitus Traciæ a Palida Morte proterritur Mars Perſarum Pharetras, & arcus infringit illa Pharetrata, illa Arcitenens, quæ omnia frangit.

Quid ſuperbis de tuis, paternisque ſplendoribus Terra, & Cinis? Num fulminans mentite Iouis obtines ſola fulmen? tibi datur Neptuni quaſſator Maris, Terræque Tridens? Mortifera Martis geſtatur Framea? & illa Læthalis, & ferrea vibratur inſuperabilis Herculis Claua? Non ne omnia Morti debita, Mortis vno ictu decuſſa, temporis vna vorata voragine, Cinis, Pauor, & Vmbra?

Ad quid, & vnde ſuperbis Terra, & Cinis? Dum cæteris præes, vbi ſummus Iudæorum Sacerdos? Dum ſuauiter oles; vbi ſuauiſſimi Arabum odores? Dum de magnis Viris triumphas, vbi opima triumphantium ſpolia? Dum fortis fortia conteris, vbi immortale Gallorum robur? Dum factus ad omnia videris eſſe, vbi nobiliſſimæ Græcorum artes, clariſſimi Italorum ſenſus, notatiſſimaque Pœnorum perfidia? Dum hodie dominaris, & imperas, vbi orbis Terræ Dominia, Romanorum Regna, & Imperia? Dum delectaris Victoriarum pompa, & patrum infulis, vbi nobilitata Cæſarum Palma, & An-

glorum Leones, & roſæ? Num omnia vt in ortu vt flores, & Lilia floruere, in Occaſu aruere? Proh dolor; Ecce ut breuis hora perdit, quæ tot produxere tempora; vna tollit expiratio, quæ tot auxere ætates; vna deſtruit exhalatio, quę tot compo ſuere dolores; vna inglutit amarities, quę tot edidere ſudores; vna proſternit iactura, quæ tot accumulauere dolores.

Quid ſuperbis Terra, & Cinis de tua Terreſtri, inanique ſa pientia? Num tibi ſuccurrit Atheniēſium tuba Thucidydes? Mantuæ Celebritas Maro? Auruncæ Vrbanitas Terentius? Ro mæ Lucerna Lucilius? Bononiæ doctrina Lucretius? Roma næ diſciplinæ Seneca? Cheroneæ inſtituta Plutarchus? Athe narum eloquentia Socrates? Patauij amœnitas Liuius? Au guſti Idolum Męcenas, Mel gentium, Ebur Hetruriæ, Thybridis Margarita, Figulorum Iaſpis, Muſarum domus, Literatorumque Patronus? Quære, quære nunc ijs meritas, paratasq; ſedes, quas in Terræ ventre reperies. Quid eſt igitur inter tan tos lege Naturæ mortuos, nominis vero fama immortales; cur tu commorari velis, & emori ſola renuas; ſi dum viuis, ad mortem acurris, ſi ſtatutum eſt omnibus hominibus mori? Quid eſt cur te exaltes imprudens, in humanarum notione rerum? ſi te, fœmineique ſexus præſtitit in omni facultate prę ſentia? Num tres Epigrãmatariæ te antecelluere Corrinæ? Errina Poetica? Lyrica Sapho? Elegantiſſima Polla argentaria? Rethoricæ, & Philoſophiæ ſcientiſsima Aſpaſia? Cornificia, Cornifici Poetæ ſoror, & laurea? Grauorum facondiſsimaMater Cornelia? Palmyreorum Regina Zenobia? Delbo ra Vates? Dama, Pythagoræ filia, paternæ Philoſophiæ Sal, lumen, & lingua? Priameia Caſſandra? Hyſotta Nouarola Veronæ Decus? Manto Mantuæ Pes, Laccus, & Murus, & Propugnaculum? Catherina Senenſis, tot ſacris imbuta literis, & inſignita miraculis? Catharina Martyr Chriſti Sponſa, diuini Spiritus Arca? Fabiola, Marcellaque Romanæ Virginis, Romanæ Gloriæ laus, Sacrarumque literarum voces, & ſpiritus, quarum corpora ecce vt a Morte iam commutantur in cinerem, & requieſcunt.

Quid

Quid ſuperbis Terra,& Cinis in tuorum poſſeſsione bonorum? Num tibi nonnumquam verſatur ob oculos Orbis miracula, ſtupendæ Nili Pyramides ? Turris Pharia ? Babylonis Menia ? Dianæ Epheſiæ Templum ? Coloſſus penes Rhodios Solis ? Iouis Olympici Simulachrum ? Cyrique Medorum Regis Palatium ? quę omnia nunc arantur, ignorantur, ſileſcunt. Forſitan quęris hodie Regis Latini Domum, centum columnis euectam,& tot cędrinis Auorum imaginibus exornatam ? ibi nil aliud, niſi paucisſima fundamenta,horumque puluerem inuenies. Vis Dedali ad voluptatem ingredi Labyrinthum ? Pompei, & Domitiani incomparabilibus aſsiſtere amphitheatris? Agrippę mirabiles tranare lacus? Regia reuiſere opida, ſumptuoſiſsimos ęterni ſolatij fomenta ambigere fontes? Neronis aurea, & vnica oblectari Regia, tanto miroque ſumptu eadem pręſignata, parata, completa,tanto rerũ omnium apparatu fundata, amplificata, & conſtructa ? Ecce horum gloria, Terra, & Cinis. Vis Traiani lapideum ſuper Danubio ambulare pontem? Byſantij mirificum perluſtrare Murum ? Alexandri Magni magnum magnificare Tabernaculum ? Et in Magnificentiſsimum Salomonis te intromittere Templum ? Ecce vt omnia mortalia Mors manſit,diſparia diſcuſsit, diſſolubilia diſſoluit, diſſolubilia diſſociauit, diſſona diſſonauit,tollenda direpit, tuenda diruit.

Quid ſuperbis Terra, & Cinis, dum inquilina ędificas, an tibi, vel exteris nidificas? dum filios procreas, ſcis quorum ortus, & exitus ? Dum illos gignis, nonne Morte, & ſexcentis Morborum, periculorumq; generibus generas ? Dum vites, campos, & officia comparas, non interim tacitis ſeneſcis, & conſumeris annis ? Quam diu viuis, num tam diu ad Mortem approperas ? Quoties terræ ſtudio diurna, nocturnaque ſolicitudine ſtudes, toties in terram defigeris ? Quoties omnem humanis operam nauas, non ne toties in irato Mari nauigas ? Quotieſcunque progrederis, eius ſcopulis appelleris ? Quot velificas, totidem naufragium paras ? Quotiens confidis, totiens vis ſcyllea exorberi Morte.

Quid

Quid ſuperbis Terra, & Cinis? Quæ dum pecuniam āggregas, a pecunia diuelleris, dum aliena furaris, te Mortis furtiua ſurripit manus; dum bibis pauperum ſanguinem, num a iuſtiſsimi Iudicis ſanguineo ſanguinaris gladio? Dum pijs crumenam claudis, num tuum ad Dei pietatem aditum claudis? Dum aurum & argentum infodis, non ne in tellure effoderis? Dum Domini puſillos ignoras, an ignoras quia te neſcit Dominus? Vide vide, vt hodierna vita tua Mors potius vitalis eſt, quam vita mortalis. Terræ vapor, compararis homo luto, hominis ſcintillæ lux, mendicitati opulentia, peregrinitati curriculum, dormitorium Morte cubiculum, & cineri Vita. Accingere accingere dilecti populi filia cilicio, pœnitentiæ abſtergere cinere, dum eadem in magna tribulatione ſe abſterſit Eſter; ac tuum pro Mundi victoria operi caput, veluti ſuum in ſacello cooperuit Iudith pro victoria Holofernis. Ac te ruens repara, vt ſe ſe repararunt lectæ filiæ Syon in ruina Hieruſalem. Ac diſce huius Mundi fluxam ſicut peregrina, cum Ieſu tranſigere vitam; quia Cœlum, & Terra tranſibunt, Deus vero viuus, & qui viuit in eo viuet in æternum. Amen.

## *Ad Interiorem Hominem Soliloquium, De hominis gaudijs.*

LAETARE dum venis in Mundum homo, qui naſceris oriens Mundi Dominus, tuum eſt ſuper Terræ animantia, Cœlique Volatilia, & ſuper aquarum reptilia Imperiũ; tibi adſtant proclamatores Angeli, oratores Archangeli, omnium Parens Mater, omnium Pater, & Genitor Deus; tua futura eſt ſuper terram peregrinatio vere Sancta, & Angelica; Sanctorum ciuitas, Beatorum ſedilia ſedes, Regum Diademata ſecta, Imperatorum Imperia ſceptra, Sanctæ Trinitatis Domus Domicilium, Patria Cœlum, Regiæ Dominatorum triclinia, conuiuarum conuiuia tabernacula, horum aureata tecta, rutila Cœli ſydera, florida Tellus paui-

pauimentum, Montes Menia, Atria Arua, colles receſſus, Sol, & Luna feneſtræ, Vireta Viridaria, Piſcinæ flumina, lacus Maria, Polli columina, carnis repudia, ſpiritus tripudia, voluptates ſtudia, & tot creaturarum diſparia ſpectra varia ſpecula horumque diſſimilia genera ſolatia.

Lætare dum venis in Mundum homo, quia in maiori penuria prouide ſumminiſtrabit tibi victum, quo viuit omne animal, te cibabit amanter, qui cibat in cauernis Aues, in latibulisque pullos; te ſaturabit dulciter qui paſcit in montuoſis, agreſtibus, ſylueſtribusque bruta; pluet ſuper te inſolitariori nemore, & ſpecu Cœli Manna; Deo ſociaberis in deſertis; Angelis coronaberis de gradu in gradum; Cœlis fortunaberis in terrenorum infortunijs; tibi dabitur perpetua, & prouida cum corpore pugna, vt cum illo ſemper prouide, & viriliter pugnes, illudque, & magnos huius Mundi Principes, & huius magnæ Machinæ machinatores peſſundes, ſic, vt tantorum uictorum uictor, triumphantiumque triumphator, tam inſignis victoriæ, nobiliſsimique triumphi ſolus poſſis inſigniri laude. En ecce nouum tuo plurimo, & ſingulari gaudio gaudium; quia, dum Irę naſceris ſoboles, Gratiæ renaſceris filius; & dum humana fragilitate peccas, de peccatis ſanctificaberis; dum peccata plangis, de peccatorum planctu lætaberis; dum te peccatorum pœnitet, de peccatorum penitia Terræ dominaberis dominis; dum peccata humiliter confiteris, de humana peccatorum humilitate diuinitus exaltaberis; dũ multifariam turbaris, de hodierna perſecutione, in æternum beaberis; quoties tentaris, totidem de corruptibili tentatione incorruptibiles mercaberis laureas. En ecce ſuper gratiam gratia, ſuper Virtutem Virtus, ſuperque gloriam gloria; quia tua in terris erit ad ingentem fortitudinem infirmitas; ad requiem vere beatitudinis laſſitudo; ad Angelorum Imperium ſeruitus; ad Cœlicolarum ſortem calamitas; ad Regni Cœlorum calamitatem pœnalitas; ad immutabilem vitam mortalitas; momentanea ad reſurrectionem Mors; patrium ad miſericordiam Iudicium; fraterna ad clementiam ſententia; ger

manuş

manus ad patrocinium Iudex; tua ad omnem pietatem cauſa, piiſsimus ad te hominem in homine Deus, pauca ad perennes ſuauitates patibula, & dulcis ad Paradiſum Infernus. Mirabilis homo, letabilis, & memorabilis ſuper omnia opera Domini; præ cuius veneranda ſimilitudine; inter humana Monſtra admiramur Faunos, & Satyros, inter volucres Harpyas, inter piſces Syrenes, inter herbas Mandragulas; quale te homine ædificium operoſius, quale nobilius, & præter te omnibus numeris abſolutius? Quod magiſterio tuo opificium dignus, & artificiarius, ſi cedit artificio tuo Reginæ Artemiſiæ Mauſoleum? Præ tua ſiletur Iouis Olympici ſtatua? Præ tua ſqualet Cyri domus; & ſordent Babylonis Turris, & Muri? præ tui Idoli delecta, negliguntur Apollinis, Mercurijque Coloſſi? Præque tua magnificentia, Mundi quæque magna, & pretioſa Villeſcunt? Et Romæ labitur, & præmitur Capitoliũ? Non ne aliena præ tua Excellentia videtur Soli Stella? Mari gutta? Prato flos? Mõti lapis? horreo granũ? Auro fęnũ? Cęlo Terra?

Lætare dũ venis in Mundũ homo, quia Mundi tota in tuo Microcoſmo complecteris Machina; dum Imperiali capite geſtas mutua Cęli lumina, ad diuinæ Viſionis, notionisq; lumẽ? Contines Lunæ, & Solis oculos, duas Martis, & Mercurij aures, binas Saturni, Iouisq; nares, Vnam Veneris buccã, omne in communi ſenſu ſenſum, primũ in perenni motu mobile, Cęlum Mente; omnium Theſaurum memoria, Empireũ animas? nonne & in ſtomacho retines ad cibi concoctionẽ Ignis Elementum? In corde ad Vitæ Spiritũ Aerem? In pulmone pro refrigeratione lympham? In Ventre tamquam omnium colluuionem Terra? Admirabilis Artifex, qui te formauit homo, & vtrinque mirabilis æque Artificis, & Artificium tuum; cuius licet terrena generatio, a ſummo tamen Architecto; Cęloque deſcendit, & ſimul, & ſemel, a Cœlo, & a Terra inchoatur, perficitur: dum exornaris ab Humo carne, ab Aqua humore, ab Aere anhelitu, viuacitate ab Igne, a Luna motu, a Mercurio ſolertia, a Marte vigore, a Sole Vita, Virtute, a Ioue, a Venere gratia, firmamẽto a Saturno, ſplendore ab Angelis,

gelis,ingenio a Deo? Num ne tibi in Terra Soli hæreditatem capturo ſalutis, ſalutis miniſtri miniſtrant de Cœlis Angeli? Te terreũ cuſtodit Angelicus ab Ortu vſque ad Occaſum Spiritus? Cor tuum in manu Dei omnipotentis? Nonne qui bellicum diſperſit Aegypti Regem, amolliuit Ezechiam, pacificauit Auguſtum, eſt tui certaminis Virtus, Pietas, Victoria, & Pax? Num qui ſecundum cor ſuum inuenit hominem, & eundem animauit in Philiſtæos, qui triumphauit in illo de illis, totum apparat multos, hac de vitę Militia trophęos? Magnificus homo, qui magna tenes, qui maiora ſperas, qui maxima recipies ab eo, qui te tam excellenter creauit, & in redemptione diuinitus compleuit. Vide, vt qui Theodoſij manſuefecit intima, eſt tua manſuetudo, & lenitas; qui præfecit Regno Titum in omnes benignum, eſt tua potiſſima benignitas; qui rexit Ioſiam in Regno Iſraelis iuſtum, tua apparet iuſtitia; qui de peccato traduxit ad pœnitentiam Manaſſem, tua videtur conuerſio; qui ſuperbum ſubmiſit Achac humilitate tantę, eſt tua parilis humilitas; qui, quem de vili paſtione pecudum ad Iſraelitarum euexit Ducatum, & Regimen, tuus tibi patet in Terrarum deſerto paſtus, immortali erratione Dux, & ad ſuperna Regum Regna ductus, ad illa Regna introitus, quorum opulentia eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

## *Ad Interiorem Hominem, Concluſio.*

DEI congratulare amicis amica Chriſti, pro Chriſto laborans in Chriſti famelica deſerto; quia Optimo Maximoque Deo dum ancillaris Chriſti particeps, Chriſti fidelis; tuæ fideli ſeruitute Dei paratur Regnum; vbi cum Sanctis, & Angelis gaudium, & pax indeſinenter floret, & effloreſcit. Amen.

Hodie Canta Domini Canticum in terra aliena, tu in hac Babylonis captiuitate concluſa, cum Iſrael profugo profuga, (Vnica mea,) & dum iuxtim ſuper fluminum laſſa ſedes, reſideſque littora, tuarum lachrymarum operare amore, vt fri-

gida ferueant pectora, flumina refluant, amara dulceant, inſipida ſapiant, dulcia defluant ſalſa, ad tua dulcia, & amara, canoraque carmina ſtagna.

Emulare in Cymbalis, dechacordis, & organis, Dauidici cantus hilaritatem; tu Hieronymi aſperrimo veſtita Culeo; Hilarionis anguſta anguſtato Tugurio; Ceciliæ macero macerata Cilitio; Barbarę ſquallenti ſqualida carcere; Pauli duriſſimo pręcincta cingulo; Baſilij ſcaberrimo inſtrata cucullo, quo abs te communem ſic inimicum depellas, ut præfata Sanctorum acies, tantusque Rex, & Propheta depulit.

Canta Dei filia Domino Deo tuo, quia vere Dux; & Propheta Moyſes pius, Pharaonem ſubmerſit impium, ut ſecum pietatis operibus ſeruies, & corregnes pia; vere Rex, manſuetiſsimusque Dauid ſuperauit Goliam, vt te in Victoriæ manſuetudine coronet mitem; fidelis Abraham liberauit Loth, ut te fidũ diſcernat de perfidis, de iniquis iuſtã; Strenuus porro Sampſon proſtrauit Filiſtęos, ut tãti Bellatoris congruũ aptaret tuæ captiuitati captiuitas remedium, Mors, Mortiq; Vitã.

Lauda Dominum in Pſalterio, & Cythara, pſalmografi memor, Cythariſtarumque Comes, quia quoties in primi Parentis mereris peccato, toties in nouiſsimi ſuſcitaris Gratia; dum ſemel Veteris in hominis es generata Morte, & hodie millies per vnum exurgentem hominem tua, & omnium in Domino Mortuorum apparet reſurrectio.

Crede quia ſtupebit Mors, & Natura, quando cum Creatore conſurges Creatura; Crede quia cum Exterminatore Mortis reſuſcitata a Mortuis, non morieris amplius, quia Mors Dominatore Vitæ non dominabitur vltra? Crede (licet in huius mortalitatis conjecta carcerem) quod Redemptor tuus viuit in Terra Viuentium, in nouiſsimoque die depriſtina Terra reſurges, & tunc tibi dabitur in reſumpta, germ anaque carne videre Deum ſalutare tuum.

Noli interim perhorreſcere moribunda Mortem, quia huius iam ſunt dilaniata capita; diruptæ fauces, mutilate manus obtruncata membra, eſtinctum Virus, diſsipata retia, exſic-

exſiccate Vene, abolita lex, illuſa illuſio, exinanita elatio, fraudata fraus, diſperſum ſemen, prædata Tyrannis, & pudefactum Imperium.

Ideo Cyneum in Morte modulare Canticum; quia Mors tua non cum Iona paratur, vt deuoreris? Sed vt in eius conſepulta Ventre Vitalis exeas, & in beatorum Pace quieſcas; hinc morere cupida, quia demum iam præfinitur tibi in Agone nouiſſimo nouiſſima ſuper Terram hanc futuræ Vitæ militia, pſurimæ nauigationis naufragium, diutinique laboris curſus, & dum hæc te deſerit Vita (quæ viuus Mortis Angor eſt,) eiuſdem deſinunt in æternæ Vitæ portu pericula.

Dulci hac doctrina, dulcibuſq; monitis diſce cum Domino viuere, cũ Domino mori, vt cum Lazaro, Ieſu amiciſſimo, in Morte dormias; cũ Dei dilectis capias de Morte ſomnum, de ſudoribus requiem, de ſopore pacem, in fide Deum, in ſpe pręmium, in Charitate regnum, & in nuditate vera plenam Domini hæreditatem.

Orire libenter cum paruulo Ieſu paruula, quia Chriſti Natiuitas dedit tibi in Mundo pacem, eius Pręſepium, a Regibus Gloriam, eius Infantia, Idolorum in Aegypto Dominium, eius Pueritia, ſuper Doctores ſapientiam, eius Labor, in omni Terra mercedem, eius Baptiſma, puritatis in aqua lauachrum, eius Tentatio, Mundi, Dęmoniſq; Victoriam, eiuſdem Doctrina, tibi fundauit Eccleſiam, eius Perſecutio, tua intendit fortunare Infortunia, eius Miracula, tuæ approbare Fidei Veritatem, eius Egeſtas, vult te ditare pauperem, Vox arguire peccantem, Spiritus viuificare mortuum, Viſus illuminare Cœcum; eius Paſſio, tua valet expiare crimina, Crux perſiſtere Altare Holocauſti; eius Sanguis, mundare leprã, eius in Cruce Captiuitas, tuam de Inferno tollere captiuitatẽ, Deſpectio Ignominiam, Tenebrę Tenebras, Gemitus fremitus, Ardorem litis, Famem inedia, Dolores, languores, Amaritudines, fel, & Mors Mortem. Amen.

# PIÆ MEDITATIONES, AC CONTEMPLATIONES D. Ludouici Zibramontis Mantuani, PARS QVARTA.

*Ad omnes Sanctos, & Sanctas Dei, Salutationes.*

SALVETE omnes Sancti Dei, Sanctorum Angelorum conſortes, ſanctitatis elati meritis, & magnificati gloria; nunc iucunda, & æterna Pace perfruimini Alma Pacis fœcunda, & beata Seminaria; quia Pax eſt in Cœlo, & in quolibet; quia gloria eſt in Excelſis, hoc eſt in Altiſſimis Deo, & eminentiſſimis Dei Sanctorum Choris.

Saluete admirabiles Cœli Cœlorum; qui enarratis in dies, & efficitis Dei gloriam; vos inquam qui ineffabilis eius quondam fœlicitatis amore ducti, terrarum aduenę, & veſtrarum quondam miſeriarum peregrini flagraſtis adeo, vt altitudinē Cœli, latitudinem Terræ, & profundum Abiſſi, altiſſima diuinorum contemplatione, charitate Iuſtorum perfecta, humilitate famulorum Dei profunda ſuauiſſimæ, & millies in dies metiti fuiſtis.

Saluete

Saluete Sancti Deorum Dei inſignes, & nobiliſſimi Chriſtianæ Religionis Aequites; pro Chriſti Nomine probati, & nobilitati Martires; pro æmula Chriſti virginitate Virgines; pro exemplari Ieſu Chriſti doctrina, Mundi Prædicatores acerrimi; qui Mundum, qui Carnem, qui Dęmonem iuxta Ieſu Domini noſtri triplicem glorificatamq; victoriam uiciſtis. Vos enim cum ſingulari gaudio, & triumpho, has triplices paſſiones innatas, ſeu illatas, in cordibusque alienis inflictas, glorioſiſsime ſuperaſtis; dum ſapientiſsimæ ſequuti eſtis horum trium glorioſiſsimum exemplar Chriſtum, ſæculorum Regẽ; dum vixit in terris Ieſus Gẽtium Doctor, vt veritatis Lumen; pro Mundo Martir, vt Mundi vita in humana Carne Virgo; Angelicam puritatem, vt Rex Angelorum ſeruaret.

Gaudete Sancti Aureolis, cubilibusque veſtris, & exultate in gloria, & lætamini in bonorum perpetua lætitia; dum vox exultationis, & ſalutis reſonat tantum in iuſtorum manſionibus ſempiterna; dum veſtra Sedes eſt cum populo Dei in plenitudine Pacis, & in requie opulenta.

Sedete Sancti lectiſsima Dei ciuitas, aurum mundum ad omnium iura Regnorum, ad omnium gubernacula Paſtorum; qui viuetis, & regnatis cum Agno, & Agnus Dei vobiſcum; vos vere fœlices, & beati requieſcite in ſæcula ſæculorum; vos vere beati ſaturamini in apparitione gloriæ Dei; dum datur vobis habitari, & progredi in Atrijs Altiſsimi in æternum.

Delectamini filię Syon, & gloriamini ſponſæ Chriſti immaculatæ nuptiarum apparatu veſtrarum; dum Sponſum habetis in Regno Vitę ad plenam gloriam, & honorem; dum celebrantur Nuptiæ veſtrę in ſummo Cœli gaudio, in ſummi Dei Patris, & Dei Fili gloria; in ſumma pulchritudine conuiuarum, in magnificęntia epularum, in maieſtate diuinorum, in ſacri Conuiuij ſolennitate, in Hymnis, in Pſalmis, diuinam vbique gloriam reſonantibus, in iubilantium ſpecificum decorem, in ſuper cœleſtium inſtrumentorum varietatem, in canticorum concentum, in feruentiſsima gratiarum actione, in voce laudis immortalis, in pia ſocietate Beatorum, in

triumpho meritorum, in omni mutua gratulatione bonorũ.

Sede Sancta Ciuitas Regina Mundi, & dominare cum Domino Dominantium Dominantibus Terrę; contẽplare nunc facie ad faciem Dominum Deum tuum; cum omni ſtupore, & gaudio, ſemper læta, ſemper magis, magisque cupida, & ſemper ſaturata magis mirabiliori viſione, & reuelatione Creatoris; intuere Sanctorum gloriam, ad tuam quoque gloriam; congratulare fratribus tuis in ęterna Hieruſalem cõ regnantibus; tu beatiſsimi Regni particeps, Regalem habens cum poteſtatum Principis poteſtatem; oblectare æterna lucę gaudentibus, tu in ęterna luce Solis; Coniungere ęterna Charitate copulatis, tu ſummi Pariter indeficientisque amoris connexa Fonte; reſpice ex ſtellantibus Empyrei tabernaculis inferorum tenebras; ibique pœnas damnatorum, tu de beata ſecuritate ſecura; vt illic maiores Altiſsimo gratias habeas; gaude quia vixiſti fidelis vſque ad Mortem, adeo vt dederit tibi ſummus, iuſtusque Iudexque, vitæ Genitor, vitæ coronã.

Saluete ſanctæ firmitatis, & æterni firmamenti Lumen adamantes, & igniti Lumina tenebrarum; vos autem diuini ſplendoris ſpectateque virtutis Gemmæ pretioſæ ante Deum perpetuo lucentes; ſaluete, quę in perenni claritate Sanctorum coruſcantes, Cœlorum virtutibus Virtutes, luminibus lumina adieciſtis. Vos illinc omnis contemplet Eccleſia aureo nitore Chryſolitos; æternæ charitatis fulgore lapides radiantes; qui cęcatorum cordibus radiatis; qui chriſtallinis, & flameis iuſtorum pectoribus, & puriſsimis contemplantium ſpiritibus translucitis.

Saluete veraciſsimæ candoris, & puritatis vniones, flaua Virginum capita decorantes, Virginalium vbique decor coronarum. Vos radicantes itidem Pyropi, qui nocturnæ Lunæ, hoc eſt Romanæ Eccleſiæ, in hac ſeneſcentis Mundi ętate ultima, deficienti ſubſidio veſtro ſuccurritis in peccatorumq; Morte collucitis. Vos eſtis porro viridantes in omni Virtute Smaragdi, dũ viridantibus ijs tribus Cœleſtis ornatus gẽmis; ijs tribus beatæ immortalitatis inſignibus Fide, ſcilicet Spe,

& Cha-

& Charitate Chriſti famulos condecoratis. Internus paſcatur nunc oculus meus vobis diuerſarum ſpecierum amabiliumq; cęlorum Iaſpidibus glorioſis; qui veſtram diuerſis gratiarum modis ſpeciem; qui nobis occultam, multiplicemque virtutem in magno diuinæ lucis Theatro communicatis.

Veſter ſit æternus honor, & incredibile nomen, cœleſtis itidem Saphiri, qui terrarum incolas, ab Oriente, ad Occidentem, mutuisque ęterni Solis luminibus illuminatis. Vobis gaudium, vobis plena iam debetur gloria, in Cœli gaudijs, in Cęlorum gloria, dum pulchritudine veſtra exhilaratis hinc mærentium, tribulatorumque corda, & recreatis in dies flebilium contemplatorũq; ſpiritus; dum in veſtra ſancta, recolendaque memoria, in veſtra Cœli Terræque Luce ſempiterna; vbi veſter defigitur oculus, alitur vita, requieſcit ſpiritus, viget ſummi boni contemplatio, & perficitur claritatis æternę viſio; dum in decora viſione, ſuaui ſpectationeque veſtra, introſpicitur Paradiſi gaudium, & Luminare Maius, apparet bonorum omnium Imago; & ſpectatur ſuper cœleſtis lucis Pulchritudo; adeo vt omnis noſtra in ſpecie virtuteque veſtra reſideat æternorum pręmiorum firma beataque Spes; quę in contribulatorum animis nequaquam eripi, nequaquam extenuari, nec euaneſcere poteſt; adeo, vt copioſa per vos merces iam præparetur in Cœlis omnibus Cœleſtium cultoribus, in ſęculi æternitate. Amen.

Saluete Eccleſiæ Sanctę columnę, & humanæ ſalutis firma præſidia; Vos omnes iuſti, in hac, & in terra viuentium, qui ſtatis nunc ad Chriſti gloriam, & ſæculorum æternitati fideli firmitate immobiles; Virtutes aureæ; eius ſacri Palatij Columnę; qui ſpecioſæ Eccleſiæ laudis ſanctificamini Templa; beatę viſionis eleuamini Porticus, ineffabilis ornatuspatentis Atria; Terræ reſonantis tubæ; & conſtituti eſtis pulcherrima diuinorum Inſignia, & Ornamenta magnæ ciuitatis Dei. Vos merito ſuper Cęleſtis Hieruſalem Munitiones, & Muros, & honoris ædes, collaudant, contemplanturque in dies omnes recti, mundique corde; præ meritis aſcenſu ad vos aſcendant

dant

dant turres, perfundere humilitatis humiles lacunas ſuas; vt vos ſummi Imperatoris in ſummo Cœli laureatos Aequites, Atria Cœleſtis curiæ, Sanctitatis Seminaria recipiant, iuſtorum ſtemmata oſtentent; & omnium bonorum cultores in Nomine Ieſu commitentur.

Saluete amici Dei, Regni Cœlorum cohæredes, ductoresque fidelium, impolutę ſemitę, & puriſsma Mundi luminaria; qui toties huius Mundi Satrapas, Tyrannos, & Principes in vmbra mortis iacentes, in Eccleſia conuocaſtis, quoties, ex veſtris, & Sancti Spiritus vocibus æternæ veritatis voces emiſiſtis; vnde veſtro lumine crediderunt, veſtra quippe Doctrina conuerſi ſunt; qui mendacijs idolorum agnitis, in Ieſum Dei Filium crediderunt, & in miſerijs glorioſum ſemper adorantes inuocauerunt, & filij diuinæ lucis vixerunt.

Saluete Apoſtolicæ Eccleſiæ nobiliſſimæ plantę, quas plantauit Cœleſtis Adam in veteris Adæ terra; vt Cœleſtis hominis fructus ſit per Vos Arbor Vitæ ſuper terram viuentibus; vt granum veſter in terra demortuum mortales edant in eſcam Angelorum; & beatæ immortalitatis alimoniam; vos quidē plantati eſtis in domo Dei, vt eſſetis Paradiſi florida, & benedicta terra, omnis benedictionis plena; vt hinc veſtrarum orationum fructus præberet in dies famelicis gentibus, plenam ſaturitatem, & diuitiarum Dei plenitudinem; & vt veſtro exemplo, diues hinc omnia relinquens Crucem ſibi baiulet poſt Ieſum; vt diuitiarum theſaurum, incorruptum in Cœlo accipiat; & vitam vobiſcum æternum poſſideat.

Saluete venerabiles Sancti Dei, omni gloria mirabiliter in Cœlo honorati, & in terra ſanctificati; ſeruet hic veſtra Cœleſti Pater ſacrata corpora ad Chriſti filij veſtrique nominis honorem; ſeruet illa vt vnguenti ſpecialis alabaſtra, in ſuauiſſimo odore repoſiti varijs iuſtitiæ aromatibus delibuta, in perenni meritorum præſeruata fragrantia.

Seruet hic veſtras ſpectator bonorum, itidem cuſtos, remuneratorque Deus, in hac deſtituta Terra reliquias; vt ſeptenarij Spiritus Sanctuaria, & quotidiana Angelorum Taberna-

cula; vnde manent ad nos pollutos, miſeroſque peccatores almæ puritatis, gratiæque fructus; vnde deſcendant Sanctæ contritionis fletusque riui, vnde fluant lachrymarum amaræ, & dulces ſalutis aquæ, vnde redundent gratiarum riuia, & æternæ vitæ flumina.

Seruet hic ora veſtra Angelorum melos; vt & diuinæ laudationis ſpiritus organa; in quibus toties nobis prælоquutus eſt inuiſibilis in terra Pater; adeo, vt veſtræ iam viuẽtes voces fuerint diuinæ vocis oracula, & veſtra purgata labia prænuntiarunt nobis viſuris peccatoribus iuſti Iudicis, ac pij Saluatoris iudicia, ad veritatis agnitionem, ad iuſtificationem impij, ad Emanuelis ſimilis quoque gloriam. Amen.

## *Ad Sanctos Apoſtolos Chriſti, Salutationes.*

SALVETE lucidi, & odorati orientis ſuauiſſima aromata, & ſereniſſima ſydera; vos quorum odora Sanctitas, & Religio, redolet in vero Orienti Sole; vos quorum lumina, ſicut Stellæ exornant pulcherrimæ Cœlum; ita condecorarunt Eccleſiam; vos quidem eſtis ſpecioſa illa Cœli, & Stellarum gloria; de qua, totus gaudet fidelis populus; & gloriantur iuſti in gloria Sanctorum; dum præter cæteros Ieſu diſcipulos, vixiſtis puriſſimi veluti Sydera; & mundo corde, ante Deum ſtelliferi, viguiſtis, omnium gratiarum Aſtra beata.

Saluete ſimpliciſſimæ Stelle incorrupto ſanctitatis luminare mirabiliter immortales, & intaminatæ ſemper, coram iuſtitiæ Sole; dum a veſtris doctrinæ radijs, & angelicæ vitæ fulgore, Lux veſtita illuſtrata pœnitus in Tenebris; glorificata ab Angelis, amplificata Deo, coram hominibus illuxerit, vos veræ Figuræ ſfericæ; Stellæ, perfectiſſimæ apparuiſtis; dum con tempto Mundo, vni Deo toto ſpiritu ſtuduiſtis parere; dum victu, & veſtitu, contenti, nulla humana cupiditate flexi hanc infimam terram non attigiſtis. Vos in bonorum operum lucæ perſeueraſtis, quemadmodum in ordine ſuo prouide manent,

collucentque Stellæ in æternum, veſtraque ſublimis cogitatio, & conuerſatio in Cœlis fuit; vt ſplendeat, & hæreat benigniſſimo Dei Numine Altiſsimo Cœlo Sydera.

Saluete motu veloces, in ſanctæ obedientiæ gradibus; in plene charitatis curſu celere, ſtellantes Lucernæ Cœli, quæ luxiſtis nobis terræ incolis in omni virtute; quæ profudiſtis merentes, & gementes, iucunditate Cœleſtium corporum beatorum; quæ virtutibus innumeris, tanquam Stellæ, Soli Deo notę, in ſuperna Cœlorum luce locati eſtis; vt Firmamenti luminibus lumina adderetis; vt doctoribus doctrinæ radios emittentes; peccatorumque nocti illuminantes, & eſpurgetis a cuiuſuis macula Chriſti ſanguine purgatam Eccleſiam. Amen.

Saluete dulcia, & ameniſſima aquæ viuæ Flumina; vos duodecim Paradiſi Fontes æternorum bonorum exuberantes; vnde tribuiſtis nobis in hac arida terra ſitientibus Euangelicæ perfectionis limpham; dum ex ore veſtro tanquam ab imbre Cœleſti pluuit aqua doctrinæ lucida, intellecta clara, intelligentia ſubtilis, obſeruantiæ leuis, fructu ſapidum, & omnibus impuritatibus vacans; vos enim dum ſcripturarum monitis, ſapientiæq; ſpiritu, ſanctæ prudentiæ meruiſtis Domũ Dei ędificare, Mundum periclitantem ſaluare; & ſub clementiſsimo Patris miſericordiarum imperio, incolumem, & fidelem adminiſtrare.

Saluete omnis dulcedinis, gloriæque pleni puriſsimi Fontes, alme Sapientiæ Dei ſalutares aquæ, verbi Dei ſuauiſsimi interpretes; in quibus ſolus loquebatur Altiſsimi Spiritus, & operatus eſt virtutem Dominus ab excelſis, quibus cum effudit ſuper credentes Aquam Salutaris doctrinæ mundam, ille qui ſanctificauit Aquas in flumine; qui docuit omnes Gentes doctrina, & exemplo. Vos vere extitiſtis ſanctæ imitatores, eius vitæ Comites, diuinæ gratiæ Torrentes, profluentes conſolationum Aquis, & emittentes illas in gaudio de fontibus Saluatoris. Amen.

Saluete Magni concilij Dei Ampliſsimi Senatores, qui ſo

lum

lum Ieſum, vitę Solem, vitę Ducem, ſequuti eſtis, & permanſiſtis in tentationibus eius; hinc amantiſsime vobis diſpoſuit, ſicut diſpoſuit illi Pater Regnum; vt ědatis, & bibatis ſuper Menſam Dei, vt ęterni Regis commenſalis in Regno Cœlorũ; quare gaudete ſingulari gloria, & honore coronati Duces, propugnatoresq; noſtri; tenentes nunc ſummum dignitatis, gloriæque gradum in ordinibus beatorum; dum inter Sanctos Dei potiſsimum virtutibus eminetis, dum ut ſapientes Eccleſiæ Principes, Trium regnorum Regnum obtinetis principatum; vt piæ Chriſti Gregis Paſtores, præbetis nobis Paſcua Dei doctrina, & exemplo; vt ſedentes cum Chriſto Iudice Orbis terrarum, Iudices glorificamini.

Vos quidem vixiſtis in terra, Dei dulces conſolationes tribulatorum, vocatione perditorum; extitiſtis in terra potentes; defenſione fidei, Chriſtique; & floruiſtis almo Intellectu & Sapientia; vt noſtræ ſalutis Ductores, & fœlicitatis æternę præuij: ideo vobis fuit ab Altiſsimo impartita ſuper rerum naturam poteſtas; vt humanas infirmitates ſaneretis; ſuper inferorum Dęmones virtus, vt conculcaretis; ſuper elementa, vt commutaretis; ſuper Cœlorum Angelos, vt Chriſti Corpus conſecraretis: adeo vt exemplari virtute, ſanctitateq; veſtra, & gratiarum plenitudine; Chriſti non tantum vita, ſed Chriſti quoque ſuprema Gloria colluceat; vt in puriſsimo Speculo ſpectrum, in ſplendidiſsimo Sole fulgor, in matutina Roſa ſuauitas, & in candenti flamma calor effulgeat.

Orate pro nobis Sanctæ terræ Principes primarii, quorum patula fuere omnibus habitatoribus immenſe charitatis viſcera; quorum Spiritus ſemper in diuino Spiritu refulſit; quorũ vita, & oratione, fuit cum Dei gloria, & cum peccatorum ſalute coniuncta. Intercedite pro nobis glorioſiſsimi Apoſtoli Ieſu; Arcanorum Dei ſecretarij, vt veſtro exẽplo nudam Chriſti Crucem libentiſsime ſequamur, vt vitæ theſaurum non deficientem in Cęlis nobis præparet, ibidem Deus in gloria, & diuitijs Paradiſi, vbi conſtituit vos meritiſsime Principes, & lectiſsimos Iudices ſuper omnem terram. Amen.

## *Ad Sanctos Chriſti Martires, Salutationes.*

GAVDETE Martires Glorioſiſſimi huius Mundi victores, in capite Coronas, præ manibusq; Palmas habentes, in gloriam obitus veſtri. Veſtra namque Palma ſuauiſſimis fructus emiſit; dum e fœcunda dactilis(hęc enim ſunt merita veſtra) e Tormentorũ remunerata pugna, ex Terreſtri nobilitata calumnia expreciatorum glorificata Ignominia; hæc laborum merces, vobis cũ Angelorum plauſu, cum Sanctorum iubilatione parata; Vobis exigitur,& cumulatur a Domino, ab æterno in æternum.

Solus enim docuit iuſtus prælíator Ieſus, toties innocentes manus veſtras ad prælium, aptauitque digitos ad bellum, quoties diuerſis digitis hoc eſt varijs ſuppliciorum modis, in hac militanti Eccleſia cum oppugnatoribus eius pugnaſtis, & quoties victis a Mundi, Principibus multiplices victorias, & glorioſas, vos inglorij victoriarũ coronas reportaſtis. Amẽ.

Gaudete Meridiei Faces in Tenebris ardentes, & puriſſimi Solis lampades precioſe (vos quidem Tales in luminibus appello, & honoris gratia nomino) dum eſtis Chriſti Martires perilluſtres; non ſanguinis tantum, ſed ſimplici quoque martirio ſine ſanguine coronati, dum vos vixiſtis in diuitiarum Affluentia Spiritu pauperes; in paupertate munifici; in omni actu iuſti; vos itidem ſine ſanguine coronati trina quoque Martyrũ gloria gloriamini, malorũ probata patientia, perenni miſerorũ miſericordia, & fraterno inimicorũ amore. Amẽ.

Gaudete nunc candidati beatorũ Spiritus veſtibus albis pręcincti, qui ſtolas veſtras dealbaſtis in ſanguine Agni; vos merito nũc circonſtantes Altiſſimi Thronum ancilamini Domino dominantium;& Triumphantes cum Agno adoratis Regẽ Cęlorum in Sancto Templo eius, contemplantem Matrem eius.

Vos vere beatos Martires, omnis lingua proclamat, omnis Spiritus contemplatur,& contribulatus inuocat; dum veſter ſanguis pignus extat ſuper Terram viuentibus, de æterna veritate

tate viuę vocis oraculum; mortuis de vera vita, virtute præmium; & in vmbra Mortis ſedentibus, diuinæ lucis fidele Teſtimonium. Hinc congratulauimini vobis ſectatores Agni, ex millibus electi, illius inquam qui tollit peccata Mundi comites, dum dignitas, manſioque veſtra, eſt multis dignior, & potior, dum terrenę itidem Mortis Martiriū, fuit vobis periclitantis Vitæ Vita, æternæ vitæ Pabulum; Salutis Donum, Sapientiæ Lumen, laboris Requies, doloris Gaudium, miſeriæ Gloria, & momenti Eternitas. Amen.

Gaudete florida Paradiſi Prata, ijs aquis irrigata gratiarum Saluberrimis herbis affluentia; & odoratis conueſtita floribus, multis diſtincta virtutibus, & decoris condecoracta plantis. Gaudete ſemper vos perpetuo vere virentia, dum veſtrorum florum ſuauitas, ſingularis ornatus, & pulchritudo; eſt florentiſſimi veris perennis amenitas, & bonorum omnium intuitus, poſſeſsio, & dulcedo; adeo, vt veſtra bona ſummum Cœli bonum, ipſa Paradiſi gaudia, & Paradiſi gloria præſentire, indicare, continere videantur. Amen.

Orate toties pro nobis Sanctæ ciuitatis delitię, quoties nos in humanas miſerias reſpicitis; orate pro nobis ad Deum Saluatorem, vos humanę Mortis triumphatores egregij, vt conſtātiſsime vobiſcum pro Nomine Ieſu ſanguinē perfundamus; accurite ad clamores noſtros in bello; & ad extremum huius Vitę bellum Victorioſos, eſtote bellatores; vt de mortali carne Triumphemus; adeo, vt cōſurgamus vobiſcum in Cœli gloriam in militantis huius Vitæ Coronam. Amen.

## *Ad Sanctos Dei Confeſſores, Salntationes.*

SALVETE Venerabiles Almi Dei Confeſſores, & memorabiles fabricatores, & conſeruatores Eccleſiæ; vos inquam, Bernarde, Benedicte, Dominice, Alberte, Cirille, Franciſce, Nicolaæ, Germani Cęli Septentriones, terræque beatæ plantæ; vos; enim ſeptem Sydera Cęli appello, ſeptenarij, ſpiritus claritate coluſtrata;

vos

vos vigentes in Terris Arbores, vt mortaliũ Vitæ fructus agnoſco, dum Diuini, cultus tot ſalutaria tradidiſtis pręcepta; vt lex gratiæ promulgetur in humanæ ſalutis gratiã, & ſeruaretur in dicti hominis gloriã; dum tot ſacra inſtituiſtis Collegia, vt ſit vna per vos in omnibus Charitas, & ſanctitatis ęmulatio; dũ tot glorioſa fundaſtis Templa, vt ibi Deo, diuinæ laudis offeratur Sacrificium, dum tot ſacras eſtruxiſtis Altaria, vt ſuper illud adoretur Dei Agnus ſub Hoſtia Sacrata; Mundi immoletur victima, pro Mundi vita; dum & tot famulorũ Chriſti dilataſtis in ſanctitate Religiones, & mutua Charitate ſocietatis; & vna Cœli, Terræq; Veritas, & Iuſtitia; quæ Patris eſt verbũ, Virginiſq; fructus; in carne caro, in iuſtorum Spiritu Dei Spiritus; maneat æque in fidelium, ac Regis ſæculorum gloriam. Amen.

Auete locupletiſsimi Sacrarum Religionum Auctores, & Sanctorum Dei, fratrumque Veſtrorum capita glorioſa; dum Magnus ille Sanctorũ, Pater, Mundiq; Redemptor; vos ex omni Populo, Tribu, & Natione redemit, vt vocaret in lectiſsimam Sanctorum, beatorumque Sedem: Hinc in æternum Triumphantes in Cęleſtis Curiæ Theatro immortaliter gaudete; dum Summus Sacerdos, & Rex Regũ Ieſus, fecit vos Sacerdotium, & Regnum viuenti Deo Patri; vt beatiſsime, regnetis ſuper omnem Terram.

Gaudete Cęlitus, dum datur illic vobis Regnum decoris, & Diadema ſpeciei de manu Domini; adeo vt, veſtra, iuſtorum gloriæ, & immortalitati Merita, cum ſingulari gloriatione annotetur, & pręcipuo cũ honore celebretur in Cęlis; perpetuiſque gaudijs exultate pij religioſiq; Patres; dum Pietas, Sanctitas, Religioque veſtra, poſita eſt nunc in Mundi conſpectu; vt hac obſtringantur Impij, cæcique videant; hanc diſcant rudes, eruditi exerceant, æmulenturq; perfecti; hęc ſit fluctuantibus Portus; perditis Salus, & profugis Eccleſię Gręmium Cœlique Patriam, tutiſsimum requie ſalutis perfugium. Amen.

Saluete Reuerendiſsimi in Domino, Patres, quorum filij,

vt

vt veſtrę pulchritudinis Imagines, & virtutis hęredes; fiunt, & cohæredes filij Dei; quorum itidem Nepotes, in clara ſobole ueſtra habetur Sancta Regni Cœlorum hęreditas; quorum ſemen ſeminatur in pace, nobilitatur in gloria, ſacris man datis monimentis, ſęculorum ęternitati propagatur;

Gaudete dũ horum poſterorum corpora, vt piorum laborum miniſtra, ſepelientur in beatorum requies; dũ enim illorum nomina viuent de generationibus in generationes, & in ſęculum ſęculi; quorum honos elucebit in ſplendidiſsimo can dore in Cœlo; adeo vt, fideles populi lętentur in beatę Vitę effectricem Sapientiam; & veſtris vbique Ampliſsimis honori ficatisque laudibus, ornetur, paſcatur, & delectetur Eccleſia Sempiternis. Amen.

Auete magni virtute, & exemplo Patres, diuinę plebis tutores, & Apoſtolicę Sedis egregij Gubernatores; quorum pijs conſtitutionibus, & exemplis fuere, ad Dei, Sanctorumque gloriam, ex ſcola Eccleſiæ in ſacris ædibus Sanctorum figuratæ, & coloratæ Imagines; Sanctorum ibidem ſacrata, & conſeruata Simulachra; ibique ſpectatę Martirum, decoreq; Virginum dicatæ Statue; aurea, & argentea fidelibus oblata vota, Dei, & Sanctorum patefacta Miracula, diuinę Virtutis affixa Inſignia, Chriſti fidelium magnificata Trophea, pretioſa e puſillis, & magnis cumulata Dona, Thus, Mirrha, Hymni, Cantus continui, luminis viſitata Lumina; hinc excellenti bono, laudeque veſtra, perpetuo perfruentes gaudetę; dum veſtris quoque inſtitutis, & meritis Deo pſalent in dies Iuſtorum voces in diuinis laudibus; humilium, contemplantiũque mentes fiunt Dei Sacraria; per vos firmã credentium corda manent; firma & conſtanti Religione Deum adorant; dum horum plena charitatis viſcera profundum perennis charitatis Fontem deguſtant; dum horum deuotiſsimi Spiritus Dei gloriam; in Spirituum Beatorum ſpeculantur gloria; Dum veſtrę ſanctitatis inhęrens Eccleſia paſcitur in terris Angelorum Manna; ieiunans epulantur, orans Deo loquitur, in elemoſinis theſaurizat, in vera paupertate vobiſcum ditatur;

in

in ſumma rerum inopia, omnia bona poſsidet; corporeis oblectatur flagellis; quotidianis ſtudeat diſciplinis in aſperimis ſeneſcit pœnitentijs, in tentationibus ſpirat, tribulationũ reficitur, doloribus alitur, perſecutionibus gloriatur, in infirmitate perficitur; dum hęc inquam conſtricta gaudet, culpata, defenditur, maledicta benedicitur, in gloria glorificatur; adeo, vt in omnibus afferat vbique gloriam Trino, & vni Deo immortali, viuenti vobiſcum & regnanti in ſęcula ſæculorum. Amen.

Prętate quęſumus ſancti Dei Confeſsores, vt qui de virtute, glorięque veſtrę, pię cum gaudio commemoramus in terris, in ſacris actionibus veſtris eruditi, iucundę & vobiſcum, dum cordis fide, fidei fructibus, & operum plenitudine confiteamur, vt ad gaudia Cœlorum ęterna vobiſcum quoque pariter aſcendere mereamur. Amen.

*Ad Dei Occidentales Virgines, Salutationes.*

SALVETE æterni Regis Sponſæ lectiſſime, in ſede virginali ſeruatæ, in terra Virgines, & Chriſti Virginali carne conſeruatæ Virgines; lætamini nunc diuini amoris, & diuinorum deliciæ; dum veſter in Cęlis ornatus, e aurea de caſtitate veſtis, Stola de puritate candiola, & aurea de triumphante caſtitate Corona.

Vere congratulamini nobis o plene gratijs; dum veſtræ pulchritudinis Nitor eſt Firmamenti ſyderibus pulchrior; dum radiansque Virginalis ſerenitas videtur luminaribus eius ſplẽdidior; dum veſtri muneris, locique dignitas apparet in ſummo Empyrei Regia Maieſtas, (vt Regalis diuinæ Maieſtatis ſedis miniſterium) hoc eſt inter Cœli Magnificentiam merito magni facta; inter ſummis Cœlorum ornatus oracula; inter ſpectabilia amabiliter ſpectata; adeo, electa & prælectaque ſpeties a Cęleſti cõcupit a Patre, a veſtro adamate ſponſo, ab æterno commendate Iudice, a glorioſo glorificate Rege, omnibus decora & decorata gratijs, locupletataque præmijs; hæc

eſt

eſt inquam Angelorum germana, ſex ordinum beatorum ſolatium; diuini Spiritus requies, filij Dei ſponſa ſacrata, innocens Paracliti Columba, conſecrata pęnitus Altiſſimo in æternum. Amen.

Saluete Sanctæ, & impollutæ Dei primitiæ; quæ meritiſſime triumphantem ſequimini Agnum ſimilis gloriæ in gloriam; quæ circuncluditis, circuncolitis, & circundolatis Thronum cuncta regentis, vt vobis pateat vitæ Regnum in Regno Cęlorum; quæ corruſcatis, vt Solis radia ſtantes iuxta Solem, omnem illuminantem Terram in ſæcula: quæ clareſcitis in lucidiſſimo Monte Syon, vt vos ſupercęleſtis claritatis mentes omnes colles annuncient, quæ cantitatis diuinæ laudis Canticum nouum in citharis veſtris, vt omnes Deum adorantes, & in Morte contemplantes vos audiant. Vos inuocent; dum vos perenni cum gaudio in ſuaui Pſalterio decacordo pſalitis omnium bonorum perfectori Deo, vt de plenitudine Chriſti, & Deipare, omni repleamini gratia, affluatisque gloria in plenitudine Sanctorum, in omnium æternitate gaudiorum, in ſpirituum plauſu beatorum, in ſingulari laudatione Angelorum. Amen.

Saluete terrarum Angeli; quæ Cęlorum Angelis aſſimilamini puritate; dum veſtra victoriarum corona, eſt Angelica glorioſior; viuunt enim Angelici Spiritus exuti corpore, vos vero Virgines in corrupta hominis Natura perpetuo incorruptæ, contra Naturæ inſtitutum de humana carne triumphantes; ideo ſeruat vos intactos Paradiſi flores; ille qui paſcitur inter lilia, vt veſtro flore, floreſcat tota terra viuentium; vos ornat omnis pulchri, boniq; Procreator, vt finali ornamento veſter exornetur Sancta Ciuitas Dei; vos magnificat magnaliũ Fabricator Deus, vt Atria Cœlorum reſonent ſpecioſis Virginis laudibus, & honoribus celeberrimis; vos Angelorum gloria Cęlorum coronat, vt Angelici concentus, & Sanctæ Pſalmodiæ canticis glorificemini in Cœlo, & in Terra. Amen.

Saluete exemplis præclariſsime Virgines, virtute Virgines, Angeli puritate, humiles animo, Altiſsimæ meritis, Mente

incorruptæ, certamini fortes, Belatrices inuíctæ, Mundi triumphatrices, Dæmonijs terribiles, amabiles Angelis, comites Agni, Chriſtoque cariſsime. Gaudete roſarum flore in diebus vernis; dum germinatis in dies, & floreſcitis in florū campi, lilio conuallium cohærentes; hinc vos veſtigat omnis caro, omnis odorat ſpiritus in cupidiſsimæ contemplationis delitijs, hinc veſtras ſibi effingit, & contemplatur imagines; vbi Angelorum eſt elegantia, & pulchritudo Stellarum; vbi diuina Sanctorum religio; vbi Paradiſi exemplar; vbi ſummi Cœli Iucunditas, & Lumen, & veneranda Maieſtas apparet. Amē.

Saluete Montium, & Collium æternorum flores, quos ſummus locauit Olitor in apricis Dei, & hominis deliciarum hortis, vt vos omni tempore virentes, omni loco, belliſsimos manus Dei carpat, & ſuauiſsimus os increatæ Sapientiæ delibet: Vos eſtis porro lęta perfectę virtutis indoles, omnium laudandarum rerum pręconium, opus honoris & honeſtatis integrū, omni nouitate elaboratum, in Terra operoſum, in Cœloque perfectum: Vos eſtis pretioſiſsimi Cœli, Terræque flores, & Cœlorum omnium, & figurarum decentia; vnde flos, & pigmentorum excerpitur color, quo coloratur verax, & incorrupta ſummi boni imago; quo pingitur ſummi Regis Solium, quo coloratur omnis boni, pulchrique effigies, & conuiuij cœleſtis apparatus exprimitur; quo expoliantur alma tecta, & duo potiſsimi parietes Sancti Templi Dei. Amen.

Saluete Violæ Virginitate frigide, deuotis aquoſę lachrimis, pudico exemplo odoriferę; vos mirę pulchritudinis, & decoris adamata Lilia; vos candore, & rubore flores ſpectatiſsimi, caſtitatis candore candidi, paſsionis rubore purpurei; vos Chriſti triumphantes Virgines, & coronatæ Martires veſtro, & in Agni rubricatæ, & nobilitate Sanguine; duplicis quidem Stolæ coronatæ gloria, in triplici redoluiſtis Eccleſia, & fructiferæ plantationes Roſarum in Hierico, dediſtis cum Virgine variam ſuauitatem odoris. Amen.

Saluete omnium puriſsima, & odorata lilia, albentibus lilijs, & totidem aureis inſignita granis; dum ſeptem virtutibus,

quatuor,

quatuor, ſcilicet Cardinalibus, & tribus infuſis, noſtræ ſalutis, gloriæque cardinibus floreatis. Vos ſeptem itidem aurea grana, hoc eſt ſeptem Sancti Spiritus dona, in Dei, & famulorum Chriſti gloriam emittitis. Amen.

Armate nos in terris inermes, o Bellipotentes Virgines, veſtris fortiſsimis armis, ut belligeramus cum Hoſte in terris poſcente, in Adæ filios armato; vt ſuper aſpidem, & baſiliſcum; hoc eſt ſuper ſerpentium inferorum Morſus ambulemus, & conculcemus vobiſcum in gloriam, Leonem, & Draconem. Amen.

## *Ad Sanctum Ioannem Baptiſtam, Salutationes.*

SALVE Sanctorum Sanctæ in terris, & innocens, Ioannes diuinæ gratiæ & veritatis prçuius; tu Regis Regum uere Præcurſor, tu Regis gloriæ familiaris, & comes, Tu Mundi Dominatoris, & Saluatoris affinis lectiſſime, tu credentium cuſtos, germinaſti ſicut Lilium, & floruiſti Palma immortalis in æternum, & ſicut Cedrus Libani multiplicatus es.

Salue corã Deo Tuba, Vox Spititus Domini, plena virtutis, plena Sapientiæ, tu Chriſti publicus Confeſſor, publicæ Prædicator, publicæ & prouidentiiſſime Demonſtrator; Solus meruiſti baptizare Filium Dei in præſeruatis, & puriſſimis Iordanis Aquis: præeſſe in mortali carne glorioſiſſime, & indiuiduæ Trinitatis præſentiæ, quando in Voce Pater, in Carne Filius, in Columba Spiritus Sanctus, apparere tibi in Chriſti Baptiſmali; miſtico lauacro regenerationis hominis, gratiarum, renouationis Spiritus in adoptionem filiorum Dei.

Hinc totus gaude Ioannes, dum tibi demãdauit Dominus Cœli, æternæ Lauacrum Salutis, & Baptiſmi Sacramentum, dum e radiantis Cœli Nube, & Summi Patris æterni hæc Vox æternæ Veritatis Euangelium; Angelorum itidem, & Prophetarum in tuas aures, & intima cordis influit. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Hinc iterum gaude ſingulari gaudio Ioannes, dum perſcrutaris terrenus homo imperſcrutabilem altiſſimi Spiritũ; dum tibi patent ab excelſis tabernaculis increatæ Sapientiæ Arcana Dei; dum inuiſibilia vides, dum ſolum adſtas magnalibus Viuentis, Imperantis, Sapientis in ſęcula.

Gaude Sanĉte Pater, dum te (vt conueniunt omnes ſcripturarum voces) non ſurrexit maior inter Natos mulierum; tu enim gratiarum decoris, & uirtutum priuilegijs; quibus te tantoopere erexit, & condecorauit Altiſſimus, gaudere debes, qui iuxta veteres Dei pollicitationes, iuxta Gabrielis Oraculũ, in vtero ſterilis matris vetuſtiſsimæ fuiſti conceptus, prędter naturæ legem, patris fidem, Mundi ſapientiam; vt tu ex lumine lumen proueniens, præires quaſi Aurora Solem, Mundi Saluatoris, & Mundi luminis conceptionem.

Gaude Sanĉtorum leĉtiſsimæ, illo ſanĉtitatis gaudio, quo gaudere tenetur, non tantum ſaluandus Iſrael, ſed totus orbis terrarum redemptus; eſt enim cur tibi congratuletur in æternum, cur gaudeat omnis tribus, omnis lingua, omnis caro; tu namque fuiſti prius in matris viſceribus ſanĉtificatus, quam natus; prius incarnati Verbi Vates, quam homo in Terris viuẽs. Tu quidem fuiſti vocatus a Domino in maternis clauſtris in lumen, in vocationem, in conuerſionem multarum gentium priuſquam naſcereris, vt eſſes ſanĉtiſsimum lumẽ, vt charitas ardens diuinis flammis luminare: quandoque diei iuſtorum maius, quandoque noĉtis peccatorum minus, magnum Cœli, Terræque Sidus, quod Mundi Tenebris iradiares.

Gaude Ioannes beato illo potiſsimo gaudio, quod exuperauit omne gaudium, quando e matris tuæ, & Matris itidem Dei gaudijs, mutuiſque amoris, & beneuolentiæ, atque hilaritatis amplexibus, occulta incarnati Dei gloria, & præſentia in matris intimis, in cordis ſenſibus exultaſti.

Gaude improuiſo vaticine Matris Oraculo de Virginis Mariæ benediĉtionibus, & gratiarum laudibus; cuius perennis benedicetur Germen; germinauit namque nobis Vitæ Lignum, Viĉtoriæ Signum; Salutis Arborem, Sapientiæ Fruĉtum, Redemptio-

demptionis humanæ Stipitem, credentium Vexillum Angelorum Gaudium, Iuſtorum Virgam, Flagellum Dæmonum, & æternalis Gloriȩ Dei Palmam.

Gaude Ioannes amice Domini, tuæ Circunciſionis miſterio; quo Zacharias linguæ nodos confregit; quo virtute Sancti Spiritus in diuinæ, & humanæ benedictionis verba prorupit; in Canticum inquam Hymnorum, & Pſalmorum gratiarum actionum; & ineffabilis Gloriæ Dei.

Gaude ſpectatiſsimæ ſanctæ, illo ſalutis, Sapientiæq; Spiritu, quem mutuatus es ab infanti Emanuele; quem accepiſti in matris ſinu; quem cognouiſti in agnitione Veritatis; quē ſtudioſiſsime patefeciſti, in confeſsione, & demoſtratione Agni viuentis Dei; quem plurimum hauſiſti, ex quotidianis Sācti Spiritus afflatibus; quem cumulatiſsime poſſediſti ex familiaritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti; quem pluries coram Deo, & Angelis ſuauiſsime contemplatus es, in ſolitario exemplaris omni pœnitentiæ Deſerto.

Hinc tu Dei Bucinator, & Euangelij ſingularis Preco; dum exangelizaſti Regnum Cœlorum Adæ filijs, in fide Chriſti, in Chriſtianæ vitȩ pœnitentijs; dum innocens puer, & adultus, ſolus in Deſerto pœnitens docuiſti nos Legem Domini; & Vias ſalutis; in mortificatione veteris hominis; in tribulationū ſpinis, in ȩmula Chriſti Cruce, & in electione pȩnitentiȩ. Sugere e Cœlo nobis peccatoribus peccati Morte, & mortalis peccati amaritudinem, in amaritudine pœnitentiȩ; vt varijs huius vitȩ patibulis, cum profundo dolore cordis quȩramus in Monte Caluario Crucifixum Ieſum; & cum Cruce ſequamur veſtigia ſalutaris Dei, ſub ſalutari Vexillo Crucis, vt hinc rectas diſcamus ſemitas; adeo vt te Doctore Sanctiſsimo, & Ioannem Euangeliſtam ſalutis prȩuio, tecum requieſcamus ab Aeuȩ lachrimis, ab Adȩ ſordibus, in Monte Tabor glorificati. Amen.

Salue fidelis populi, ſalus in mutua & ſalutari voce Spiritus Dei, ad cuius Gloriā fundaſti in viſceribus Eccleſiȩ Chriſto religionis Templa, vnius Dei impreſsiſti cultum, vnius Paſtoris dita-

ditaſti Gregem, vnius Regis tenuiſti Imperium, diuinę laudis reſonaſti melos; & in omni terra, iuſtus iuſtorum; hinc pręcinisti ſemitas, vt in omni tempore viuens, in unica Dei Iuſtitia innumeros germinares fructus.

Salue miſſus a Deo in ęternę lucis præuium, in ęternę iucũditatis Euangelium; dum te pręcinxit Dominus zona iuſtitię, vt ſeruares mandata ſua; adeo ut diffunderetur gratia in labijs tuis, ut eſſes multarum benedictio Gentium, & benedicereris in ęternum. Ideo tibi ſolenni feſtiuitate tua militans, & triumphans congratulatur Eccleſia; dum tui Natalis diei ſolennitate ſolenni pariter commemorat, & celebrat, cum honore tui ſane Natiuitas, adeo miraculoſa, adeo inter peccatores ſancta, inter mulieres iucunda, ut tu mirabilis Diuino Spiritu Puer, miraculoſe genitus, matris annoſe, & ſterilis excluderes impotentiam, & ibidem ſanctificatus, humanę culpę tolleres reatum, & cum gaudio populorum natus, tolleres communis miſeriæ lachrimas.

Salue Apoſtolæ Apoſtolorum Chriſti, os enim tuum increata Sapientia aperuit Sapientiæ, & in lingua tua conſcripſit Legem veritatis; tu enim æternæ claritatis Stella ante Orientem ex alto, & coram Orbe toto terrarum in ſpiritu, & uirtute Elię fulſiſti, & ueteris Aeue gentibus annunciaſti gaudium; pręiucundiſsimo Virginalis fructus Euangelio.

Salue Sanctorum pius, & integer, incorrupta Sanctitatis laus, & pietatis in Deum, & hominem plenitudo: tu inter peccatorum Nebulas fulgor Solis, & Lunę immortalis; uiuentis Dei fili eluxiſti Vates, quando digito ijs Emanuelem uocibus credulo, & perfido demonſtraſti populo ſic inquiens. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi.*

Salue Angelorũ laus in ęterna Chriſti charitate Seraphim, in Sapientię plenitudine Cherubim, in ſummi Solis diuina luce Lucifer, qui apparuiſti omnibus hominibus, ut hinc terrenæ cœcitatis fugeres tenebras, & ſupernæ gratiæ luminis introduceres initia.

Salue in thronis iudex, actiones & corda virorum diiudicans

dicans, Angelico zelo, & timore Dei. Tu in Dominationibus itidem erudiſti terræ Reges, in dominatu populorum; adeo, vt coram Gentibus eſſes ſubiectorum Amor, Regumque Timor.

Salue in principatibus Sanctorum Doctorum Princeps; qui nobis de Prelatorum obſequio, de Maiorum natu reuerentia ſalutaria tradidiſti Precepta.

Tu in Cœlicolarum Poteſtatibus, in inferorum poteſtatis ſemper vixiſti potens, quia ſanctificatus a Deo.

Tu in Virtutibus, virtutum excelluiſti miraculis.

Tu in Archangelis reuelaſti bonos, ſcilicet Catholice uitæ mores, & ſalutares uias penitentiæ.

Salue tandem, Apoſtolorum decus, conſtantia Martirum, Confeſſorum fides, & gemmata Virginum Corona; Salua nos hodie, & ſemper, in tuis, & eternis laudibus deuotiſsime congregatos. Amen.

## *Ad Diuum Petrum, Salutatio.*

SALVE Petre uere a Domino nuncupate Cephas, ut firmiſsima Dei Petra, ſuper quam edificata eſt Eccleſia Dei. Tu tuis preclariſsimis meritis; tua ſingulari confeſsione Chriſti Filij Dei Viui; quem preter ceteros amaſti, quem & præcipuo lumine cognouiſti; es, ab æterna Sapientia creatus Apoſtolorum Princeps, & Sancte Romane Eccleſie Pontifex, & Pontificum anteſignatus: Tu primus in terris Ouium Chriſti Paſtor, Chriſtiane Reipublice Propagator; & pius eiuſdem Gubernator, & Conſul. Tu Cœli clauigerum Solus, & uirtute clauium, æque terrarum Principum Dominus inſtitutus, ac Domitor, & Dominator Inferni.

Salue Petre ſerue fidelis & amice benigniſſimi Ieſu qui fide fluctus Maris ambulans, ad Saluatoris pedes, & genua feruenti charitate te ieciſti; tu meritiſſime præfuiſti transfigurationi Domini, & ſuſcitatione defuncte puelle; tu prouido Dei

Numine

Numine reperiſti monetam in ore piſcis auream, ut totus
virtutibus aureus; tu Chriſti fidei Buccinator egregius tuo;
& Sancti Spiritus ore, tot millia credentium illuminans, tot
in vmbra quoque Mortis iacentes ſaluaſti.

Salue Petre humanæ ſalutis Defenſor, & Pater. Tu Aeneã
paraliticum omni virtute ſtabilitus firmaſti. Tu Cornelium
Sacro Baptiſmatis Fonte in nouum cœleſtis hominem rege-
neraſti. Tu noſtræ vitę ſpiritus protector, & conſeruator,
excitaſti Tabitem a mortuis. Tu præter mortales adeo potens
opere uiſu, & ſermone præſtitiſti, vt tui quoque ſanctiſsimi
corporis vmbra diuinæ plena virtutis, languentium, & ægro-
tantium plurimos ſubito, & integerrime ſanarit.

Salue Petre iuſſu Herodis in carcerem, & vincula coniecte,
& ibidem Saluatori orans, & indubitanter ſperans, in Domi-
no ſalutari, hinc ab Angelo Dei relaxate.

Salue Petre, qui toties diuini amoris dulcedine toto ſpiri-
tu defeciſti, qui, & dominicæ Paſſionis amaritudine acerbiſſi
me pœnitens, doloribus, & patibulis, Chriſti Ieſu filiali, & ſer
uili cũ luctu collachrimaſti; porro beatus, & vbique probatus
Simon bariona prę filijs hominum, qui vſitato galli cantu tuę
abnegationis non immemor, ſemper a ſomno ſurgens inde-
feſſus, ſemper fidelis oraſti, & intimas ſępe cordis preces, &
fletus internos, cum amariſſimo lachrimarum fonte, a Salua-
tore Domino veniam petiſti.

Salue Petre qui vxorem tuam dilectiſſimam, qua cum diu
amantiſſime vixeras, illeſis, & conſtantibus oculis contempla
baris, dum ad piæ Mortis ſacrificium deuota Chriſti famula
pro fide Catholica conduceretur; tu eam iucundiſsime gradiẽ
tem ad Mortem, iucundiſsima pariter voce nominatim appel
laſti, & moriture fœminæ, ac potius Vitæ coronam in effuſio-
ne ſanguinis ſuſcepturæ, tantum Dei ſugeſiſti memoriam.

Salue Petre, qui ſola fide in triũphali Nomine Ieſu Simo-
nem Magum, in elatione ſapientiæ, in ſuperſtitionũ arrogan
tia, in portentoſis prodigijs eius; tu ſane Pax, & Doctrina, Re-
quieſque noſtra; Tu Caput Eccleſiæ Simon; Tu fundamen-

tum

-tum Eccleſiarũ Chriſti; Tu fideliũ amantiſsime Paſtor, bonorum noſtrorum Exemplar, Legis veritatis Interpres; & Concionator, & in ſacra Lege incorruptæ Iuſtitiæ Dux, exterminaſti.

Salue Petre, qui amore Dei ductus voluntarie ad Crucis martirium (annuente Ieſu) cucurriſti. Tu Romam iccirco rediens, a miniſtris Neronis captus, coram Tiranni pręſide Agrippa vnici tu Nazareni Cruce gloriatus es. Tu ſingulari Cruci, & Crucifixi reuerentia verſa Saluatoris vice, tuo rogatu, pie, & placidiſsime in Domino optata Cruce Mortis, omnibus pium, & flebile extitiſti ſpectaculum.

Salue Petre ſanctiſsime Vitę & Mortis ſpeculum, cuius vita in omni ſanctitate claruit; cuius pretioſa in ſtipite ſalutis Morte ſpectauit, & deplorauit, omnis Romanus Populus; cũ glorioſis canticis Angeli decantarunt; cum florum Roſarum, & Lilium coronis cęlites condecorarunt, æque pia, & continua gratiarum actio, ac Dei viuentis publica confeſsio, quam ad extremum glorificauit memoriam.

Tibi comendo hodie, & in dies animam meam, & corpus meum, vt viuendo mortuus æmulæ Crucis paſsionibus, tecũ patiar, vt tecum itidem, cum Dei, famulorumque gloria, cum duplici ſtola gloriæ glorificer. Amen.

### *Ad Sanctum Paulum, Salutatio.*

BENEDICAT Anima tua Domino vocate & illuminate Pauli, qui contra Nomen Ieſu & contra Diſcipulos eius, dum Damaſcum appropinquans allucinatus cœli lumine repente cecidiſti in terra; & humi proſtratus audiens e Cœlo Vocem, hęc tibi dicentem: *Saule, Saule quid me perſequeris?* Vere tunc beatus fuiſti Paule, qui ęternę Veritatis Oraculum audiens, ęterni dominatus agnouiſti Dominium; qui iam a virtute Domini virtus, triumphale Ieſu Nazareni timuiſti Nomen; dum e veteris peccati terra ſurgens, ſub altitonantis manu tremans, ſub Dei Iudicio

cęcitans, Domini Saluatoris, & Exterminatoris ſenſiſti Imperium.

Beatus tum in fide conſurrexiſti Paule, cum ciuitatem ingrediens per triduum ſine cibo, & potu viuens, per triduum ad Chriſti gloriam cœcus, tuę cœcitatis lumen, ſeruum Dei Anania expetiſti, qui imponens tibi manum, aperuit oculos, & impletus es Spiritu Sancto.

Benedicat Anima tua Domino amate, & iuſtificate Paule; qui confeſtim Sacro Fonte renatus, omnes Synagogas ingrediēs, prędicaſti viuenti Dei Filium, cuius extitiſti vas electionis, vt pręter cęteros fratres tuos portares Nomen eius coram Gentibus terrę, & coram filijs Iſrael. Beata tunc fuit conuerſio tua Paule, cum te ab impia Apoſtolicę Eccleſię inſectatione, in pium Prędicatorem & Facitorem traduxit Omnipotens; cum te a ſumma ſcelerum ſuperbia, in intimum ſanctę humilitatis gradum, a perditione, tenebrarumque filio, in lucis, ac Dei filium conuertit Ieſus.

Benedicat anima tua Domino probate, & ſanctificate Paule; cui ut aperuit Ieſus ſummi boni fontem, ut dulcedinem ęternę fœlicitatis infunderet, quo meritiſsime reuelaret Arcana Cœli; oſtendit, quanta te oportuit pro illius glorioſo Nomine pati. Tu quidem plenus lumine; Tu vox veritatis alma, Doctorque Gentium perſecutionibus, verberibus, carceribus, vere, & ſępiſsime gloriabaris, beatum te exiſtimans, cum a populo quoties compedibus vinctus, lapidibus obrutus, feris expoſitus pro viuentis Dei Nomine; quoties anguſtijs, ieiunijs, vnguibus, multisque miſerijs oppreſſus, pro confeſsione veritatis eius, omnē tibi nō deemit in neceſsitate ſubſidium; omne in omni calamitate perfugium; omne in ſummo dolore leuamen.

Benedicat Anima tua Domino beatę Apoſtole Paule; qui ſuperni ſuauitate Spiritus, & virtute Dei tantopere dilataſti Nomen illud, quod e ſuper omne nomen, in vniuerſa terra; dum facta fuit per te Pax, Lux, & Salus, ſuper Montium, & Terrarum incolas, dum tua doctrina ſapuit ſuper-

Manna

Manna Cœli; & ſuper omnia Aromata; ſpiritus quoque tuus ſtillauit Mirrham gratiæ, & veritatis; operaque manuum tuarum olerunt vt virentes, germinarunt vt fructifere vineæ; adeo vt renouata fuerit ſuper omnem terram veluti fœnix vita tua. Tu tot nominibus clarus beate Paule, ut impium confunderes Cæſarem; amiciſſimũ eius Patroclum ad fidei lumen deſunctum ab inferis excitaſti, vt reſurgeret in nouum hominem, in Chriſti membrum, in Chriſti gloria, vt reſurrexit.

Benedicat Anima tua Domino fortiſsime Chriſti Miles, Cõfeſſorque Paule; qui ad Cæſarem ductus, vt læſæ Maieſtatis reus; dum tibi decollationis Mors denunciatur pro conuerſione credentium populorum, ſic Neronem ijs verbis fidei, ſic ore ſapientiæ es alloquutus: Breui quidem ego o Cęſar Mortem hanc quam mihi paras patior, cum ſim vixurus in Regno Dei cum Ieſu meo in æternum.

Beatus iterum in fide Paule, qui audiens Neronem ſic coram populo acclamantem, & miniſtris ſuis ſic imperantem. Nunc obtruncatur Paulus, & videbimus, vtrum poſt Mortẽ, mortuus reſurgat? num Rex defuncti ſit mea poteſtate potentius? Tu denuo perfido Cæſari, pro gloria Nominis Chriſti reſpondiſti; vt tibi lacte paſcat (o Cæſar) meo poſt corporis Mortem, immortalem vitam cum Sanctis vixurum eſſe; ſcias quod ego decolatus hodie, viuens apparebo tibi; adeo vt attendere, credereque poſſis; ſi dominus meus & Deus meus quem tu negas, quem omnia nouit, qui ex nihilo omnia creauit, qui eſt rerum creatarum principium, & finis; qui ſolus Rex Regum, omnibus Dominator, & Vitæ, & Mortis vnicus Dominator, & Pater.

Benedicat Anima tua Domino ſapiens, & conſtantiſsime Paule, qui gradiens ad Mortem tam publice gloriabaris Patentibus infirmitatibus tuis, qui tres Romanos itidem equites, qui te comitabantur ad Mortem; adeo de Regno Dei, & inferorum inſtruxiſti pœnis, vt tuæ poſtmodum diuinæ religionis, ſalutariſque Mortis, beata, & affectata veſtigia perſequerentur.

Tu ſane Martirem, & Apoſtolorum Lectiſsime Paule; qui tam placido, & ſereno vultu piæ paſſionis tuæ vidiſti ſpectaculum; qui tam ſapide, & amanter, ad Martirij perueniſti locum; qui faciem tuam te circunſtantium peccatorum hærentem tenebras, in verum æterni Solis Orientem erexiſti; qui attentiſsime ſublatis oculis, & manibus ad Cœli patriam (vt ad vnicam Dei ſydera, & germanam gloriæ immortalisque patriam) cum pia uoce ſacra gratiarum actione, cum intimis dulcedinis lachrimis Cœleſtem tu moriturus homo, inuocaſti Patrem, & in ſancta tranſmigratione exoraſti viuorum & mortuorum Iudicem Dominum Deum tuum.

Beate Paule qui ter ſignato pectore, & fronte ſalutis Signo, in amatæ Crucis honorem, in patula Ieſu fidem, & eiuſdem Crucifixi gloriam, velato capite, ſubmiſsis genibus in hæc tuę ſalutis, & fidei, in hæc tua ſingulariſsima in terris Nouiſsima prorupiſti: *Domine mi Ieſu fili Dei viui, in manus tuas commendo Spiritum meum.* & ſubito extento carnifici collo; Mortis inter mortales iterum excipiens, immortalis vitæ coronam in terra viuentium accepiſti.

Fidelis Paule, fidelisque Deus, & glorioſus in Sanctis ſuis; dum te iuxta fidelis Oraculum glorificauit in conſpectu Cęſaris; & in te oſtendit rediuiuo ſancto, gloriam ſuam.

Dilectus Deo, & hominibus Paule, cuius ſancta memoria eſt in benedictionem Angeli, & hominis; tu namque pro ſalute Eccleſiæ in omnibus laboraſti, miniſterium impleuiſti tuum coram Deo; Chriſtianæ virtutis certamen; Cœleſti, perfectæ gloriæ curſum conſumaſti; Ieſu fidem ſeruaſti, reliquum erat, vt tibi defereretur in Cęlis corona Iuſtitiæ, quam in terris cumulatiſsime commerueras; quam tibi iuſte pararat Ieſus Nazarenus Rex gloriæ in condignum fidei meritis & laboribus tuis.

Fidelis Deus & glorioſus in Sanctis ſuis, dum te pro Nomine illius militante, & moriente victor, in beatiſsimo triumphantique curru repoſuit Animam tuam; ita vt vita tua inter terrarum tenebras illuſtris, inter peccatores immaculata,

inter

inter Angelos puriſsima,inter Sãctos glorioſa,diuinis in æter num laudibus conduceretur in gloria Dei Sabaoth; in mutua gratulatione iuſtorum, in peculiari Charitate beatorum, in concentu Angelorum. Amen.

Ora interim pro nobis Nobiliſsime Apoſtole; dum te piæ rogamus cum lachrimis, propitiare nobis tuæ gloriæ contem platoribus; tu qui ſolus es, & celebraris in omni Eccleſia Doctorum Doctor, Paſtorum Paſtor, Angele Terreſtris, Homo Cœleſtis.

Ora pro nobis Gloria fidelium, Eccleſiarum Tuba, Amiciſsi me Gentium, merentium & infirmorum Conſolator, orphanorum Pater, vt tua valatis deprecatione percipiamus gaudia vitæ.

Ora pro nobis Alme preco Dei, virtus Paradiſi, Martir glo rioſe, vt Dominus noſter pia vitæ ſanctæ tuæ,& paſsionis memoria placatus; tua beata interceſsione; nos a peccatorum maculis abſoluat; tuis meritis iuſtificet; tuo adiutorio in vita, & in Morte adiutor, nos ſub Angelorum ſancta cuſtodia ab omni aduerſitate cuſtodiat.

Ora pro nobis Sancte Dei, vt inhabitet virtus ſæculorum Regis in nobis, vt in cordibus noſtris, requieſcat ſalus, requies, & ſpes Nominis Ieſu Chriſti, & hæc ſancta Trinitas efficiat; adeo ut tecum viuentes, & morientes in fide, nos tecum itidem in ſanctorũ gloria conglorificet in ſæcula. Amen.

## *Ad Sanctum Bartholomeum, Salutatio.*

BEATVS es Apoſtole Dei qui ſemper immaculatus in via ambulaſti in lege Domini, qui mirabilis in verbo ſapientiæ, mirabiliter ſummum cognouiſti bonum,& prędicaſti Dominum Deum tuum,illius veſtigia proſequtus es. Tu vere illius vixiſti diſcipulus in Terris admedum magnopere dilectus; Tu ab eiuſdem prouida fuiſti voce amabiliter in Apoſtolatum omniũ gentiũ vocatus. Egredere de terra tua; e conſcenſu fratrum tuorum, diſcipule

pule mi, vt Mare, Terræq; populis Nomen meum annũties, & Euangelium meum concioneris ( legem porro gratiæ credentibus; & indulgentiæ peccantibus, & beatitudinis æternæ præmium) tolle in vijs tuis deprauatos peccatorum mores, & corruptos terrarum Iudices, iudica; qui ſtant contra Tribunal meũ; innocens nocentes ſuſtine, & deprime terræ potentes; vt æmuleris me Magiſtrum Dominũq; tuum; pateat vbique tua maleuolentibus benignitas, ſuperbis humilitas, perſequentibus patientia, & in omnibus gratiarum actio; vt vere mei ſis immitator, ac Filius; odor vitæ tuæ ſit perfectæ ſanctitatis odor, & fragrantia, vt lux Mundi luceas; ſit os tuum ſal Terrę, vt condiat inſipientia inſipidis, in ſalutari ſcientia; eſto bonorum ſeminum ſator, electorumque palmitum cultor in cultura vineæ meæ; adeo, vt hinc peccatorum ſpinas, & impiorum ſiluas extirpes; tunc vere ſapiens agricola, inuictusque miles, ſponſam meam expugna; & contra huius prędatores apprehende ſalutis Arma, & Scutum fidei, vt in bellicoſas Mundi poteſtates irruas, pro ædificatione Eccleſiæ meæ; adeo, vt ante faciem tuam corruant Deorum Gentiliumarmata Caſtra, & tenebrarũ Principes conterantur, ideo noli timere, quia ego tecum Dominus exercituum, & in dextera mea ſalus, & clades, in brachio meo timor, & amor; pugna libenter, quia ego humiliũ celſitudo, & ſuperborum humilitas; quia tu (me Duce) eris vbique certator, & Victor; pugna libenter, dũ in militaris gloriæ curſu elucides rudibus ſapientia; dum lex mea Sancta, & immaculata in corde, & labijs tuis impreſſa diuinitus adeo inuiolata ſeruetur; vt prędices in Occidentis Mundi Vitam; & damnatorum ſalutem,

Iis patratis, ſeruæ bonæ & fidelis, vt ſuper multa te cõſti tuam, oportet te bibere Calicem paſſionis meæ, vt edas, & bibas ſuper menſam meam in Regno meo.

Beatus es igitur Apoſtole Domini, qui ſummi diſcrimine voluntatis effector, & pro Chriſti Nomine immenſa traſcuriſti Maria, ad diſiunctiſſime orbis Terræ penetraſti populos; hac pia Cogitatione, ſingularique ſtudio; vt per te, fratresque

tuos;

tuos; vna lex tantum gratiæ floreret in terris, & vnus agnoſceretur Dominatorque Dominus.

Beatus es Apoſtole Domini, dum prophanum Indorum Templum immundis ſpiritibus dicatum, te ingrediente Sanćte Dei, te diuinę veritatis imperante, Nuntio, Idolum eius obmutuit cultoribus eius; teque tantum omnipotentis Dei amicum ſingularem promulgauit, exterminatoremque Dęmonum proclamauit; te coram omnibus confeſſus eſt, adeo in Chriſti religione ſanćtum, adeo in cœlo, terraque probatum, vt centies in dies ſingulos, totidesque nоćtes, flexis ſuper Terra genibus orares ad Deum; adeo, vt Angelicæ vitæ tuæ mira cum obſeruantia meritiſſimæ fuerint miniſtri & comites Angeli.

Beatus es Apoſtole Dei, qui, eieciſti mendacem, & perditum ex antiqua Tirannide Dęmonem; qui Verbo Dei damnata Confregiſti ſimulachra, & damnatos pariter conculcaſti Tartareos Angelos; qui Polemium ampliſsimi Regni Regem, Vxorem, Liberos, & fidelem baptizaſti Populum; & tunc vni veraci, ſalutarique Deo in orthodoxæ fide reædificatum conſecraſti Templum.

Beatus fuiſti Bartholomeę Sanćtæ Orationis meritis; cum Angelus Domini de Cœlo deſcendit, & ſuum ſpećtanti populum Catholico Regi patefecit Deum, igneis Cathenis conſtrićtum, nimia deformitate per horrendum; qui ſalutare Nomen Ieſu, ac Redemptionis humanæ Signum, in quatuor ædiũ ſacrarum angulis cudit, in ſalutaris inquam Dei gloriam, & Dęmoniorum flagellum.

Beatus es Apoſtole Dei, cuius pręclariſsimo Almę Religionis exemplo, fidelis Rex Regno abdicatus ſuo, & Mundi pariter depoſita gloria totus ſecũ in Dei cultu defixus, te tãtopere coluit, tuus in Salutari pœnitentia diſcipulus obſequẽtiſsime audiuit; tuus in ęmula religione conſeruus, fidelis viarum tuarum comes, laborumque ſocius, te religioſiſsime conſociauit.

Beatus es Apoſtole Domini, qui duodecim denuo fideles & fę deratas Regi ciuitates, tam diu in perditionis Mare de-

merſas ad finalem ſalutis compuliſti portum; dum ad piæ omnium Matris Eccleſię ſacri Fontis lauacro conuertiſti gremiũ.

Beatus es Apoſtole Dei, quem vocauit Aſtiages impius illius prouinciæ Tyrannus ad Martirij coronam, vt potc abiecti, conuerſique Regis frater; qui dum te pro Nomine Ieſu profeſſo, & confeſſione fidei Catholicæ, iuſſit indecorem ſpoliari, crudeliter cædi, crudeliſſime crucifigi, violenter admodũ excoriari, & ad extremum decollari.

Tu nempe in candidato Martirij exercitu egregiam obtinuiſti laudem Bartholomeæ, qui ex Ore Altiſſimi deſcendiſti in tot ſceleratorum caſtra, in contumelias, in conuitiatus, in Crucem, in Mortem variam acerbiſſimam, & voluntariam; vt ab hominibus maledictus, ab Angelis benediceretis; & breuiter excruciatus in terris, a glorioſiſſimo Deo in cœlum glorificereris.

Porro eximiæ ſanctitatis laude floruiſti ſancte Dei, ita ut tuæ ſanctitatis odor oleat inter Libanum, inter lilia, inter balſalmum Montes Iuſtorum Syon, & coram omni creatura.

Tu quidem Mons ſuper Montes Dei ineſtinguibilis lucerna cum Chriſto tuo; tu ſacrarium conſiliorum Dei, in quo erroribus noſtris præluxit perennis gratiæ, orationisque lumen; in quo glorificatus eſt Trinus, & vnus Deus, in honorem æternum, & tuum ſimul; ideo magnus es Bartholomeæ in Regno Cœlorum.

Tu fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper patibula terrenorum multa; vt te innocentem & lucidũ poſt longam malorum perpeſſionem., & dire Mortis glorioſe coronaret vitæ corona; adeo, vt ſedes tua poſt terrarum tenebras eſſet ſicut Sol in conſpectu Solis æterni, & Mors tua, vt Mors in nomine Ieſu; & Trini, & vnius veritatis lumine eſſet teſtis æquæ in Cœlo, ac in Terra Verbi, Patris, & Spiritus, in ęternum fidelis.

Tu igitur glorioſiſſime Sanctæ Sanctorum nos in tenebris conſepultos, ſplendore tuæ claritatis illa condona nobis itidem certantibus.

Tu

Tu Mundi victor, dulces & vitales tuæ nobilis Palmæ fructus nobis condona. Te nanque præcurſorem in bello appellamus; te uiuam huius tenebroſe terræ lucem contuemur; te flammeam Sancti Spiritus linguam attendimus; te ſuperne veritatis oraculum indagamus, & frequentamus.

Te religionis perfecte ſpiritu contemplamur; te ſapientiæ fontem appetimus; ad te fęcundum omnis ſanctitatis fontem, vt ceruus ad fontes aquarum acurrimus; vt meritiſſime te Aduocatum, Patronumque noſtrum inuocemus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

## *Ad Sanctum Vincentium Martirem, Salutatio.*

SALVE beate Vincenti Mortis, Mundique victor; & trium in terris potentium triumphator egregius. Tu Dacianum tuæ paſſionis miniſtrum, tuorum dolorum auctorem, viciſti Sancti Spiritus verbis, percuſsiſti fidei baculo, laceraſti ſummi corporis cruciatibus, confundiſti diuinæ virtutis conſtantiſsima confeſsione.

Salue Vincenti, præpotens aduerſariorum tuorum (ex Nomine Dei) victor; qui in malorum omnium, & in merore tribulationis animæ tuæ pſalluiſti gloriæ Regi, animaſti carnifices, irriſiſti Tyrannum; qui in flammis ardens, in Mari merſus, viuus feris expoſitus, & viuus, & mortuus viciſti Mortem, perditumque Tirannum; vt in duplicata victoria triumphator inde appareris inſignis. Tu prouide quidem excruciatus fuiſti Vincenti, in mortali carne, ut exercereris in ſanctæ patientiæ meritis; tu crudeliſsime plectebaris, vt flagellatus æmulereris Dominum Deum tuum; in multis, inuſitatisque ſuppliciorum modis vexatus es; ut experireris vtraque altiſsimi manum, alteramq; caſtigationis, alteram præmij. Tu multifariā tractatus, vt multipliciter inde coronareris. Tu plurimis confectus pęnis, & acerbiſsimis fuiſti conſumptus; vt vere ſanctus, ſanctæ Crucis ſaperes, & interpretareris Miſterium; dum in aquis diuinæ paſsionis totus immerſus, ſummi Dei percepi-

ſti Spiritum. Tu vere ſapiens ſpreuiſti dolorem, & Mortem; cum beatæ immortalitatis iuſtus contemplator, & hæres, Mortis, dolorisque Artificem conculcaſti, cum in viuis atrociſsimæ Mortis flammis, magis, magisque cœleſtis amoris igne flagraſti.

Salue Vincenti Chriſti Regis exercituum veterane miles; tu Mari, Terræque pro Nomine Ieſu inexpugnabilis æques; qui vt magis placeres Deo, quam hominibus, maluiſti Mundo deſpici, Mundo affligi, Mundo mori, quam Deo.

Salue humanæ virtutis perilluſtre ſpectaculum, tu Martirum virtus, & laus; tu clariſsimi martirij exemplar; qui ſolus, nudus, & deſtitutus, ferro, facibus & varie Mortis inſtrumentis oppugnatus, millibus, pie in Domino moriens Mortem, & impietatem pro Chriſti fide, pro Ieſu propugnaſti gloriam.

Salue Vincenti beatę, qui Gladio ſpiritus; & Scuto fidei viciſti tormenta, & carceres; viciſti fereos pectines; acerbiſsimos itidem ignes, candentes, ſtridentesque Laminas; tot iteratum impiæ Mortis pugnam; & recrudentia amariſsime Mortis vulnera; te meritiſsime in tenebroſo carcere viſitarunt, & collaudarunt Angeli; te meritiſsime vt languentem recrearunt, odoratis Paradiſi floribus; & tuum in delicato cubili ſpiritum fidelem in Domino Ieſu efflantem repoſuerunt, cum diuinæ gloriæ canticis, in pręparatis cubilibus Sanctorum.

Salue omnium beatiſsime Martir Vincenti, cuius Mors nō fuit vt multorum interitus, ſed vitæ fęliciſsime ſecuritas; non deſcenſus ad Inferos, ſed in cœleſti gloria aſcenſor; non mortalis ad æternæ Mortis, & damnatorum ſupplicia; ſed immortslis ad omnium beatorum vitæ traſmigratio; cuius itidem vita terreſtris non fuit in perditione labor, ſed in domino; & in æterna ſalute requies; cuius exitus, non fuit pœna, ſed pœnæ mortis refrigerium; non pęna, ſed omnium pœnarum leuamen; non amaritudo peccati triſtis, ſed gaudens, & iuſta dulcedo Iuſti.

Salue Vincenti, cuius ſors in conſpectu Dei præſentia, terribilium

ribilium metu, culparum venia, miſeriarum gloria, laborum merces, lux, ſpiritus ſempiterna, honorum palma, & finalis æternæ vitæ corona. Tu ſanctæ Dei, qui dilectione Domini Martir es glorioſus, inflamma nos tuis flammis diuini amoris, rege Sapientia, confirma conſtantia, adauge fidem, vt tecum ęquę in vita, ac in Morte pro Catholica fide conſtantiſsime decertemur, vt tecum in ęterna requie maneamus. Amen.

## *Ad Seraphicum Franciſcum, Salutatio.*

BEATE Pater Franciſce, lectiſsimi Ordinis firma Minorum Planta; qui vocalis ad Deũ, & mentalis ſpecioſe Orationis flores, & huberes iuſtitię fructus parturis; tu virga Sanctorum florens, & ſanctitatis fructus germinas; eſto tu mihi nunc e Paradiſi ſancta, & fructifera vbique terra, ſancta bonorum operum radix; eſto in dies in Dei hymnis, meditationiſque floribus virens; in Chriſtianę vitę fructibus frugifera Planta; eſto denique victoribus Mundi ſanctarum gratiæ ſingularis, gloriæque Palma. Emitte ex fœcundiſsimis, & amęniſsimis Sanctę Telluris hortis, immarceſcibile vitę lignum; vt iuxta Vineam Dei mei adſit odorata in ęternum, ęternę contemplationis Cedrus, & in virtutum perpetuitate Cipreſſus; ſpiret Lilij, & Mirrhę fragrantia, ſuauiter oleant ſanctorum Aromata; multiplices efflentur Roſarum odores, & deguſtentur ex eminentiſsimo Virginum, & Angelorum viridario beatorum ſuauitates odorum. Amen.

Beate Pater Franciſce Ordinis Minorum in humilitate Auctor, & humilitatis gloria Perfector; qui laborantem Dei Domum ſolus probatus a Domino in omni tempore, terraque ſanctus, diuina virtute potens, ſingularis exempli claritate lucidus reparaſti; repara nunc Chriſti Dominatoris Eccleſiam, multiplica Dei Gregem deficientem in fide, perficie in Chriſti charitate infirmos, firma in hac Petri Naui mobiles, ut omnes fidei meritis te deprecatore, Domino Ieſu viuant, vt moriantur mortales, prę vitæ inſtabilitate, confeſsioneque fidei,

per Dominum inquam ſalutare credentium, & in Domino, ſingulari credentiũ lumine, & ſingulari iuſto gloriaque. Amẽ.

Beate Pater Franciſce, qui in Mõte Aluerniæ feruenter Dominum exorans, profundæ Dei profunda meditans, Dei magnitudinem amoris in hominem in validiſſimo Chriſti Crucis ſpeculo perluſtraſti, clareque vidiſti; & ibidem diuinæ paſſionis miſterium, qui & ex eodem fructu charitatis perfectæ viſcera mutuans, ex eiuſdem radiantis Crucis, & Crucifixi, fuiſti Diuinitus, & mirabiliter crucifixus.

Operare Pater mi, vt tecum in Crucis amaritudine, ſuauitateque brachijs, patulo corde, ſublatis corporis, & ſpiritus oculis ad Cœli lumina, poſitisque humiliter tecum genibus ſuper terram, me tuæ nunc orationis æmulus, in æternæ charitatis viuis, mutuisq; flammis viuens, tecum Seraphim efficiar; adeo, vt Chriſti famulus, & contẽplator acerrimus, Seraphim eiuſdem Seraphici complens Stigmata, vt redemptionis meæ ſigna, & charitatis æternæ pignora, pari cum amore, & dolore vulnera Ieſu mei ſentiã, & deferam in corpore meo. Amen.

## *Ad Sanctam Catherinam Martirem, Salutatio.*

SALVE Catherina nuptiali pulchritudine inſignis, meritis ſanctiſſima, virtutis fulgore perilluſtris; quæ viuis, & prædicaris ipſa pulchritudine pulcherior; Tibi porro ſpecies Cœli data eſt a ſpecioſo præ filijs hominum; quæ ſola inter tot virginum choreas præcipuum mereris ab æterni Solis lumine lumen; tu plane mente, & corpore integerrima Virgo, fuiſti Domini ſponſa; tu Mũdi Regum Regina potens in Terra; tu Terræ, & fluxus terrę, ſpreuiſti delitias, præ immutabili Regno Dei, & immarceſcibilibus diuinarum delitijs, tibi ſorduere perditis terrenorum amores, præ feruenti, præ ſalutari amore Domini Ieſu, quem ſpiritu, & corpore, quem ſingularis ſapientiæ luminibus, vidiſti, quem cupidiſſime cooptaſti, quem in omni crudelitate Traiani Cæſaris; & in mendaci Idolorum laude, ſolum Pa-

trem,

trem, & Dominum Deum tuum appellaſti, quem toties in vario ſuppliciorum genere in verberibus,in longo ieiunio,ſqualoreque carceris,in Rotarum aculeis,conſtantiſsime inuocās, tantopere, & ſemper amaſti,in quem omnibus Mortis immaginibus fidentiſsime credidiſti.

Tu ergo ad martirij patibulum Catherina Beata libentiſsime oblata es; vt eſſes coram Deo, & hominibus in caſtitate puriſsimum Sacrificium, in odorem æternæ ſuauitatis; ibique ſponſum tamen gloriæ Regem exorans, digna fuiſti, vt a Cœli Voce vocereris ſponſa Chriſti glorioſa; digna fuiſti vt ad ſummi boni præmium inuitareris, ad tui nempe certaminis coronam inter choros Angelorum; Digna fuiſti Catherina Virgo, amore, & viſione Domini feruens, vt præmium ſuſciperes puritatis,caſtitatis,& candoris odorata Lilia;digna fuiſti,vt ſanguis in terra tuus,lac,dulcedinis, & riuus puritatis totus deflueret lactens;corpusq; tuum vt Emanuelis requies,caſtitatisq; & Templum(æterno ſæculorum & Angelorum Regi conſecratum) in Montem Sinai, innocentes Angelorum manus reuerendiſsime ſepeliunt; & cum diuinis de te Virgine (omni cumulata laude)laudibus tua merita canunt; digna denique fuiſti, vt ex tuis ſacratis oſsibus emanet oleum omnibus hominibus infirmitatibus ſalutare.

Tibi ergo defertur in Regno Cœlorum hodie,& ſemper gloriam, ſponſæ Regis, Cœli ſtellātis honor,& ſpecies,lectiſsima Angelorum laus,beatusque fulgor,& ex omnibus linguis, & ſpiritibus benedictio; dum ſpetie tua & gratiarum ſplendore,omnes Virginum,& Angelorum Stellæ nituntur & fulgēt; dum multa Cœli lumina tua claritate clareſcunt; vt ſemper inhęrēt,& coruſcant Firmamento Sydera,vt ſemper inhęrent Soli Radia, Orienti Aurora,& Summi Dei incomprenſibili gloria beatorum, in æqua Iuſtorum menſura, & partitione gloriæ.

Illinc igitur gaude ſpecioſiſsima puella,gaude illo gaudio, quo fuiſti completa Diuinitus; quando a pijs tui dilectiſsimi manibus in voluntaria Morte accepiſti Vitæ coronā; in effuſo ſangui-

ſanguine martirij lauream; in Atrijs Dei ſalutaris tui, auream
immortalitatis veſtem; in Nuptiali Thalamo gemmatum fi-
dei maritalis Anulum; ab indiuidua Trinitate Dei æternę Pa-
cis Oſculum; a Principe Gloriæ, diuitiarumque Patre Spon-
ſo tuo optatiſsimo, & ſuauiſsimo, opulentiſsimũ æterni domi
natus iucunditatisque Regnum.

Hac gaudiorum, & meritorum iterata toties, & adamata
memoria; memẽto mei tu Catherina ſancta & beata; & recor
dare toties mei, Angelorum panem mihi miniſtrans, e ſuper-
na beatorum Menſa; quoties epulantur tecum iuſti in ſolen-
ni tuarum nuptiarum conuiuio; tu illinc beata Sponſa; toties
hinc exhilara cor meum; quoties tecum ſola curia cœleſtis
tota tecum exultat, in conſpectu nuptialis Agni, & Dei, & de
lectatur in tua, & ſanctorum lætitia.

Tu ſane clara Virginum laus & virginalis pulchritudinis
decor, & ſummi Regis Sponſa lectiſsima; reſpice nunc me
mẽdicum, & miſerum; vt hinc me miſerandum, tuo, & diuinę
pietatis oculo videns; in dies periclitantem liberes; naturæ
prauitate peccantem, tuo decore conuertes; meque ſemper
ruentem, tua, & Dei manu repares; adeo, vt tu in ęterna Dei &
hominis charitate viuens, & regnans in ſęcula; me terræ pul-
uerem, mortalem hominem, natum in contumelia ſemper co
mendes Domino ſalutari meo ſponſo tuo dilectiſsimo, vt mei
miſereatur Diuina Maieſtas, nũc, & in nouiſsimo terribilium,
miſeriarumque mearum. Amen.

*Ad Sanctam Agnetem Martirem, Salutatio.*

VERE Gloriare Agnes beata, puella prudens, & inui
ctiſsima virgo; quæ tertiumdecimum ætatis tuę an
nũ agens, pro Nomine, & Confeſsione Domini No
ſtri Ieſu Chriſti adamaſti, affectaſti martirij coro-
nam, vnde ſpetioſa tui corporis Morte in Cœlo Vitam inue-
niſti æternam; & præ momentaneis doloribus eius, perennis
nunc clariſsimarum Virginum, & Martirum tibi debetur glo-
ria.

ria. Tu quidem vere gloriare puella ſapiens,& in ęternum be nedicta; quæ ingenio perſpicax, morum grauitate,& meritis floruiſti ſancta; cuius facies inter pulchras, pulcherrima effulſit, ſed longe pulchrior vnica vnius Cęli, Terræque fide, & ipſius Solis claritate ſerenior.

Vere gloriare Puella amabilis, quæ omnium viuentium amantis, amatique amore excitata diuinitus & incenſa, præſidis aſpernata es, & abhorruiſti filium; appellans eum peccati fomitem, iniquitatum Comes, mancipiumque Mortis. Tu virgo gratiæ plena, ſanctę iuſtitiæ Nutrix; tu Regni Cœlorum hæres, & Regina vitæ.

Beata es Agnes vere glorioſa Puella, quæ (ſermone, & afflatu Sancto Spiritu præuio,) diuinum præpoſuiſti terreno amori, & ſummas Dei laudes in finis hominis laudibus: Tu enim dum Ieſum gloriæ Regem (qui tibi vnus in amore, atque delitijs fuit) omnibus Mundi nobilibus ante poſuiſti Regibus; ut vnicum Solis, Lunæque Lumen; & Paradiſi gaudium, & regia pulchritudinis commēdaſti laude; æque in Cęlo, ac in Terra prædicaſti omnipotentem, & præ illius charitate, & amoris ſuauitate, deſcipuit tibi omnis amor.

Vere gloriare amica Dei nobiliſsima, Regi copulata tuo; dum huic tantum ſoli omnia viuunt, omnia ſeruiunt; dum huic tantum omnis honos, & gloria debetur; dum ſoli ſeruaſti moriendo fidem; ſoli corpore, & ſpiritu te credidiſti tota.

Vere gloriare colomba Dei, quæ Emanuelem in terra tantum amaſti, & conquiſiuiſti Sponſum; quæ mel, & lac, excipiſti ab æternæ dulcedinis Ore; quæ in caſtis, & amantiſſimis coniugata complexibus, corpori coniunxiſti tuum, in almo Euchariſtiæ Sacramento.

Vere gloriare Ancilla Domini, quæ in beatiſſima Chriſti Facie omnes tuas amoris, & ſolatij defixiſti curas; in illo inquā ſanctorū Lumine, & beatorum oblectabaris Aſpectu; qui eſt ſtellantis Cœli Claritas, diuinę Maieſtatis, ac Veritatis Speculum, & ſumme pulchritudinis Imago; qui eſt fœcundi, radian-

diantiſq; Solis Genitor, Lunæ Candor; & ſuper Cęleſtis Paradiſi Lampus, & ſummi boni Gloria.

Vere glorioſa ſacrataq; Virgo, quę deſponſata es Terra Cęlo, ſummo infimi, homo Deo, creatura Creatori tuo, quæ ſponſa æterni Regis agnoſceris; aureo, & pretioſo fidei Anulo; gloriare dum tuo dedit eburneo collo longa, & gemmata Deus, aptauitque torques virtutum aureas; dum tuis auribus fulgentes diuini timoris lapides affixit; dum te coruſcantibus gratiæ, gloriæque Gemmis mirabiliter exornauit, & præpoliuit; dum expoliuit te ſpectata meritorum veſte; dum tibi profundos Dei diuitiarum Theſauros ſpopondit, & aperuit Ieſus; in ſtabili, & perpetua Dei amoris perſeuerantia.

Vere gloriare ſpectata puella; quam in diuinæ dulcedinis benedictione præuenit Altiſsimus; dum concupiuit mortalis homo ſpeciem tuam, & factus eſt immortalis Deus adiutor, protectorque tuus; tu quidem execrans peccati ſordes, ſancta, & innocens fuiſti expoſita infamiæ lupanaris fędiſsime, vt hoc tantæ iniquitatis facinus, ſpectanti incredulo populo pariter mirando, ſub Angelorum cuſtodia ſpectaret, & conſpiceret, a laqueo Dęmonis, a perditione carnis, a labijs iniquorum tutam.

Te porro in tot denſas luporum tenebras virginalis innocentiam candida Stola amicta, diuina circunfulſit claritas, vt ſingularis fidei puritatiſque tuæ lampas illuceret; vt profanũ omnium ſcelerum poſtribulum, per te fieret Sanctorum Angelorum hoſpitium; vt perpetuus omnis turpitudinis locus, diuinæ laudis & gloriæ appareret Templum; ſanctitatis pariter Diuerſoriũ, & conſtitueretur Sanctuarium miſteriorum Dei.

Vere gloriare ſemper illibata, & intacta; quam præſulis filius impudice contingere ſtudens, a Dæmone repente interemptus occubuit. Gloriare quæ miſerandi patris commota lachrimis, diuina ſuſcitaſti virtute mortuum, adeo vt rediuiuus reſurgat Chriſti nominis prædicator, Chriſti famulorum, Chriſtianæ religionis cultor, & defenſor acerrimus.

Vere Gloriare Beata Virgo, cuius mirabili virtutum ſpecta
culo

culo perfide tunc populorum acclamarunt; & veluti rugientes Leones quæſierunt animam tuam; tu quidem ardentibus Mortis circundata flammis, ſed cœleſti rore perfuſa, canticum ceciniſti laudis Saluatori tuo; dum in duas illico partes diuiſæ flammæ impios circunſtantes combuſſerunt, & te ſeruarunt intactam.

Vere gloriare Domini ſponſa, dum vita placidiſſimæ Mortis tuo Chriſto Ieſu obiecta patibulo, & iugulanda gladio, quæ innocenti lauata ſanguine te liberatiſſimam dixiſti martirem & ſponſam Dilecti tui candidi pœnitus, & rubicundi, & electi ex millibus; tu tunc libentiſſime moriens, nunc requieuiſti in æternum, moriens vixiſti in triumphali Nomine Ieſu, ad cuius Nomen flectitur omne genu, cuius gloria omnis lingua confitetur, cuius inquam ſalutare Nomen, eſt orbis terræ ſalus, inferorum exitium, & gloria Cœlorum. Amen.

## *Ad Sanctam Mariam Magdalenam, Salutatio.*

SALVE Sancta Maria Magdalena peccatrix, olim Magdali domina, & perdita Mundi fœmina; tu ſane nobili corpore ſpecioſa, ſed Dei gratia, quæ te mirabiliter præuenit, quæ te diuinitus illuminabit, vixiſti in terrena ſpecie ſpecifior.

Tu enim es illa plena gratiæ præter cæteras filias Syon, quę viuentis Dei Euangelium in gratiam, & in ſalutari pœnitentia prædicantis Ieſu attentiſſimæ audiſti, & cuſtodiſti verbum; ideo, tum elegit te Dominus ex peccati carne, in Templum Spiritus; Tum dedit cor ad ſalutis præcepta, linguam ad Dei ſapientiam, & legem Vitæ, & diſciplinæ, cum in agnitione tui, & fractura cordis confregiſti in domo Simonis alabaſtrum vnguenti pretioſi, & ſtans retro ſecus pedes Domini recumbentis cum quatriduano fratre, humili proſtrata coram conuiuijs, & deſpecta coram ſpectatoribus omnibus Dominicos pedes amariſſimis lauaſti lachrimis, profundæ humilitatis terſiſti capillis, delitia capitis, perfectæq; charitatis vnxiſti balſamo.

Salue Sancta Maria Magdalena dilecta Dei Saluatoris famula, cui tunc remiſſa fuere peccata multa, quia dilexiſti multum; Tu meritiſsimæ in dilectione Domini, & timore defixa, dilectionis timoris, & Sanctæ ſpei inueniſti Patrem; & hauſiſti Fontem.

Tu derelinquẽs latas perditionis vias, & vitans inueteratas tenebras, ingreſſa es viam ſalutis, & veritatis; anguſtam indagaſti æternæ vitæ ſemitam; aſcendiſti Collem Sanctum iuſtorum, in æternorum contemplatione præmiorum Dei.

In te meritiſſime contulit largitor munerum Deus, cumulata dona, & gratias diuini amoris innumeras, vtpote, ſancta & glorioſa, in te æternæ charitatis pignora; cum abſte omnis boni Procreator & Remunerator ſerui eiecit ſeptem immundos ſpiritus, vt totidem repleret gratijs ſpiritus ſancti; te potiſſime vocauit, in huius cognitionem, contemplationemque Mundi, vt te ſola inflammaret cœleſtis amoris flammis, te a Iudęorum damnata turba ſeiunxit, vt familiarem, & hoſpitem deligeret ſuam; permiſitque prouidus Dominus quatriduani fratris obitum, vt tuis lachrimis amantiſſimis collachrimaret, & defunctum fratrem ſuſcitaret a mortuis; ad circonſtantium fidem, gloriamque Dei; tuo rogatu ſororem a profluuio ſanguinis liberauit Martham, vt te egrotantem, curaret; & te periclitantem ſeruaret, & liberaret intuentem; tuis pariter commeruit meritis Maximilla ſororis ancilla, præuenta Spiritu ſancto coram Deo in hæc ſapientiæ verba prorumpere: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti,* vt tuo exemplo beatiores vocitarentur a Domino, *Qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.*

Salue Sancta Dei Amica ſingularis, & famula; quæ oportuno gratiæ tempore ſolennem prior egiſti pœnitentiam; quę cum Maria Virgine Domini Noſtri Matre Sanctiſsima, aſſidiſti Cruci Crucifixi Ieſu; in omni tempore, & hora, acerbiſſimę paſsionis eius.

Tu ſola paraſti Aromata, & adoraſti, & credidiſti in Dominum Deum tuũ, & ferens in puro cultu Dei, vnxiſti ſacrum, &

regale

regale Corpus Ieſu frequens in ſalutari ſalutaris miniſterio.

Tu die, & nocte vigilans, & orans cuſtodiſti monumenti lapidem, vt eſſes in aliena terra theſauri Regni Cœlorum cuſtos; tibi prius die tertia reſurgens Ieſus glorificatus apparuit; te nominatim appellauit Apoſtolorum Apoſtolam, beneuolentiſſimeque elegit.

Salue amica Dei viuentis, quæ poſt aſcenſionem eius in Cę lum, vt in terris pauperem ſequereris gloriæ Regem, vt eſſes in iuſtorum perfecta ſecuritas, & voluntatis ęternę plenitudo; oppida, & fortunas vendidiſti tuas, & bonorum proieciſti prę mium, ad Apoſtolorum pedes, in pias elemoſinas egenorum.

Salue ſancta, & indeficiens Spiritus Sancti tuba, lectiſſima Regum Dominatoris Apoſtola; quæ diuino Spiritu duce, & dextera Dei comite, cum Beato Maximino vndoſum nauigaſti Mare, Marſiliam acceſsiſti, & longinquas peragraſti terras; & vt tu ibidem diuino ſpiritu prædicans Euangelium, vnam ſed in terris ſedem, vnum in ſalute baptiſma, & vnicum in omni terra dominium; gentes illico plurimas, idolatria, & in humanitate barbaras, ab idolorum cultura, ad Chriſti Religio nem traduxiſti; per te affluit impiorum pietas, cęcatorum lumen, aberrantium patria, & optata quies; per te confluit copioſa apud Deum peccatorum miſericordia, & captiuiſque redemptio. Tu ſacro ibidem vocis fulgure, & oris mellifluí amabiliſsima ſuauitate; quibus cum toties ingemueras, & ſan ctis cum doloris gemitibus de oſculata fueras pedes Mũdi Sal uatoris, virtutum Domini, diuina ſpiraſti virtute auditorum animis; Cœleſtis ardens ieciſti flammas in corda fidelium ſalutis lumen, in perditorum ſalutem.

Tu multis miraculis perilluſtris, & veritatis ſpeculũ Marſiliæ Principem, in fide viuenti, in Baptiſmate ſaluaſti.

Tuis meritis conceſsit illi Deus filium vnigenitum, tuis glo rioſis precibus excitauit a mortuis Vxorem eius ſuper violenti puerperio exinanitam.

Tu in renaſcenti Eccleſia Dei dediſti ſuauitatem odoris, tuique palmites ſunt ad ſęculorum omnium memoriam ſem-

piternam; porro tui flores fuerunt Diuini fructus honoris, & humanę terræ ſalutis; tuusque ſpiritus, vt ſanctitatis, & diuinitatis flumen ſapuit ſuper Mel dulcis,& vox,& hęreditas tua, ſuper Mel, & Fauum.

Salue vere Sanctorum milibus præferenda, quæ annos triginta pœnitens in deſerto delituiſti, quæ illic ſepties in dies ſingulos, in horas ſcilicet canonicas ſingulas deferebaris ab Angelis famula Dei Angelorum ęmula, in Domum Dei ſanctam, in pacis ęternę cubilia, in patulam viſionem ſanctorum glorię, & immenſam Maieſtatis Dei; tu cœlitus digna fuiſti mortalis humani corporeis percipere auribus iuſtorũ canticũ, & Angelorum in gloriam, ſancti famulorum, & Domini Dei Sabaoth.Tu verbi Domini ſaturata Manna; tu cęleſtiũ bonorũ expleta gaudijs,& diuinis contẽplationibus fęlix in ſumma boni poſſeſsione contenta, cum Sanctorum,& Angelorũ plauſu, e ſummo cęlo ſummo cum honore reportabaris in terra.

Salue Sancta Magdalena ſanctorum gaudium, exemplar pęnitentium peccatorum,ſalue,& nitidiſsima ſtella Coeli; cuius mirabilem pulchritudinem, & pulchritudinis claritatem cecinere Cœlites, & deuotiſsime pluries contẽplatus eſt ſanctiſsimus quidam ſacerdos in eodem pęnitens deſerto; cuius itidem, fęlix, & beata viſio Maximino illuxit oranti.

Tu ſancta Dei famula circumamicta coruſcantium luminũ varietate, Angelorum e terra ſublata, & coronata Choro,ſublatis pariter manibus,& oculis ad Cœli intuitum;Cęlorũ patrem inuocans,& orans apparuiſti.Tu eidem Reuerendiſsimo grauitate,& ſanctitate Epiſcopo tuæ beatæ traſmigrationis reuelaſti punctum;tu a ſacris prælati manibus humilis,flebilis,& innocẽs,ſalutaris Euchariſtię ſuſcepiſti Sacramentũ: toto proſtrata corpore ſuper terram, & animę luce copulata ſponſo,reclinato capite ſuper ſcabellum Altaris Dei efflaſti tuũ Creatori ſpiritum exulem & peregrinũ, tuorum odorũ replens ſuauitate Sacellum; adeo, vt meritiſsime requieſcas in æterna fragrantia,& pace Sanctorum,pro conuerſione peccatorum,pro famulorum tuorum pace in ęterna gloria. Amen.

*Ad*

*Ad S. Vrſulam & ſocietatem ſuam, Salutatio.*

SALVE fidelis Vrſula Regina Sereniſsima,& Virgo; & vos vndecim millia Virgines fideles eius Ancillę, amiciſſimeque Sorores, in æmula Chriſti fide martirijq; corona comites; Saluete,quæ piæ & religioſæ in Nomine Ieſu congregate, in Chriſti cultum, & Chriſtiane Religionis honorem Romam caput Mundi petiſtis, vt venerabiles tot ſanctorum cineres viſitaretis; vos pręterea Coloniam aduentantes, impio Barbarorum necate ferro fuiſtis, & cum beato Ciriaco tunc Pontifice, multisque Sanctę Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis accepiſtis (iuxta nunciationem Angeli Domini) præparatam fidei meritis palmam martirij.

Hinc gaudete præclariſſime Virgines, in ſingulari Religione Chriſti omnis terræ Domini; quia dum Maximianus, & Africanus militię Romanę Principes, veſtram Romæ in fide Catholica agnoſcunt multitudinem, & collere ſtudent; dum veſtram in vijs Dei; (& permittente Deo) Cladem machinantur, repentina corporis Morte, vos pro ęterna, vita ſanguinem perfudiſtis; ideo eſtote nunc mihi Laureatæ Martires, vt veſtrę ſingularique gratię, & bonorum ęternorum contemplature coram iudice Deo in hodierna vita aduocate, in laboribus ſocię, in peregrinatione comites, in corruentis Mũdi periculis adiutrices, fortes bellatrices, in extreme Mortis bello, in terribilibus tenebrarum harum ſpectrix lumina propitia, & contra inferorum conatus, & inimicorum omnium inſidias firmiſſima propugnacula permanete.

Occurrite fortiſſime Cœli, Terræque triumphantes virgines, in peccati gemitibus, & in nouiſſimis ſudoribus meis; & veſtrorum meritorum virtute, in meæ tunc ſalutis ſtudium intendite.

Occurrite Sancte in peccatorum precibus, ſubuenite miſericordes, & piæ, in piorum ærumnis; & in extremo languentis, deficientisque ſpiritus, feſtinate auxilium, vt vobiſcum in

Domino

Domino dormiens, & de mea ſalute veſtro triumphanti conſpectu ſecurus, Mortis huius pauidas deponam lachrimas; vt finalem beatæ vitæ patriam, in veſtri numeri gloriam, in mea, & peccatorum omnium tribulatione ingrediar, ut ibique plenus, contentusq; de meis, ac veſtris, de beatorum gaudijs gaudens, æterno gaudiorum Deo, & in ęternum vobiſcum gaudeam. Amen.

*Ambroſij, & Auguſtini, Gratiarum Actiones.*

TE Deum in operibus manum tuarum colludamus.

Te Dominum in vniuerſorum dominatione confitemur.

Te æternum vt increatum, immortalemq; Patrē, triplex in æternum terra veneratur.

Tibi nouem Angelorum Chori, perpetuo benedicentes, & aſſidentes inſeruiunt.

Tibi cœlorum Maieſtas, Magnalium laus; æternorum Magnificentia conſecuntur.

Ad tuum Nomen, & Imperium ęternis Iuſtitiæ legibus flectuntur Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum Poteſtates.

Tibi in omni ſcientia Cherubim, Amore Seraphim, hiſce ſuauitatū cantus, laudumque pſallant: Sanctorum Sanctus, Rex gloriæ Sanctus, Princeps in terra Sanctus, ſumme potens, ſumme ſapiens, virtutum Dominus in gloria.

Tuam vbique gloriam, & virtutem, Cœli gloria Terrę mirabilis, quotidianeque virtutes enuntiant.

Te fulgentiſſimus beatorum Apoſtolorum chorus vnicum Dominum, & Deum verum confitentur.

Te Trinus laureatorum exercitus coronarum ſuarum, auctorem.

Te lectiſſimus Prophetarum ſpiritus, gratiarum fontem ſapientię plenitudinem agnoſcentes adorant.

Per te pœnitens, per te militans, per te triumphans æque in Cœlo, ac in Terra glorificatur Eccleſia.

Te

Te Trinum, & vnum Deum, te increatum, te ineffabilem, te immenſum ſuauiſſime contemplatur, veritatemque in Patre, æqualitatem in Filio, vnitatis æqualitatiſque Connexum reueretur.

Per te imperantem Patrem, omnibus Terræ Dominatoribus imperant, regnantemque Filium in Regno Cœlorum, illuminariſque in dies radio Spiritus Sancti; qui in hiſce mortalium tenebris illuminantur.

Tu Rex Regum es Chriſtæ, Tu Patris Vnigenitus, dilectuſque Filius.

Tu ad eripiendum e Terrę voraginibus hominem, ſummus factus es infimus, dum Deus exinanitus, es Homo in terræ Virginis Vtero.

Tu expugnata Ciuitate Babylonis magna, diſcordiarum capite & tenebrarum; aperuiſti credentibus æternum in fide, & charitate Lumen.

Tu coęqualis, coęternus, conſubſtantialis Patri, ſedes ad dexteram Maieſtatis in excelſis.

Tu conſtitutus es ab æterno Iudex Viuorum, & Mortuorũ.

His ergo precibus, & lachrimis commotus miſericordiarum Pater intrinſecus, reſpice pius, miſerias noſtras, & miſerere noſtri, qui acerbiſsimæ & ſacratiſsimæ tuæ Mortis pretio redemiſti.

Hæc pietatis miſeria, conſcribe me mortuum, tu in ſæcula viuens in vitę Libro; vt per te nunc muter, per te in terris eſuriens, inter triumphantes beatę curiæ adnumerer.

Sit manus vbique gentium tua benedictione plena ſuper erraticum, benedictumque populum tuum, in te vnum in omni calamitate ſperantem.

Benedicat Dextera tua, miſeræ plebeculæ tuę, miſtico charitatis corpore, germanæ hæreditati tuæ: Illa deprimens curet, percutiens conuertat, conuerſum conſeruet Eccleſia; vt ſeruata denique videat finalem concupitamque gloriam in ſalutari tuo.

Hęc Lectio Sancta, & innocens ſingulis tibi diebus benedicat;

dicat; immolet contriti cordis, & ſpetioſe laudis Sacrificium.

Sit vna, & eadem Iuſtorum, ac beatorumque Laus, quæ prædicet, quæ magnificet, quæ collaudet, quæ glorificet Nomen tuum Ieſu. Quo continetur iucunditas merentium, ęternitas viuentium, ſanitas languentium, hubertas egentium, & ſatietas eſurientium; impletur; cuius inquam dulcedine, Mel eſt in ore, Melos in aure; in corde Iuſtorum iubilatio, e cuius virtutem Nominis pendet huius Mundi ſalus, inferorum Iuſtitia & gaudia beatorum. Amen.

*Canticum trium Puerorum, in Babylonis Fornace.*

BENEDICITE Principes populi & ſublimi Domino; quorum clementia ſingularis diuinę voluntatis æmula ſubuenit miſeris, parcitque ſubiectis, quorum ſerena humilitas cœleſtis eſt gloriæ fundamentum.

Benedicite Sapientes, & inſipientes Domino; dum ſola in Terris ſapientia Vrbes inſtituuntur, Mundum moderatur, & regit, inſipientia ab hominibus deluſa contemnitur; vt a pijs ſummi Regis oculis prouidentiſsime reſpiciatur.

Benedicite Diuites, & Pauperes Domini Domino, vos qui de primitijs frugum veſtrarum date pauperibus, & miſerorum nutrimini; quia hilarem datorē diligit Deus, miſericordiæque veſtræ miſeretur; quia ſuſcitabit vos de puluere egentes, & de ſtercore eleuabit pauperes, vt ſedeatis cum principibus, ſoliumque gloriæ teneatis.

Benedicite Iuſti, & Peccatores homines Domino, memores quia Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum Mortis; memores quia pœnitentes peccatores exaudit Deus, & dum pro peccatoribus mortuus eſt Ieſus.

Benedicite Sacerdotes, & Sęculares Domini Domino, qui elegit vos regale ſacerdotium, gentemque ſanctam; omnipotens omnium Pontifex, Sanctorumq; Sanctus Dominus, vt luceat Lux veſtra coram hominibus; & vos ſæculares, dum pręlatorum

latorum integritate, & exemplo conuerſos; per multas huius ſæculi tribulationes oportet introire in Regnum Dei.

Benedicite puſili,& potentes Domini Domino; quia datus eſt vobis ęque Iuſtorum cuſtos Angelus; & Cœlorum hęreditas; dum nulla eſt perſonarum exceptio apud Altiſſimum, & æqualis eſt illi cura de omnibus.

Benedicite pia Conuenticula fidelium, & fœderatæ Iuſtorum ciuitates Domino; quæ ab omni peccato tuttæ, ab impiorũ Tirannide immunes,in nunerum Sanctæ Ciuitatis ciuium, domeſticorumque Dei, vos agregemini.

Benedicite Cœli, atque Lunæ, & ſacrorum Altiſsimi contemplatores Domino; qui licet carne terrarum incolæ ſpiritu tamen Cœlo habitatores, perpetuo exultantes in Domino,vere ijs realibus prophetæ vocibus gloriamini.*Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini, Cor meum & Caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

Benedicite piæ deſertorum ſolitudines, otia vere beata ſeruorum Dei, Domino; quorum ſecuritate,& dulcedine,cum ſit Iuſtis oppidum carcer, ſolitudo paradiſus, hinc fit; vt Angelorum natura, homines ( beatorum vota ) miſeri in diuinis contemplationibus æmulentur.

Benedicite multiplex Animantium variusque beſtiarum inſtinctus; quorum vires ingentes, variaque virtus, & excellens, in genere natura, in ſummis omnium Creatoris, Auctorisque Dei laudibus perficitur.

Bendicite Humanæ viciſsitudines, Principium, Medium Finisque temporum Domino; dum viciſsitudine veſtra,mobilisque temporis curſu, nos vbique mobiles, curentesque ad Mortem eruditis; vt nil eſt ſub Cœlo perpetuum; dum ſola viuentium perpetuitas,in ſola Dei gratia conſtituitur.

Benedicite Cœlorum ornatus, Maritimarumq; plenitudines diuitiarum Domino; qui extendit Cœlos ſolus, ſolusq; graditur ſuperfluctus Maris, & ambulat; quem laudant Cœli Cœlorum; cuius vniuerſa ſunt opera Dei, & mirabilia eius, Mare,& omnia quæ in eis ſunt.

Benedicite Stellarum diſpoſitiones, Ventorumque mirabiles Velocitates Domino; quia Dominus prouidens,& omnipotens, Arcturum, Orionem, & Hyadas, & Auſtrum interiora fecit.

Benedicite omnes Famelici, & irrationales creaturæ Domini Domino; *Qui dat Iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*; qui dinumerat prouidentia,arenam Maris, pluuię guttas, & dies Sęculi ſolus.

Benedicite ante Deum fulgentes, florenteſque Iuſti Domini Domino; dum *Oculi Domini ſunt ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum*.

Benedicite Domino humanæ fragilitates timentes, & Diuina clementia ſperantes in Domino;quia *Oculi Domini ſuper timentes eum, & in omnes qui ſperant ſuper miſericordia eius, timor Domini Sanctus permanens in ſeculum ſeculi,iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa*.

Benedicite omnes immaculati in via, conuerſi,& pœnitentes Domino; quia *Lex Domini immaculata conuertens animas,iuſtitia Dei recta lætificantes corda,præceptum Domini lucidum illuminans oculos*.

Benedicite omnes verbi Domini, Iuſti, atque pij auditores Domino; quia *Verba Dei deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum,& dulciora ſuper Mel,& Fauum*. Cum viuo veritatis oraculo habeatur: *Beati qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud*.

Benedicite o vos omnes æquæ in timore, ac amore Domini peccatores homines Domino; quia timor Dei peccatum expellit, nam; *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Et rurſum; *Oculus non vidit, Auris non audiuit,nec in Cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*.

Benedicite Domino omnes virtutes, & miniſtri eius,qui efficitis voluntatem eius; quia parauit æterna quietis; tabernacula puſillis,& cum patribus eius; quia *Dominus excelſus terribilis Rex Magnus ſuper omnes Deos*, quia Dominus omni laude maior, *& ſemper eius laus in ore meo*.

Bene-

Benedicite quatuor orbis terræ flumina, diuinæ voluntatis miniſtri Domino; dum Orientalis varietas, Occidentalis tenebritas, Auſtralis ſpecioſitas, Aquilonaris infortunia, nos quotidie mortalis edoceatis; quoniam varia ſunt huius miſerę vitę, commutabiliſque ratio; vt in virtutum Domino vere gloriari, & beari poſsimus.

Benedicite omnia viſibilia, & inuiſibilia Domini Domino; quia benedictum Nomen eius in æternum, & replebitur gloria eius omnis terra; quia ſemper benedictus Dominus Creatione, Redemptione, & ſuperexaltatus in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Inuitatio Creaturarum ad gratiarum actionem.*

LAVDATE Dominum omnes terrarum Creaturę ratione compotes; dum terreni Animantes ad tellurem, herbarumque paſtum abiectæ, ſolius hominis ad Cęlum erecti, eſca, & obſequiũ parent imperio.

Laudate Deum viuentẽ omnes rationales creaturæ; dum aquatiles, & volatiles omnes Maria, Cœloſque percurrunt; vt homini ſeruiant, humanæ quidem ſalutis, & æternæ voluntatis miniſtri.

Laudate Dominũ quę in Cęlo, quæ in Terra, quę in Aquis, continuam Creatoris laudem perficitis; dum efflans per Deũ vitalis Ver, efflant, reflantque Venti, inhęrent Firmamento Sydera, voluuntur Stellarum curſus ſempiterni, Sol tenebrarum Lumen, luminum moderator, Mens Mundi; & temperatio, per Dominum ſtellantis Empyrei Principem, Aſtrorum obtinet Principatum.

Laudate Dominũ perpetuo germinans Terra, & mobileſq; Fontes aquarum; dum errant in ſiluis terrę, ſurgunt ex humo Plantæ, emergunt fructifera Semina, producit Terra, flumina defluunt; & Maria quandoque turbata, quandoque tranquilla, diuino Numini obediunt.

Laudate Dominum omnes fidei meritis, veri Cœlorum hæ-

redes,& vere filij Dei; qui creauit vobis Cęlũ, & Terram,cum omni ornatu eorum, vt Cęli gloria, Terrę fructibus, Herbarum floribus, laudet homo virtute prædítus, pſalmorum floribus, iuſtitiæ fructibus,benigniſſimum,& prouidum Creatotorem; & in dominatoris Ieſu ęque pijs, ac ſalutaribus benedictionibus benedicat.

Laudate Dominum pijſſimum miſericordiæ Parentem,omnes peccatores, & impij, qui dedit vobis ſuper faciem Terræ Pluuiam,& irrigauit aquis vniuerſa; vt Cœleſtis miſericordię pluuia, flebilium lachrimæ pœniteant, ſalutares aquæ abluant ſibi veteres peccati ſordes, dealbentq; Terræ faciem denigratam; & iſtis vitalibus aquis, (hôc eſt mutua doloris, conuerſionisque) flumine irrigent, & arrida impiorum pectora vniuerſa madefaciant.

Laudate Dominum o uos omnes,qui laboratis, & onerati eſtis; quia mitis, Pater, & Redemptor noſter, & humilis corde Ieſus, iugum vobis parauit in lege gratiæ, & veritatis omnibus ſuauitatibus plenum, & crucis onus leue.

Laudate paruuli Dominum, & æque glorificate Nomen Altiſſimi in perpetuis benedictionibus eius; quem laudant pariter,quem glorificant, & benedicunt Aſtra Virginum,& puſillorum Matutina; plaudent centũ & quadraginta quatuor mille lactentium; & pſallent omnes tribus Terræ; dum triumphantium pſalmis,beatorumque plauſu coram viuentem iubilant,& omnis ſpiritus ſanctorum Dei.

Laudate Deum Victoriarum Dominum,æque Victores,ac Victi; dum multiplicat gentes omnipotens,& perdit eas;dum ſubuerſas vnico nutu in integrum reſtituit; dum vulnerat,& ſapienti vulnere vulneratos ad ſalutem erudit;dum percutit, & percutiens,manus eius vbique ſanat; dum ad huiuſce Maieſtatis Imperium, Cœli columnæ contremiſcunt,& inferorum terribilia pauent.

Laudate Dominum inuiſibilem,& immortalem omnes futuri fidei meritis immortales,dum firmauit vobis Terram mortalium Carcerem; vt,dum militatis,ſit vobis in hoſpitium, vt

hinc

hinc Cœlum germinam conſolationis, fęlicitatisque patriam inhabitare poſitis.

Laudate Dominum o vos omnes qui in iuſto ſomno, & vigilia, laboris, & quiete, vita nunc traducitis diuturnitate iucunda, & omnium in vno Deo voluptatum varietate conferta; quia vobis opportunam ſalutis quietem, tempore,locoq; motu conſtituit Deus, vt vitam in quiete pacatam, in motu vitalem,diutinámque ducatis.

Laudate Cœli Cęlorum,& benedicite Terrena,& cœleſtia Architectũ Deum;dum duo Luminaria vobis præfecit omnipotens, Maius ſcilicet, & Minus,quorum vnum Diei luminibus illuceret, Noctisque horroribus alter.

Laudate Dominum ſapientem, moderatorem, & prouidũ, omnes ſupernarum regionum, atque Terreſtrium habitatores; dum verbo Domini Cœli firmati ſunt: Stellæq; circulos, orbesque,ſuos motus conficiunt celeritate mirabili; dum Cœleſtia quoque corpora,Terreſtrium,& infimum,multiplici prouidentia regant, occulta proprietate ſuſtineant, plurima virtute repleant; dum quatuor itidem Elementorum mutua, vitalique cathena omnium Animantium vita nititur, & conficitur.

Laudate Dominum perenni cum Angelorum concentu in gloria,Lux Solis nitidiſſima,in Sole Dei Patris; Cœlorum curſus, in vniuerſorum Motu ſempiterno; fęcundiſſimus flaminum Spiritus,in Spiritu Deitatis;telluris hubertas,in Creatoris fęcunditatem; amantium miniſteria,in Diuino imperio; aquarum plenitudines,in gratiarum magnitudine;florum ſuauitas,in laudis culmine;fructuum varietas, in multiplici bonorum fructu; Herbarum,Arborum,Lapidumque virtus in æterni Verbi Virtute; dum omnis bonorum laus, magnaliumque virtus, ex Deo eſt, & in Deo perficitur,nam.*Ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia*, dum *vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*; dum omnis in Cœlo, & in Terra poteſtas, Cœli Terræque virtus, & ornatus, & benedictio ſoli Deo debetur.

Laudate

Laudate Dominum inferorum fauces in iuſtitia, puriſſimi Paradiſi ſpiritus in gaudio, ſummi contemplatione boni ſuper Terram viuentes homines; dum nobis adſunt cuſtodes Angeli, & a veſtro, beatorumque Sole, mutuantur ſua lumina Archangeli.

Laudate Dominum perennis benedictionis Gloriæq; Fontem, æternis benedictionum Canticis omnes Angelorum Chori, qui glorificantur in Domino; in Dominatione ſcilicet Principatus, in ſeueritate Poteſtates, Virtutes in viribus, Dominationes in magnitudine, in quiete Throni, in ſapientia Seraphim, in Charitate Cherubim; & hæc vbique Terrarum laus, & benedictio diuinis laudibus, & benedictionibus in maxima Iuſtorum lætitia cumulatur: *Gloria in Altiſſimis Deo, & in Terra Pax hominibus bona voluntatis.* Amen.

### *Omnium Gratiarum Actionum, Concluſio.*

LAVDENT Iuſti te Deum, & in æterna collaudatione exultent in terra miſeri, & glorientur omnes recti corde.

Laudent te Sancti tui Deus, quia florebunt ſicut lilium, & ſicut odor balſami fragrabunt in conſpectu tuo.

Laudent Cœli Sydera, Sol, & Luna, mirabilia tua Deus; quia ſunt opera manuum tuarum, & in ſuo obeundo munere, de die, in diem terræ populis nunciant gloriam, & virtutem tuam.

Laudet te in æternum fœlix, & Beata Sanctorum Eccleſia, in ſupercęleſti gloria Hieruſalem; quia *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, & glorioſus in Maieſtate ſua.*

Laudent te iuſti in ſæculum ſæculi, quia pereunt a conſpectu iuſtorum conuenticula malignantium, & epulantur Sancti in ſacro Conuiuio, & delectantur in triumphanti Regno in triplici victoriæ lętitia.

Laudent te Pueri, & Senex, te inquam qui manes in æternum, qui reples nos Mane, & Veſpere opportuna miſericor-

dia

dia tua; quia tu Creator noſter, & Pater, & tu noſtræ vitæ Lux, Lucifer, & per te vertitur Sol ad Occaſum.

Laudent te virtutum Deus, cuncta quæ diuinitus patraſti ad hominis ſalutem, & tuam, & hominis gloriam; quia tu Deus tantum omnipotens, & dextera tua omnia in virtute glorificas; quia tu dabis ſolus humanæ fragilitati Virtutem, & fortitudinem plebi tuæ.

Laudent te omnes miniſtri tui Deus, & metuentes imperium tuum; quia tu famulorum tuorum Amator, Remunerator, Protector, & oculi tui ſunt ſuper timentes Nomen tuum, & ſperantes in miſericordia tua.

Laudent te ſemper Fideles, & qui ſedent in vmbra Mortis, Domine Deus noſter; quia eripis fidelium Animas a Morte, & fideles ſanguine redemiſti tuo qui Mortem; pariter moriens, exterminaſti in Cruce.

Tu Deus gratiæ ſalutis, eſto ſalutaris noſter in æquitate, ut filius iniquitatis hic non apponat nocere nobis.

Tu Deus omnium Pater, nos aggrega in ſanctam familiam tuam, vt ſemper laus tua ſit in ore noſtro.

Tu Deus cui mirabiliter patent omnia, nos exaudi clamantes, nos humiles ſpiritu reſpice, vt ex omnibus tribulationibus nos eripias.

Tu ſanctæ prouidentiæ Deus, qui nos de Mundo elegiſti, vt iuxta ſpiritum ambularemus; da, vt fructum plurimum afferamus in benedicta terra tua; da ut fruges noſtræ maneant in ęternæ vitæ alimentis; ut tu nobis Cœleſtis Pater, & Agricola, tempore, & loco ſuppedites vitalis tritici menſuram.

Tu Deus qui paſcis omnes Animantes, qui nobis in dies prouides, & ex multis tribulationibus vocas ad gaudia immortalis vitæ; tu nos poſt huius vitalis miſeriæ, dolorumque ſpinas, glorifica in Regno Cœlorum; quia tu ſolus Pater conſolationis, & miſericordiæ Deus. Amen.

## LAVS DEO.

8-1